



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

UC-NRLF



B 3 158 031

154738

D

J500

1.20

LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

*Class*

L. Heracius

di 1. 182 ff. in 8. multo più preziose del Anonymus finit <sup>manus</sup> ~~trabellat~~ un  
famiglia in Frammenti di orazioni panegiriche di Marco An-  
nio Cassiodoro Senatore raccolti ed illustrati da Carlo Bandi di Vico.





M. TULLI. CICERONIS  
**O R A T I O N U M**

PRO SCAURO, PRO TULLIO; ET IN CLODIUM  
**FRAGMENTA INEDITA**

PRO CLUENTIO, PRO CÆLIO, PRO CÆCINA ETC.

**VARIANTES LECTIONES**

**O R A T I O N E M**

PRO T. A. MILONE A LACUNIS RESTITUTAM

EX

MEMBRANIS PALIMPSESTIS BIBLIOTHECAE R. TAURINENSIS ATHENAEI  
EDIDIT ET CUM AMBRÖSIANIS PARIUM ORATIONUM FRAGMENTIS

COMPOSUIT

**AMEDEUS PEYRON**

IN R. TAURINENSI ATHENAEO LING. ORIENT. PROFESSOR, COLLEG. THEOLOG. XXX VIR  
ET R. SCIENTIARUM ACADEMIAE SOCIUS.

---

IDEM PRAEFATUS EST DE BIBLIOTHECA BOBIENSI

CUIUS INVENTARIUM ANNO MCCCCLXI CONFECTUM EDIDIT ATQUE ILLUSTRAVIT.

---

**STUTTGIARDIÆ ET TUBINGÆ,**

IN LIBRARIA JOANNIS GEORGII COTTÆ.

MDCCCXXIV.

191

TO THE  
AMERICAN

HA 6271  
A3 P49  
1824  
47/11

D E  
**BIBLIOTHECA BOBIENSI**  
**COMMENTATIO.**

Cum multis bibliothecis diligentes contigerint illustratores, qui illarum opes recensuerunt, simulque cum eruditis communicarunt; tum erat optandum, ut bibliotheca Bobiensis Cœnobii S. Columbani omnium famigeratissima studiosum saltem, si non præstantem descriptorem nancisceretur. Ecqua enim fuit crebrioribus doctorum sermonibus celebrata? Quam nam aliam dicemus tulisse maiorem vetustæ ætatis anecdotorum proven- tum, ne dicam insperatum, sed incredibilem? Profecto si qua laus nunc est Ambrosianæ et Vaticanæ bibliothecæ, si nostra Taurinensis nobilis inter pares fertur, omnes cimelia sua acce- pta referre debent uni Bobiensi. Iam si tantum valent disie- cta membra bibliothecæ, ut prædicationis nobilitatisque argu- mentum conferant Italicis pluteis, in quibus delitescunt, quam eximie præstasse censuimus tabularium S. Columbani, quan- do universa codicum suppellectile decorabatur? Recogitanti mi- hi non indoctam Sancti Viri pietatem, atque itinera per varias Europæ provincias suscepta, recolenti mihi monasticæ familiæ in bonas literas merita, illud mihi in Bobiensi bibliotheca se- se offert religionis simul, simulque musarum hospitium, in quod literæ cum ecclesiasticæ, tum prophanæ per illas tempestates iactatæ, ex Hibernia, Galliis, Italia se receperunt. Atque uti-

nam quæ intercedebat hospitalis tessera numquam fuisset contracta! Habermus enim multa priscæ ætatis monumenta. Sed quando damnosa dies alia delevit, imminuit alia, omnia dispersit, ut Cœnobii Bobiensis sola mœnia supersint, res propemodum ad vanos questus spectaret, nisi præterita dignitas ad novam quasi vitam revocaretur ab Inventario, quod anno MCCCCLXI a Monachis diligentissime confectum, atque nuperrime a me inventum, antiquam librorum gazam repræsentat. Catalogum bibliothecæ Bobiensis sæculo X. concinnatum ediderat Muratorius; sed, præterquamquod lacunis laborat, est ad auctorum et donatorum nomina digestus. Insigne enim vero documentum! sed quod singulis codicibus aestimandis, vel inter Italica scripta inveniendis neutiquam conducit. Contra Inventarium sæculi XV ad codicum ordinem descriptum, opuscula uniuscuiusque voluminis recenset, codicis numerum, altitudinem, scripturæ genus, ceterasque notas ita enarrat, ut certissimos characteres suppeditet ad unumquodque volumen aestimandum atque dignoscendum. Hoc inter farraginem Bobiensium chartarum inveni, hoc mihi detectos dedit Bobienses codices supra centum; operæ ergo pretium me facturum duxi, si illud vulgarem, quo veluti enarratore memoriæ Bobiensium opum renovaretur, eoque tamquam magistro uterentur eruditi libros Bobienses in Italicis pluteis indagaturi. Sed antequam ad hanc commentationis meæ partem accedam, præstat pauca præfari de tantæ bibliothecæ ortu, atque fati. Qua in contexenda historia video multa esse ab Ughellio [1], Mabillonio [2], Mura-

[1] Ughelli *Ital. Sacra* IV. 926.

[2] Mabillonius *Annal. Benedict.* I. 296.

torio [1], atque Rossetio [2] præoccupata, ut dicendi facultas non data, sed prærepta videatur; quare, ne actum agam, ea tantum pro re nata attingam. Essent quæ ex locuplete Bobiensi tabulario Augustam Taurinorum delato deligere possem inedita monumenta; at ratus pleraque curiosa magis, quam utilia fore, vix aliqua commemorabo. Omne ævum literarum Bobiensium, quibus bibliotheca seu parta, seu conservata debetur, primum explicabo; deinde distractiones recenseam quotquot est passa; tandem veniam ad Inventarium. Ita fiet, ut novis rebus a me dicendis pauca apte, fortasse etiam probabiliter proposita, præmittantur.

In valle, quam alpes Penninæ ad Liguriam pertinentes efficiunt: quasi circino circumductæ, est urbs Bobium præter oram Trebiæ. Duæ ad illam ferunt viæ; altera a Viqueria secus amnem Staforam, altera a Placentia secundum Trebiam. Utraque primum patens et aperta; tum intra fluminis alveum modo lubrica, modo glareosa; dein ardua per montium iuga; tandem per clivosos tramites præceps; utraque iniqua, et triginta millia passuum. Quid enim commemorem viam, quæ ad Genuam spectat, difficiliorem, aliis atque aliis montibus obiectis, itidemque longiorem? Hinc raras mercatores ad Bobium commeare, a cultu provinciæ abesse, neminem aut per occasionem alio eundi, aut animi gratia, illuc contendere, nullam prædæ spem facere populabundo exercitui; ut recte Bobium dicas urbem a tota Italia divisam. Hanc sedem D. Columbanus, in eunte sæculo VII, sibi suisque delegit, in qua sancta oblivia

---

[1] Muratorius *Antiq. Italicae* III. Diss. 43.

[2] Rossetti *Bobbio Illustrato*. Torino 1793.



vitæ capiens Divinarum rerum meditationi vacaret. Qua pace fruerentur Columbani discipuli illa aetate, qua Italiæ provinciæ atroces prælis, seditionibus discordes, simultatibus et armis plenæ erant omnes, non est quod dicam. Vitam inter certa orandi terramque colendi spatia tribuentes, ecclesiasticis literis dediti exscribendisque codicibus, pecuniæ, quam exosam habebant, haud inhiantes, ejusmodi, inquam, monachi minimum esse debent obnoxii militaribus rapinis; præsertim, ut tum erat christianorum indoles sacra omnia et sacerdotes reverentium. Quare a temporum indole, et eximia cum D. Columbani, tum ejus successorum Bertulfi, Bobuleni, aliorumque Abbatum sanctitate, repetendus mihi videtur frequens cœnobarum numerus, qui Bobium contendit simulque antiquorum librorum copia in cœnobium illata. Tum a loci natura, scilicet a solitudine fere in via, repeto monumentorum conservationem. Ad primam hanc aetatem pertinet primus bibliothecæ fundus, veneranda illa scilicet codicum suppellex a D. Columbano, eiusque discipulis Bobium cœmportata. Vidi in Ambrosiana [1], atque Taurinensis [2] habet libros latinos Saxonice litteris descriptos, glossisque Saxonice illustratos; hos pro varia eorum antiquitate vel a D. Columbano ex Hibernia, vel a Cumiano ex Scotia, aliisque Anglicis monachis allatos autumo. Gallicanam originem monstrant alii, sive litterarum ductus spectemus, sive liturgiæ naturam; inter quos eminent Sacramentarium Gallicanum a Mabillonio [3] vulgatum, atque

---

[1] Vide me infra ad Codicem 89. *Inventarii*.

[2] *Ibid.*

[3] *Mus. Italic. I. 273.*

recenseo folia sex alius antiquissimi Hymnarii in Taurinensem bibliothecam nuperrime a me illata [1]. Hos libros eidem Columbano debemus, tum Attalæ, Bertulfo, aliisque Luxoviensis Cænobii fratribus, qui Bobium venerunt. Accedit maxima Romanorum librorum copia a Columbano et Bertulfo in Romano itinere collecta, vel oblata a fratribus ad sacra claustra convolantibus; in his Ciceronis Orationum codices duo Ambrosianum et Taurinensem, libri de Republica, atque Epistolæ, Frontonis opera, Symmachi Orationes, Codex Theodosianus, Anonymus de Arithmetica, alique bene multi prophanarum rerum scriptores. Quos non ideo a Monachis comparatos fuisse credo, quod Romana tempora amarent, aut illos commentario enarrare vellent, aut eo pulchri sensu tenerentur, qui iam diu ab Europa exulaverat; sed, ut latinitatem, ut tum erat temporis, excolerent. Prisca scilicet verba eruebant maxime inusitatiora; phrases quoque præsertim ampullis plenas excerpebant, quibus, tamquam stili luminibus, oratio splenderet; latinis vocibus subinde græculas aliquot intertexebant romana civitate ac desinentia donatas; multi erant in rerum descriptionibus; latinitas nec egregia, nec pessima facile eminebat inter rudes laicorum hominum elucubrationes. Ejusmodi erat D. Columbanus stilus, præsertim vero Ionæ. Hic Segusii natus monasticam vitam Bobii duxit, præsule Bertulfo, quem Romam comitatus est; inde in Luxoviense cænobium se recepit; D. Columbanus, Attalæ, Bertulfi, aliorumque Bobiensium monachorum vitas explicavit eo stile, qui metaphoris et allegoriis nimium exquisitis redundet, bibliæ veritatem cum prophanorum mythis lo-

[1] Vide infra *Adnot. ad codicem 60 cultus Divini.*

cisque communibus misceat, sed latinis verbis peregrinis, quandoque etiam græcis, constet, ut demum confecerit opus phrasibus vocabulisque Ciceronis, Lucani, Ausonii, Frontonis improbabillissime tessellatum. Semel ac vero cœnobitæ eiusmodi stilum in honore habuerunt, atque Ionæ aliorumque huius ordinis ecclesiastica opera versabant frequenti manu; primum seponere Tullium, Livium, ceterosque prophanos, tum eorum chartas veluti inutiles ac exhaustas offundere novitiis elucubrationibus, tandem depravatiores excitare imitatores mox duros scriptorum progeniem vitiosorem.

Interea adventabant tempora crassiore ignorantia fœda, atque cœnobii tranquillitati infesta. Enimvero posteaquam res Bobiensis assiduis monachorum laboribus in solo exercendo, novisque Imperatorum largitionibus aucta, satis pollens atque opulenta visa est, cœpit esse in invidia, et finitimorum rapinis vexari. Itaque Dertonenses, Placentini, Laudenses bona monasterii usurpare; familiæ, quibus agri inserendi concessi fuerant, nolle annuas pensitationes rependere. Contra cœnobitæ Bullis ac Diplomis niti; gratia, opibus apud Imperatores obniti, ut antiqua iura sarta manerent, fundi usurpati restituerentur, nova privilegia concederentur, quo spectant multæ Epistolæ Gerberti Abbatis. Maximæ tamen discordiæ exarserunt post annum MXIV, quo Bobiensi civitati honor Episcopalis sedis concessus est. Siquidem inter Episcopos, et cœnobium de iurisdictione, de honoribus, de opibus certatum est tanto animorum aestu, ut tot lites, simultates, iurgia extiterint per plura sæcula, quot narrare longum esset atque pudet. Igitur primo opulencia, deinde iurisdictionis cupido fuit infausta

multorum malorum materies. Iam cum monachi vexarentur domi dissidiis, foris rapinis, quantum pacis atque otii super-  
 fuisse existimabimus ad bonas disciplinas excolendas? Quare in  
 tanta rerum perturbatione, cui Europæa temporum barbaries  
 accedebat, si quos literarum hinculos servarunt Colombani ne-  
 potes, hoc erit in maxima eorum laude ponendum. Scio de-  
 letitiis membranis Ciceronis aliorumque abusos esse, non me  
 latet nobilissimorum auctorum opera, quæ in Indice Murato-  
 rii leguntur, ita evanuisse, ut in meo Inventario nusquam oc-  
 currant. Verum qui secum recogitet præpotentem in homines  
 temporum vim, cui ecclesiastica aut politica instituta moras  
 quidem adferre, neutiquam vero reniti valeant; hæc ille affir-  
 mabit optime meritos esse monachos, qui illiterato ævi inge-  
 nio serius atque sensim sine sensu concedentes, primum raros  
 literarum fructus ediderunt, tum paullo insipidos, tandem, a-  
 tra ignorantie hieme omnia late occupante, vix semina scienti-  
 arum eo usque servarunt, quoad vernantia sæcula appetierunt.  
 Quare qui, fortunante Deo, offendat Ciceronis elucubrationes  
 a novitiæ scriptura obrutas, non ille monachismum, sed tem-  
 porum iniquitatem obiurget; immo gaudeat in cœnobiis serva-  
 tas minores disciplinas, quibus graviores ita succubuerunt, quin  
 penitus interirent. Atque hæc non ita dicta velim, ac si nulli  
 monachi identidem per cœcam ignorantie noctem, veluti me-  
 teoræ emicuerint, qui ab exposita codicum gaza invitati ali-  
 quam in studiis operam ponerent. Ceteris præstant *Dungalus*,  
*Smaragdus*, *Agilulfus*, atque *Gerbertus*. Inter codicum dona-  
 tores commemoratos in Indice Muratorii recensetur *Dungalus*  
*præcipuus Scotorum*, seu, uti habent epigraphæ librorum pro

*Ciceronis Fragm.*

b

munere datorum, *Scoto*. Hunc *Tiraboschius* [1] eundem esse censet, ac *Dungalus* a *Lothario* professor *Papiensis* designatus anno *DCCCXXIII*; neque diversum autumat a *Dungalo*, qui editis libris errores *Claudii Taurinensis* refutavit. Congruit, fateor enim, situs *Papizæ* proximæ *Bobio*, nec non liber *Dungali* in *Claudium* ab ipso *Dungalo* donatus *Bobiensi cœnobio*; sed quotquot supersunt codices *Dungali* epigrapha distincti [2] produnt aetatem sæculo *IX* recentiorem, ut adeo eos credam iuniori cuiuspiam *Dungalo*, item *Scoto*, acceptos esse referendos; *Frater Smaragdus* subinde apparet inter codicum donatores; tres *Smaragdi* libri recensentur in *Indice Muratorii*, atque *Inventarium* habet *Diadema Monachorum* eiusdem auctoris; cum ergo nomen atque dona convenient cum literaria opinione, quam de se excitaverat *Smaragdus Abbas S. Michaëlis ad Mosam* sæculo *IX* inennte, suspicor illum post *Romanum* iter ad *Leonem Papam*, atque res *Iemundi Abbatis Mediolanensis* compositas, contendisse *Bobium*, ibique ad tempus commoratum aliquos obtulisse codices, simulque opera a se elucubrata. *Agilulfi* nomen prætermittit mutilus *Muratorii Index*; at hunc multos libros pro munere dedisse monent epigraphæ multorum codicum, quos vidi [3]. *Agilulfus Bobiensis Abbas* et *Comes* commemoratur in tribus *Diplomis* ad eum datis annis *DCCCXCIII*, *DCCCXCIV*, et *DCCCXCVI*, quem codicum donatorem esse credo. Aetate postremus est *Gerbertus* anno *DCCCCLXXXIII* *Bobiensis Abbas*, sed nomine *Silvestri II* clarior, cum *Romanam* sedem tenuit.

[1] *Stor. della Letter. Ital.* tom. III. lib. III. cap. I.

[2] Vide adnotata ad cod. 112. 147. *Inventarii*.

[3] Vide adnotata ad cod. 42. 68. 126. 127. *Inventarii*.

Disparibus tamen in Bobiense Cœnobium meritis præstant laudati quatuor viri. Agilulfus et Dungalus ob largitos codices; Smaragdus cum ob librorum donum, tum ob literas editis operibus amplificatas; Gerbertus potissimum ob iura abbatialia vindicata, vir enim codicum cupidissimus scrinia sua inde secum comportasse credo Rhemos, Ravennam, atque Romam; sane inter mæcenates bibliothecæ nuspian apparet Gerberti nomen. Dungali ac Smaragdi literæ inter ecclesiasticos fines concludebantur; Gerbertus scientias universas attigit, verum vix ad paucos annos rem Bobiensem moderatus est, iuribus potius, quam studiis revopandis intentus [1]. Hos ego non uti bonarum disciplinarum restauratores apud fratres suos habeo, sed instar custodum monumentorum. Persuasum enim est, maximas rerum conversiones non ab uno alterove homine repetendas esse, sed a multis cum hominum, tum rerum adiunctis feliciter conspirantibus. Erant qui libris ecclesiasticis membranam inducturi dilaniarent venerandos antiquitate codices; alii libros lectu difficiliores permittebant ludibrium tineis; alii præscam scripturam novitia deturpabant. Nisi ergo ex intervallo unus et alter cœnobita extitisset, qui literis mancipatus libros excussisset, periissent universi. Quot ego vidi Bobienses libros, qui vel in externo, vel in interno tegumento ostentarent vetustam membranam! Quot codicum lacinjas inveni! Habeo Cypriani antiquissimum librum mutilum initio et fine; ex multis, quæ desiderantur foliis, unum deprehendi agglutinatum missali, aliud dorso voluminis accepti et expensi. Hoc ergo innuere satago. Cum alii fervida religionis charitate du-

[1] Vid. Rossetti *Bobbio Illustr.* III. 65.



eti magna prædicaverint de cœnobitarum studiis; alii contra rugosa sanna deriserint omnia; tum ego medius inter utramque opinionem incedens contendo, circa sæculum X. Bobiensi studia fere intermorta iacuisse, quorum monumenta servavit atque amplificavit unus et alter monachus ex intervallo emicana literarum amator.

At sæculo XI. nova calamitas in literas Bobienses, immo in ipsam cœnobii vitam exorta est. Dixi post Episcopalem cathedram Bobii constitutam perpetuas controversias intercessisse adeo graves, ut res quandoque ad scandalum excesserit. Accesserunt subinde cives iam numero opibusque satis aucti, qui Monasterii iurium indociles eam civitatis formam constituere satagebant, quæ non a Cœnobio mutuata videretur, sed propria et ingenua. Quam iuste hæc lites contoverterentur non moror, nec quæro quantum a primæva disciplina decesserint monachi; aio illos auctoritatem, atque opinionem sensim sine sensu imminutam esse. Jam quum auctoritate, existimatione, atque censu frequens crevisset cœnobitarum numerus superiore ætate; quid miram, si inter tot lites, simultates, atque detractiones, rari invenirentur qui Cœnobio nomen darent? Præterea quo frequentiores Christi fideles in sacra cœnobia secedebant sæculis anno millesimo superioribus, eo pauciores post illam ætatem numerantur; quod ex vario sæculorum ingenio, maxime vero ex novarum familiarum institutione repetendum est. Sane ipse D. Franciscus inenite sæculo XIII. Bobii ecclesiam et claustrum familiæ suæ deditavit; hæc porro constabat cum civibus Bobiensibus et finitimis, tum ceteris ex Italia eo, si opus esset, adscitis. Contra D. Columbani fa-

milia, quæ peculiari Sancti Viri regula utebatur [1]; vixque aliqua, ut aiunt, fraterna monasteria per Europam haberet, nequibat fratrum defectum deductis coloniis supplere. Scilicet cætera incommoda cumulavit rarus monachorum numerus. Porro in tanta raritate cœnobarum, at multitudine officiorum domesticorum, quibus impertiri solebant, quot quantosque fuisse censebimus, qui sacrum foverent literarum amorem, ut subsecivas horas studiis impendere vellent? Quamobrem si quæ literæ excolebantur, eas vel sacer cultus addebat, vel utilitas. In sacrarum literarum cœnâ pono libros ad ecclesiæ usum pertinentes; Cœnobiî regulas, et regularum anarrationes; SS. Patrum excerpta, quæ *Sermoniorum*, ut aiunt, instar essent; raros Theologiæ scholasticæ libros, neque enim Bobio affulserat literarum iam renascentium aurora; tandem res asceticas. Utillium literarum nomine intelligo levem jurisprudentiæ notitiam, atque Monasterii historiam, quibus Cœnobitæ desera atque iura tuebantur contra civium et exterorum conamina. Nulli, fateor enim, iuris civilis libri in Inventarij apparent, sed fortasse quum frequenti manu versarentur a primoribus monachorum, non erant solemniter relati in bibliothecam; vane ego vidi eiusmodi libros inter Bobienses superstites. Ceterum fide maius est quod Cœnobium superioribus sæculis habuit Codicem Theodosianum, et Langobardorum leges, idem sequiore ætate caruisse cœdici Justiniano. Canonum collectanea, Margaritam Baldi et Bartolj, Glossas, aliaque Canonici generis monstrat Inventarium, ipæque vidi. Tandem, iurisprudentiam a Bobiensibus fuisse excultam suadent Beldomandi et Uberti no-

[1] Vide eam apud Rossetti Bobbio III.

mina. De Beldomando Bobiensi iurisconsulto, qui desinente sæculo XIII. floruit, ad sis Morerium. Uberti sententiam de rebus Ludovici IX curæ Blancæ reginæ permittendis, atque iurisprudentiæ institutiones in Vercellarum studio lectas commemorarunt multi. At quum sæculo XVI. fuisset ex agro Parmensi effossum hoc epitaphium *D. M. Uberti Bobii Parmensis Iurisconsulti legum interpretis receptiss.* Irenæus Affo [1], atque Tiraboschius [2] suspicati sunt illum esse inter Parmenses cives recensendum; vel eò maxime, quod Parmæ sit familia *de Bovi*, ipseque Ubertus quandoque appelletur *de Bovio*. Verum *Parmensis Iurisconsulti* nomine merito ille designabatur, qui Parmensis civitatis patrocinium susceperat postremis vitæ suæ annis; fortasse etiam Parmensi civitate fuerat donatus ob merita. Præterea quum urbs Bobii multis in chartis *Ebovium*, vel *Boviam*, orthographia parce detorta scribatur, facile Ubertus *de Ebovio*, vel *de Bovio*, dici poterat. Tandem in Tabulario Cænobii Bobiensi servabatur *Apprehensio possessionis de una pe-tia terre ad Bedum favore Monasterii, et contra heredes Ioannis de Bobio data die 12. decembris ann. 1303.*, in qua hæc leguntur: *quod si quis vult defendere unam vineam quondam Ioannis de Bobio filli quondam Oberti positam in valle Bobii ad locum ubi dicitur Bedo.* Ea inter Bobienses cives Obertum, vel Ubertum de Bobio, cuius filius Ioannes anno 1303. iam erat fato functus; revera Ubertus pater vita decesserat anno 1245. Bobii itaque natus educatusque Ubertus innuit, iurisprudentiam apud cives suos fuisse in honore. Profecto perpetuæ lites, quibus

[1] *Memoria degli Scrittori e lett. Parmigiani* tom. I. p. 80.

[2] *Storia della Letter. Ital.*

Cœnobium petebatur ab Episcopo, a civibus, a comitibus *del Verme*, a familia Malaspina; aliisque, definiri nequibant absque iurisconsultis et iurisprudentiæ libris. Cum ergo stonachi iura sua inter diplomata perquirere cogerentur, facile unus et alter unum appellit ad Cœnobii historiam describendam. Nulla eiusmodi lucubratio ætatem tulit, sed Ughellius [1] viderat in bibliotheca Aniciana *Chronicon Bobiense*, quod sæpe laudat. Verum hoc monumentum ita ex humanis rebus evanuit, ut nusquam fuerit repertum. Enimvero bibliotheca Aniciana a Constantino Gaetani collecta, fuit iussu Urbani VIII. in illam Sapientiæ illata; quapropter Bobiensis Abbas Carisius [\*] frequentes epistolas dedit ad Prosperum Petroni, qui erat a bibliotheca Sapientiæ, illum obtestans, ut *Chronicon Bobiense* diligentissima cura investigaret. Cui Petronius suis epistolis an. 1782 rescripsit, se omnia Constantini Gaetani adversaria, omnesque ad unum bibliothecæ codices ita pervolvisse, ut singulas paginas lustraret, nihil tamen vidisse, quod Bobiensis civitatis, aut Cœnobii historiz speciem præseferret [2]. Spe sua frustratus Carisius alio se convertit, atque *Chronicon* perquirendum curavit per Cl. Mehus in Laurentiana, tum per Do-

[1] Ughelli Ital. Sacra.

[\*] Michaël Angelus Carisio domo Tuffini, anno 1783. iterumque anno 1793 Abbas Bobiensis, quum Cœnobii historiam conscribere statuisset, multa ex tabulario librisque impressis conquisiverat, et in adversaria retulerat, quae tribus voluminibus constant. Horum unum debeo humanitati Rev. P. Orsi; cetera duo servantur in bibliotheca Benedictinorum S. Iohannis Parmæ, ex quibus nonnulla exscripsi, unoque volumini addidi.

[2] „Ho rivoltati tutti i codici pagina per pagina, tanto per servirlo, che „per mio uso; onde non resta luogo a dubitare, che la Cronichetta mi „sia fuggita dagli occhi” Ita Petronius in epist.

etores Oltrocchi et Branea in Ambrosiana; verum nihil quicquam profecit; tulit enim responsum, neque in Florentinia, neque in Mediolanensibus pluteis delitescere. Quantum detrimenti ceperit res literaria Bobiënsis primis post annum millesimum sæculis, hucusque demonstravi; quare non invidiosè, sed verissime dicam, quo maiore in Deum atque literas ferebantur ardore S. Columbari nepotes primis a dedicato Monasterio sæculis, eo turpius paulatim deforbuisse, ut sæculo XV in Bobiensi cœnobio monachis fere destituto disciplinæ monasticæque observantiæ vix superesset vestigium [1]. Quamobrem Episcopus atque cives inter congregationem S. Iustinæ, quæ Patavii erat, illud adoptandum curaverunt anno 1448; id optantes maxime, ut Cœnobium *diu desolatum, et desultatum in spiritualibus et temporalibus, ad regularem observantiam, ad Dei laudem, et universum solitum reduceretur* [2]. Inde monachorum numerus augeri; collapsa disciplina ad regulam D. Benedicti tum primum in vectam instaurari, studia cæteris renvari, ut duodecimo post anno bibliothecæ et tabularii Inventaria conficerentur. Sed omnia de literis concepta spes brevi concidit. Cum enim illâ aetate cætera Italia maxima contentione niteretur ad artes, disciplinas, atque scientias excitandas; tum Bobium, quod nativis tantum frugibus gaudet, ceteris vero utitur rarissime importatis, in pristina manebat scientiarum ignoratione. Non ars typographica, non scholæ, non academia, non bibliotheca editorum librorum paullo dives, non frequens commercium, nihil, quod ad excitandas bo-

[1] Bobbie Illustr. III. 8a.

[2] Instrumentum eo anno datum, quod vide in Rossati Bobbie Illustr. III. 8a.

nas disciplinas faceret, Bobium fuit illo sæculo, vel insequenti aetate delatum. Quare, etsi nova monachorum colonia a moderatoribus Ordinis Benedictini Bobium deducta secum detulisset aliqua literarum semina, hæc tamen quum solo rudi committeret, potuit vix fructum sperare; vel eo maxime quod ad Divinum cultum reparandum missa, non doctis, sed insignibus religione viris constare debuit, qui non literas amplificandas, sed christianos mores informandos curarent. Inventarium bibliothecæ, quod inferius vulgabo, digesserunt; illud etiam tabularii confecerunt absolutissime, quod videre licet in Regio Tabulario [vulgo *Archivii di Corte*] asservatum. Gregorius domo Cremæ, qui Abbatiales infulas sumsit anno 1455. diligentem operam navavit in supplendis mutilis codicibus, ut passim eius manus se prodat inter folia antiquitate veneranda; vide Inventarium ad cod. 78. 81. 95. Franciscus de Ianua novis describendis libris vacabat anno 1458; vide Inventarium ad cod. 169. 170. Iam spes affulgebat, fore, ut Cœnobium nuperrime inter congregationem S. Iustinæ cooptatum recuperaret pristinam literarum famam; verum, iterum enim profiteor, nihil tanta bibliotheca dignum fuit illo sæculo, aut sequentibus, præstitum. Quis enim erat Benedictinus paullo eruditus, qui a florentissima Italiæ civitate facile se distrahi pateretur, atque ultro Bobium se reciperet? Laborabat enim infrequentia monachorum; raros monstrabat editos libros, in summa versabatur doctrinæ penuriâ; a literariis adiumentis imparatissimum nulla scientiarum luce collustrabatur; quæ verissime dicta esse luculentius patebit ex codibus facile distractis, atque ex propositis distractionum conditionibus. Inclaruerint ergo monachi san-



ctitate vitæ, pietate in Deum, atque studio in animarum salutem, quod in summis eorum laudibus pono: at in literis præclararum aliquid præstitisse post sæculum XV, absit invidia verbo, equidem nego. Maxima fuerit aëris salubritas, suavissima loci tranquillitas, intissimus mundanos strepitus fugienti recessus; dominetur Bobii aurea illa mediocritas, quæ civem trahat otio dulcissime inertis: at esse civitatem literatam non Deus, non loci natura, non humana instituta post renatas literas concesserunt.

Quæ quum ita sint, mirabimur ne, monachos, qui inter ignotam codicum suppellectilem versabantur, eam facile dissipari passos esse? præsertim si virorum civili vel ecclesiastica potestate principum auctoritas intercederet.

Primus, qui Bobiensis bibliothecæ spoliis locupletavit Italicos pluteos, fuit Georgius Merula anno 1494; hunc proximo anno imitatus est Thomas Inghifami. Rem declarat Raphaël Volaterranus *Geographiæ* lib. IV. nam post commemoratum *nobile coenobium a Theodolinda regina Longobardorum extractum Bobii*, subdit: „Hic anno millesimo CCCXCIII huiuscemodi libri reperti sunt. Rutilius Naumatianus — Heroicum Sulpitii carmen — LXX epigrammata — Terentianus Maurus „de literis, syllabis, et metris omnis generis — Cæsius Bassus „— Velius Longus de orthographia — Adamantius Martyrius „de b litera, et muta u vocali — Probi catholica — Cornelii „Frontonis elegantiz latinæ — Sergius Grammaticus de litera „liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, sed hoc amplius; latina græcis vocabulis respondent — Casuus sacerdos „de octo partibus orationis — Paraphrasis super sex Virgili li-

„bris — Trium æclogarum Virgilii enarrationes. — Draconti  
 „varium opus — Prudentii hymni — Computus, sic est in-  
 „scriptus, græcorum et latinorum. — Alter liber computus di-  
 „gitorum inscribitur — Agenius Urbicus de controversiis agro-  
 „rum — Higinius de limitibus agrorum, et metatione castro-  
 „rum — Balbus de nominibus mensurarum — Vitruvius de  
 „hexagonis, heptagonis, et id genus — Frontinus de qualitate  
 „agrorum — Cæsarum leges agrariæ, et coloniarum iura —  
 „quorum bona pars his annis proximis a meo munice Tho-  
 „ma Phædro bonarum artium professore, est advecta in urbem.”  
 Hucusque Volaterranus locupletissimus testis. Thomas Inghi-  
 rami, cognomento Phædrus, domo Volaterræ, natus anno 1470,  
 propter eximie eloquentiæ opinionem Tullius salutatus est ab  
 Erasmo, Bembo, Iano Parrhasio, aliisque; adolescens Romam con-  
 tendit, ubi a Summis Pontificibus primum variis muneribus ho-  
 nestatus, atque ecclesiastica pecunia auctus, demum anno 1510,  
 Præfectus bibliothecæ Vaticanæ designatus fuit [1]; obiit die  
 quinta septembris a. 1516; illum Caietanus Feroci posteritati  
 narravit in *Elogio degli nomini illustri Toscani* Lucca. 1772.  
 tom. II. p. CCXXVII. quem lege, confer etiam Tiraboschi *Sto-  
 ria della Lett. Ital.* lib. III. cap. IV. Equidem, quod rem no-  
 stram propius attingit, existimaverim codices Bobienses in ur-  
 bem fuisse illatos anno 1495. quo Inghiramius ab Alexandro VI.  
 ad Imperatorem Maximilianum Orator missus fuit Viglebanum,  
 eaque in urbe plures menses commoratus cum Cardinali Ber-  
 nardino Carvagiale, tempus locumque habuit opportunum, quo  
 ad proximam Bobium excurreret: Inghiramius vero hosce codi-

[1] Assemani *Catal. bibl. Vatic.* vol. 1. præfat. p. LXI.

ces demonstratos fuisse a Georgio Merula ostendam paullo post. Nemo quidem, quem legerim, memoriæ prodidit Bobiensem supellectilem fuisse a Phædro inter Vaticanas opes conditam: sed condidisse facile augurabitur qui mente recolat virtuti Pontificibus addictissimum, ab iisque familiariter ad mensam adhibitum, nec non honoribus auctum; Præfectum, cuius studiis incrementum bibliothecæ fuerat commissum; professorem denique sapientiæ a libraria mercatura, quam qui maxime, alienissimum. Sed quando alienas opes indicare pro exigubili mihi munere contigit, nolo eas vixdum salutatas præterire. Dicam ergo de libris a Volaterrano enumeratis, atque constabit non omnes in Urbem, seu in Vaticanam illatos esse.

Rutilii Claudii Numantiani Galli V. C. P. P. ad Venerium Rufum itineraria duo non raro typis vulgata sunt. Codex Bobiensis in Galliis uspiam delitescit; ita enim in manuscriptis adversarii Abbatis Carisii adnotatum lego: *Boneval di nascita francese, generale al servizio del Principe Eugenio passò a Bobbio circa l'anno* [sic cum hiatu] *nel liberar che fece Torino, e visitato l'Archivio si portò seco l'itinerario di Rutilio Numantio Gallo, e parte di metà* [sic cum hiatu] *che mancò*. De Sulpicio herodi carminis scriptore non liquet. Emendo *Sulpicias*, cuius carmen ex hoc ipso codice, uti equidem suspicor, editum fuit a Georgio Merula Argentorati an. 1509. — Terentiani Mauri princeps editio Mediolani anno 1497. curata est a Georgio Merula ad fidem codicis Bobiensis, uti affirmat *Diarium Literatorum Italorum tom. XVII. p. 304.* — *Cassil. Bassi* fragmenta inter illa veterum poetarum leguntur. Sed quando de codice sermo est, qui res grammaticales tenet, di-

xerim hic indicari Cæsii Bassi artem *de Meritis* ab Elia Putschio inter *Veter. Grammat.* vulgatam — Velius Longus de orthographia sæpe lucem vidit. De eo sic Io. Bapt. Pius [1]: *In lucem e pulvere latibulo extractus pridem a viro literatissimo Georgio Merula, qui Mediolani docuit. Copia Verrii* [scribendum erat *Veli*] *huius Merulae contigit ex libraria Bobiensi characteribus longobardis ferme exolescentibus in scripturam romanam reformatis. Ergo Merula Bobiensem bibliothecam invisit, iisque præcipue vetustis scriptoribus intentus, qui humaniores literas illustrarent, selegit opera Terentiani, Velii, et Sulpiciæ [\*]. Atque hos Bobienses libros spectasse credo Merulam his verbis suæ ad Politianum epistolæ datæ die 24. februarii 1494: ceterum, ut ad libros redeam, quos auspicio Ludovici principis excellentissimi a situ et propinquo interitu vindicavimus, quid reum calumnie me facis etc. Scilicet, auspicante Ludovico Maria Sfortia Mediolani Duce, contendit Bobium anno 1493. ibique nonnullos codices a tinearum ludibrio vindicavit, fortassè etiam pro munere habuit, quippe vir suis virtutibus ornatissimus, auctus etiam auspiciis Ludovici, ut tum res erant, Principis Bobii [2]. Quod felix nuntium semel ac Mediolanum allatum est, eo excitatus Thomas Inghirami, qui Viglebanum venit anno 1495, facile consilium suscepit petendi Bobium, quasi ad librariæ nundinas; hincque, ut Volaterranus scribit, dives codicum Ro-*

[1] *Dampar. Artium liber Gruter. Francofurti 1682 tom. I. p. 896. Tractatus Philologi de orthographia servabatur in codice, 193 Inventarii.*

[\*] Narrant etiam docti opera Ausonii edita fuisse a Merula ad fidem codicis Bobiensis.

[2] Cf. Saxium *Hist. lit. Typogr. Mediol. col. CC.*

mam rediit. — *Adamantii sive Martyrii de B muta et V vocali prologus* editus est a Cl<sup>o</sup>. Mai ad calcem Frontonis II. 548. — Cornelii Frontonis *Elegantiae Latinae*, iudice Cl. Mai [1], non differunt ab opusculo, quod in aliis codicibus inscribitur *Exempla locutionum*. — Sergii grammatici commentaria in Donatum aetatem tulerunt, at liber *de litera* ignotus est, non secus ac elucubratio Casui sacerdotis. — Inter multos Virgilio enarratores haud ita facile statuere possum, cui nam recensita opera sint adscribenda. — Dracontii varium opus tenet codex 164. Inventarii, quod nomen a Monacho mala *Dyaconti* scriptura fuit depravatum. — Prudentii hymnos servatos vide in codice 128. Inventarii. — Computus græcorum et romanorum, atque opusculum *de arte numerandi in digitis manuum* extant in codice 54. — Aggeni Urbici commentarium in Frontinum *de limitibus agrorum* sæpe lucem vidit — Hygini librum *Gromaticon nuper inventum* ubique Bobii commemorat Volaterranus *Urban. Comment.* lib. XVI. multaque excerpta dedit lib. XXX. quæ Merulæ, aut Inghiramio accepta referre debebat. Equidem vero suspicor principem Gromatici editionem ad fidem Bobiensis codicis expressam fuisse. — Balbus mensor laudatur a Boëthio. Rigaltius [ad Frontinum *de agror. qualit.* p. 232. ed. Goëssio] testatur, illam Frontini partem, quæ de mensuris agit, Balbo inscribi in duobus codicibus. Sane codex a Iusto Lypsio *Electior.* lib. I. cap. 15. laudatus hunc præfererebat indicem *Balbi liber ad Celsum. Expositio et ratio omnium formarum*. — Vitruvius *de hexagonis* etc. mihi non secus ac Fabricio et Ernestio incompertus est. — Frontinus *de qualitate agrorum* sæpe

[1] Cornelii Frontonis Opera II. 493.

typis vulgatus fuit. — *Cæsarum leges agrariæ collectæ* prostant apud Goësium *Rei Agrariæ Script.* p. 329. Atque hæc de prima codicum distræctione dicta sufficiant.

Altera, eaque maior codicum distræctio contigit anno 1606, quo Cardinalis Federicus Borromeus Ambrosianam, quam dedicaverat, bibliothecam locupletaturus, codices bene multos a Bobiensibus monachis impetavit. Rem nomine Cardinalis agebat Iacobus Valeri S. Mariz a Scala Canonicus Mediolanensis, cuius habeo autographas epistolas ad R. P. Tiburtium Bobiensem monachum datas anno 1606. Quantum inde colligo, codices iste redemit editis libris; præ ceteris vero eminebant Pontificale atque Bullarium, quæ opera in maximo lucro deputanda esse demonstrare satagebat Valerius. Peracta prima permutacione, alteram proponebat Valerius redempturus ceteros, qui superfuerant, codices; sed nihil egit, licet magnificis verbis multa promitteret. Ego vero librorum in Ambrosianam illatorum accuratam descriptionem concinnaturus, bimestrem operam navavi in ipsa bibliotheca Ambrosiana; sed quis inter immensam membranarum supellectilem, cuius iustus elenchus numeris omnibus absolutus non prostat, confidat Bobienses libros omnes se detecturum? Duce Inventario, detexi codices supra triginta, quos studiis meis permiserunt humanissime Cll. Doctores Ambrosiani; de iis referam in adnotationibus ad Inventarium; alios atque alios profecto inveniet qui omnes pervolvere possit.

Semel ac novo exemplo constavit Bobienses codices facile comparabiles prostare, iis quoque animum intendit Summus Pontifex Paulus V; atque adeo feliciter rem omnem transegit, uti sequens Epistola docet.



„Dilectis filiis Paulo Silvarèzza-Abbati

„et Monachis Monasterii S. Columbani

„ Bobiensis ordinis S. Benedicti

„Dilecti filii. Salutem et Apostolicam benedictionem. Acce-  
„pimus una cum litteris vestris libros, quos ad Nos misistis,  
„qui sane nobis gratissimi fuerunt; neque minus grata diligen-  
„tia vestra, ac prompta desideria nostra faciendi voluntas; vos-  
„que pro comperto habere volumus, non tam Nobis, quam  
„universæ Ecclesiæ vestro huiusmodi munere profuisse. Dum  
„enim B. Petri, ejusque Sanctæ Sedis scrinia instruuntur, ca-  
„tholicæ ecclesiæ utilitati inservitur, néque vestro Monasterio  
„detrahitur quod omnibus communicatur; quin imo hoc lucri  
„præterea a vobis factum est, quod cum antea hæc sacra mo-  
„numenta in isto Cœnobio delitescerent, in posteram omnibus  
„catholicis nationibus in Nostra bibliotheca Monasterii S. Co-  
„lumbani titulo insignita patebant. Quamobrem vos in Do-  
„mino hortamur, ut, siqui alii restant, ad Nos mittatis; vel  
„si ex aliis monasteriis Nobis curare alios valetis, omnino cu-  
„retis. Nam præterquamquod opus Deo acceptum erit, gratos  
„ac vestrorum meritorum memores invenietis, et Apostolicam  
„benedictionem vobis impertimur.

„Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die  
„3. novembris anno MDCXVIII. Pontificatus Nostri anno de-  
„cimoquarto,”

Itaque anno 1618, factitante, uti equidem suspicor, Mar-  
co Antonio Bellino Episcopo Bobiensi, qui effusum Páuli V.  
patrocinium fuerat expertus [1], pars bibliothecæ Romam est

---

[1] Vide Rossetti *Bobbio Illustr.* III. 43.



- „gro uniuscuiusque lectionis Evangelicæ singularum homeliarum:  
„Eiusdem sermo ad populum de mortalitate, et alia opera. in  
„fol. parvulo ex membranis tomus unus [1].  
„ Collationes Patrum sine principio. ex membranis in fol.  
„parvulo tomus unus [2].  
„ Ysidori Ethimologiarum libri tres. in 4<sup>o</sup> ex membranis [3]  
„ Ysidori Ethimologiarum libri sex ex membranis in fol. par-  
„vulo tomus unus [4]  
„ Celestini Papæ urbis Romæ Epistola ad Nestorium directa  
„ad Calcedonensem synodum. ex membranis in fol. parvulo  
„tomus unus.  
„ Ysidorus de ministris ecclesiasticis. in 4<sup>o</sup> ex membranis to-  
„mus unus [5].  
„ Hieronymi presbiteri explanationum in Isaia propheta libri  
„XVIII. in fol. ex membranis tomus unus [6]  
„ Augustini de Trinitate et expositionis fidei catholicæ. in  
„fol. ex membranis tomus unus [7].  
„ Incipit quarta pars de dictionibus secundum ordinem al-  
„phabeti. in fol. ex membranis tomus unus  
„ Martyrium Sanctorum per circulum anni. in fol. ex mem-  
„branis tomus unus [8].

---

[1] Est codex 71.

[2] Fortasse est codex 44.

[3] Est codex 101.

[4] Est codex 104.

[5] Est codex 106.

[6] Est codex 86.

[7] Est codex 14.

[8] Non liquet; plura enim Passionaria numerat Inventarium.

- „ S. Gregorii papæ dialogus. in foliò parvulo ex membranìs  
„tomus unus [1]
- „ Synodus octava urbis Constantinopolitanæ. ex membranìs  
„in foliò parvulo tomus unus [2]
- „ Sermones prædicabiles Iacob de Voragine archiepiscopi Ia-  
„nucnsis. in 4° ex membranìs tomus unus [3]
- „ Augustini sermones de diversis titulis sive materiis. ex mem-  
„branìs in fol. parvulo tomus unus [4].
- „ Penatii de corpore et sanguine Domini. in 8° ex mem-  
„branìs tomus unus [5].
- „ D. Ambrosii episcopi varia opera. ex membranìs in foliò  
„parvulo tomus unus [6].
- „ Claudii Taurinensis tractatus. in fol. ex membranìs tomus  
„unus [7].
- „ Ambrosii de Isach et bono mortis. in 4° ex membranìs  
„tomus unus [8].
- „ Constitutiones conciliorum. in 4° ex membranìs tomus unus.
- „ Ieronymi episcopi epistolæ. in 8° ex membranìs tomus  
„unus [9].
- „ Regula canonicorum. decretales quædam contra simoniam.

---

[1] Dialogorum tres codices 77. 78. 79. recenset Inventarium.

[2] Est codex 137.

[3] Est codex 138.

[4] Est codex 16.

[5] Suspicio esse Pascasii Ratberti tractatum, quem vide in cod. 126.

[6] Coniicio esse codicem 35.

[7] Suspicio esse codicem 47.

[8] Est codex 34.

[9] Est codex 93. vel 94.

„hymni tam de tempore quam de sanctis. in 8° ex membra-  
„nis tomus unus [1].

„ Officium mortuorum. in 8° ex membranis tomus unus.  
Tum in altero volumine adversariorum Carisii, quod apud Be-  
nedictinos S. Ioannis Parmæ asservatur, legi hanc apocham

„ A di 25. agosto 1618

„Io. D. Giulio di Milano Priore del Monasterio di S. Sisto di  
„Piacenza confesso havere recepta dal Padre D. Mauricio di  
„Brescia decano del Monastero di S. Colombano di Bobio li  
„soprascritti libri per haversi mandare a Roma de quali resta  
„in dubbio l'ultimo pezzo dell' Usficio de morti perche non  
„vi è, e per fede ho fatto la presente

„ Io. D. Giulio di Milano affermo come sopra.  
Descriptionem plerorumque ex hisce codicibus suppeditabit Cl.  
Vaticanæ bibliothecæ Præfectus, quum palimpsesta opera nu-  
perrime a se detecta tandem vulgabit.

Commemorandi postremo loco veniunt codices, qui a Bo-  
biensi in Taurinensem bibliothecam fuerunt, uti equidem su-  
spicor, medio sæculo elapso translati. Magnifica, scio enim,  
de nobis prædicantur, ac si spolia opima retulissemus; sed qua-  
tuor tantum codices habuimus Sedulium, Lactantium, et 'Au-  
gustinum *contra Maximinum*, de quibus dicam ad codices 147.  
67, et 19; hisce accedit codex *Iulii Valerii res gestae Alexan-  
dri Macedonis translatae ex aesopo*, quem, licet nullis Bobiensi-  
bus nobis insignitum, Cœnobio tamen D. Columbani acceptum  
refero; de eo autem dicam in præfatione ad fragmenta codicis

---

[1] Est codex 133.

Theodosiani. Hi, inquam, codices in scrinia nostra sunt illati, quamdiu Monasterium staret; alios demum elapso anno collegi dispersos, de quibus suo loco referam.

Posteaquam S. Columbani bibliotheca literarum summorum virorum cupiditati patescens tot passa est distractiones, quot hucusque narraui; quibus aliarum atque aliarum minores accedunt mihi ignotæ [per pauca enim documenta ad bibliothecam spectantia inveni in immensa farragine tabularii Bobiensis] quis mirabitur, illam eo usque imminutam esse, ut vix magni nominis umbram referret? Sane Mabillonius *Mus. Italic.* I. 213. hæc de Bobiensi Cœnobio scribebat anno 1686: „In Monasterio nihil fere, nisi magni umbra nominis: monachi ad paucos redacti.” Tum *ibid.* p. 216: „Bobiensem bibliothecam plurimis olim optimisque refertam fuisse codicibus, facile colligitur tum ex loci celebritate, tum ex vetustis libris, qui inde in bibliothecam Ambrosianam translati fuerunt, tum ex reliquiis antiquorum codicum, qui ad centum in eodem monasterio supersunt, . . . Ex relictis eiusdem bibliothecæ quasi laciniis quædam observamus in præsens, plura dicturi suo loco. In primis libellus antiquissimus franco-gallicis litteris scriptus exhibet *abbreviationem fidei catholice expositam a S. Hieronymo, ut quidam in hæresim lapsi corrigerentur*: quæ expositio constat articulis seu anathematismis XII. sub Rufini nomine edita apud Garnerium inter opera Marii Mercatoris in Dissertatione X. Deinde varia extant in illa bibliotheca Bobiensi *Cypriani Opuscula* in diversis veterrimorum codicum, qui toti litteris quadratis scripti erant, fragmentis, nempe de *Sacramento altaris, de opere et eleemosyna*, variarumque epistolæ. Ad

„hæc *Stephani Tungrensis Episcopi liber de divinis officiis*, quo „de libro alias agemus. .... Missale antiquissimum. ... Ex eadem bibliotheca mutuati sumus codicem Liturgiæ Gallicanæ „optimæ notæ litteris maiusculis exaratum; et libros *de Imitatione*, qui nullum auctoris nomen habent, præter quartum, „in cuius initio legitur: *Incipit liber Iohannis Gersem cum quantâ reverentia etc.*” His similia sunt, quæ Abbas Rosseti in *Bobbio Illustrato* III. 130 scribebat anno 1795: „Nell' istesso „Archivio si custodiscono parimenti più di cento antichi MSS. „ancora rimasti tragli altri molti, che pur troppo sono stati „trasportati nell' Ambrosiana di Milano, e nella Vaticana di „Roma.” Mabillonii atque Rossetii auctoritati suffragantur Catalogi duo bibliothecæ Bobiensis, quorum alter medio sæculo elapso adornatus fuit, alter desinente eodem sæculo descriptus est manu Abbatis Carisii. Utrumque inter Bobienses chartas inveni. Primus numerat codices 120. Recentior habet volumina 121 simul monens desiderari libros duos, quorum alter est *Expositio vetustissima et pulchra symboli fidei* in 4<sup>o</sup> ex membranis [coniicio eam haud differre ab abbreviatione fidei catholice supra commemorata a Mabillonio] alter tenebat Evangelia in 4<sup>o</sup> ex membranis. Iam vero inter libros 119, superstites pauci sunt antiquitate venerandi; pars maxima ad res ecclesiasticas pertinet; si qui apparent priscae ætatis scriptores, Iustinus, Senecæ tragediæ decem cum commentario, et Iuvenalis Satyræ, eos recens manus exaraverat; nonnulli recensentur grammatici, sed medii ævi; tandem iurisprudentiæ libri sunt notissimi. Itaque post tot fata hos adhuc libros servabat Cænobium primo huiusce sæculi anno, quando universos obruit.

deçpmanus fluctus. Quum enim Gallica Respublica sacras omnes familias e suis sedibus exturbandas esse decrevisset, earumque bona et universam supellectilem fisco attribuendam; tum monachi, cives, curatores reipublicæ, raptim, quibus quisque potuit elatis, reliquos codices ita dissiparunt, aut corruperunt, ut ne unus quidem in publicas bibliothecas fuerit illatus. Oh rem curatam probe! Nunc nihil attinet vanis questibus prosequi libros, quotquot ludibrium flammis, aut avaris forficibus debuerunt; dicam multos esse servatos, quorum pars in Galliis est divendita, pars in privatorum manus devenit. Horum equidem inveni novem supra sexaginta [1], præter nonnullorum librorum lacinias, quas adeo monachi posthabebant, ut ne in catalogum quidem retulissent. Singulos contuli, pervolvi, quosdam etiam delegi, quibus ditarem Taurinensem bibliothecam. Sed verissime dixerat Mabillonius in cœnobio Bobiensi nihil fere, nisi magni nominis umbram superfuisse. Enimvero maxima librorum a me inventorum pars constat missalibus, lectionariis, antiphonariis, breviariis, homeliariis, aliisque id genus; qui quo maiore in loco habebantur a monachis choro et sacris operantibus, eo minoris aestimantur in re critica. Plerique enim sæculum XI. non superant, quippe suffecti loco aliorum frequenti usu detritorum; palimpsesti esse nequeunt propter summam in res sacras reverentiam, qua fiebat, ut intaminatæ membranæ deligerentur ad liturgicos libros exarandos; tandem vix aliquid novi in re ecclesiastica præferunt, siquidem pares alii in bibliothecis passim offenduntur. Erant

---

[1] Sunt inter eos nonnulli adeo recentes, ut in *Inventario* anni 1461. nupiam appareant.



alii, qui Regulam D. Benedicti exhibebant, vel illam commentariis enarrabant; erant D. Columbani opera, vita a Iona adornata, miracula in corporis translatione patrata, quæ vulgavit Abbas Rossetti in *Bobbio Illustrato*; vidi gesta Bertulfi, Bobuleni, aliorumque seu abbatum Bobiensium, seu discipulorum D. Columbani, quæ sunt pervagata; pro insignioribus Patribus vidi opera Guilielmi Durandi, Antonini, Hieronymi de Valentia, Bartholomæi de Pisis. Tandem nominandi veniunt codices Italici res asceticas et gesta Eremitarum exponentes ea dialecto atque grammatica, quæ furfuris multum promittat avidis lectoribus cupediarum sæculi decimiquarti. Adeo vero monachi assueverant deturpandis deletitiis membranarum, ut palimpsestos viderim, quorum novitia scriptura prodebat sæculum XIV, aut XV, antiquior vero sæculi XII, vel XI, exhibuerat antiphonas cum notis musicis, bibliam, aliaque notissima ejus generis. At quantumcumque parsimonie studuerint Bobienses vel post chartam inventam, tamen publici tabellarii utebantur membranarum intemeratis; quod mihi patuit pervolventi locupletissimum Cœnobii S. Columbani tabularium Augustam Taurinorum delatum. Norunt autem omnes Imperatoria lege cautum fuisse, ne Notarii erasis membranarum uterentur [1].

Atque hæc erat Bobiensium librorum conditio et copia extremo sæculo XVIII. ut plane viderim tenne specimen illustrissimæ bibliothecæ, quæ rerum humanarum fortunam experta tandem evanuit.

Evantit, inquam, sed præteritam illius dignitatem nobis

---

[1] Fumagalli *Istitut. Diplom.* I. 49.

ob oculos ponit, atque multos codices per Europam dispersos demonstrare potest Inventarium sæculo XV. diligentissime confectum, de quo tandem aliquando dicam.

Inventarium habet folia 23. cum dimidio in fol. parvo. Est autographum. Illud posterior manus sæculi XV exeuntis adpersit notulis atque additamentis. In præmisso titulo dicitur confectum anno 1461. dum D. Antonius de Placentia esset Abbas Cœnobii, quod ex multis tabularii chartis patet. Præterea *renovatum*; nam aliud antiquius extabat, illud saltem sæculo X concinnatum, atque a Muratorio editum, quod inter Bobienses chartas hand inveni. Universos, quotquot in scriniis asservabantur, codices satis apte et perspicue describit; nequam vero librorum lacinias, quæ paucis foliis constarent. Multis utitur notis, atque siglis, quas declarare iuvat. Numerus unicuique volumini præmissus non a monacho descriptore excogitatus est, sed exscriptus a volumine ipso. Namque primum folium cuiusque voluminis Bobiense, 1<sup>o</sup> numerum arabicum ostentat, qui huic Inventario accurate respondet. 2<sup>o</sup> duplicem habet notam; prima crassioribus litteris exarata *liber S. Columbani de Bobio* pertinet ad sæculum X, vel XI; altera macrioribus lineamentis descripta *Iste liber N. N. est monachorum congregationis S. Iustinae de observantia ordinis S. Benedicti residentium in monasterio S. Columbani de Bobio scriptus sub numero N. N.* profecta est a manu descriptoris nostri Inventarii. 3<sup>o</sup> sæpe habet indicem opusculorum, quæ in volumine continentur; quoties vero descriptor noster indicem iam concinnatum invenit in prima libri charta, toties illum verbum de verbo exscripsit in Inventario. Characterum varia genera ita distinxit

*Cæsarenis Fragm.*

e

auctor catalogi. *Littera longobarda*, quo nomine Saxonica etiam, atque Gallica venit. Ea porro tribuitur in *grossam et legibilem*, nempe antiquiorem, quæ largiores habet ductus; et in *difficilem ad legendum*, quæ est minuta longobardica italicis oculis ingrata. Præterea *littera* quandoque dicitur *capivers.*, qua amanuenses solebant pingere litteras versum aut caput inchoantes; nos maiusculam appellamus. Hanc pro qualitate ductuum ad formam rotundam plus minusve accedentium, distinguit epithetis antiquæ et antiquissimæ. Quod si hæc sola epitheta adsint, desit vero illud *longobardicæ*, scriptura est romana antiqua maiuscula sæculi VI, vel VII; eiusmodi est codex 47. nec non 67. *Littera minuta et bona* notat characterem ad romanam formam minutam pertinere sæculorum X. XI. XII. etc. Quod ad voluminum altitudinem attinet, nota *magni valde voluminis*, aut *alti et magni* indicat volumen in folio maximo; huic proxima *magni voluminis* significat volumen in folio; tum illa *mediocris voluminis* volumen in 4<sup>o</sup>; tandem illa *parvi voluminis* designat volumen in 8<sup>o</sup>; porro erit in 8<sup>o</sup> minimo si liber dicatur *satis parvi voluminis*. Has notas sæpe consequitur ista *asser.* ut intelligamus volumen inter asseres compactum fuisse; additur autem *Al. Ni. Cro. R.* asseres enim membrana Alba, aut corio Nigro, Croceo, vel Rubro erant inducti. Ceteras notas, vel me tacente, intelliget lector.

Quæ de Bobiensis bibliothecæ satis, eiusque Inventario dicenda mihi videbantur, breviter hucusque perstrinxi. Sed quando deperditas patriæ opes illustrare conatus sum, liceat, veluti *ἰν παρίστω*, nonnulla attexere de aliis Pedemontanæ ditionis bibliothecis, ne videamur patrias res negligere. Multas nume-

rabamus bibliothecas codicum divites, superiore sæculo, quum Religiosæ familiæ adhuc starent; omnes nunc dispersas dolemus, præ ceteris vero Novaliciensem, atque Savilianensem, utramque Benedictini ordinis, ex quibus ne unus quidem liber in publica scrinia illatus est, Gallis omnia dissipantibus. Quare hac ætate duæ tantum illustres bibliothecæ supersunt, altera Novariæ, altera Vercellis, utraque apud Reverendissimos Ecclesiæ Cathedralis Canonicos. Superioribus sæculis Vercellensem illiberaliter fuisse administratam video ex Cl. D'Achery *Spicileg. Sacr.* I. 401, qui, ut Attonis apographum impetraret, multis epistolis atque precibus egit apud Rev. Canonicos, interposita quoque Galliarum Regis auctoritate. Sed perperam; namque *mira primo polliciti sunt Canonici, sed . . . demum fatentur [ingenue an fide iudicent alii] in sua ecclesia esse neminem rei antiquariæ peritum.* Nec felicior fuit Mabillonius, cuius hæc sunt verba *Iter Italic.* I. 9: *Archivium ecclesie cathedralis [Vercellensis] lustrare magnopere avebamus . . . sed nihil impetrare potuimus.* Id quoque suspicari licet ex Montfauconio, qui duos tantum codices suis oculis usurpasse commemorat. Novariensium Canonicorum morositatem conquestus est nemo. Mabillonius magnifica prædicat de illorum templo et Baptisterii jure, quin bibliothecam nominet; Montfauconius Novariam prætermittit ingloriam. Erant tamen in Novariensibus scriniis libri, quos lubentissime perlustrassent Maurini duumviri, si novissent. Sed ea tum erat universæ litteratæ Europæ indoles, qua manuscriptæ opes aegre proponebantur advenarum oculis, vel omnino celabantur: sic, ut alios mittam, Piconus præfectus bibliothecæ Regiæ Taurinensis haud æquum se præbuit D'Orvillio co-

piam alicuius codicis enixe petenti; quare satyrico carmine proscissus fuit, et iniquissima tabula aere incisa deformatus [1]. *Nullus argento color est avaris abdito terris*, quod secum reputantes Rev. Canonici nostra patrumque aetate, facilem visendorum codicum facultatem fecerunt itemque faciunt, morositatem praedecessorum redimentes urbanitate officiosa. Quare Vercellenses pluteos lustravit Blanchinius congregationis Oratorii presbyter, atque singulorum codicum aetatem in primis eorum chartis propria manu adnotavit. Illos simul, et Novarienses investigavit ac illustravit peculiari dissertatione Cl. Andres [2]. Utramque ego superiore anno perlustravi. Sed, dicam enim ingenue, re comesa, ratio putatur. Omnia iam lucem semel iterumque viderunt studio Maurinorum; qui operosa diligentia, longisque itineribus eadem monumenta perquirentes saepe codices offenderunt notae nec adeo vetustae, nec item probae. Quapropter codices spem quidem facere possunt variarum lectionum, neutiquam praestantium operum ineditorum. Vercellensis habet codices duodecim supra ducentos; Novariensis ad centum. Illi antiquiores, ut fere omnes saeculum XIV superent, multi saeculo XI fuerint exarati; ceteris vero praestant *Recognitiones S. Clementis* saeculo VI., atque *Leges Longobardicae* saeculo VIII. descriptae [3]. Praetermitto enim Evangeliarium S.

---

[1] Petri D'Orville Iuriconsulti Poemata. Amstel. 1740. p. 234.

[2] Andres *Lettera sopra alcuni codici delle bibliot. capitolari di Novara, e Vercelli. Parma. 1802.*

[3] Huiusce codicis descriptionem, specimen variarum lectionum, atque prologos ineditos misi ad doctos Berolinenses, qui antiquae Iurisprudentiae monumenta edenda atque illustranda susceperunt.

Ensebie a Blanchinio aliisque vulgatum, quod studiosissima diligentia in theca conditum instar reliquæ, abiit in pulverem. Verum hos atque Novarienses pluribus enarravit Cl. Andres. Potius moneam, me post lustratos singulos codices, nullum invenisse palimpsestum, in quo utilem operam ponerem. Inter Novarienses codex 6. et 65. folia habent rescripta nullius momenti; codex 68 bibliam tenens monstrat in duobus præmissis foliis hunc titulum *Gerbertus latio numeros abacique figura*, sane Gerbertus arithmeticam attigit. Inter Vercellenses vidi codicem 43. cuius primæva scriptura res ecclesiasticas atque bibliæ partem exhibebat; codicem 71. qui magna ex parte constat diplomatibus atque instrumentis deletitiis, novitia vero scriptura sistit opus Eckberti Sconaugiensis monachi contra Kataros [1]. Igitur quum fugiat irreparabile tempus, nolint alii meo periculo edocti solidas horas conterere in his bibliothecis perquisituri codices palimpsestos.

Dabam Augustæ Taurinorum IV. Kal. iun. MDCCCXXI.

---

[1] Idem codex in dorso voluminis hunc quoque titulum monstrat: *Item sinodus ecclesias Vercellepsis abita anno 1192*, quod etiam monuerat libri donator in codice 131 præmisso folio; sed Synodus Alberti Episcopi consideratur.

## DECLARATIO TABULAE.

---

- Nº. 1. Fragmentum Orationis in Pisonem.
- Nº. 2. Specimen characteris libri D. Augustini contra Maximinum a sequiori manu superinducti orationibus Ciceronis.
- Nº. 3. Specimen codicis D. Cypriani, de quo vide me ad Codic. 47.
- Nº. 4. Fragmentum Orationis pro M. Tullio a diligentiori manu incisum; neque enim specimine nº. 1. exhibito contentus eram.
- Nº. 5. Siglae obviae in Palimpsesto.
- Nº. 6. Specimen unici folii Palimpsesti codicis, qui Epistolas Ciceronis tenebat.
-

1. DIMESTCURRNEPHILORESNE  
 RHIMANUSTIBI NEADSERUNT  
 RANTURIMISDOLORIESSEISD  
 ISTANNU<sup>UTU</sup>MDISPUTNSEXSUIRUM  
 TIMATIO DE DECUSINI NIUIERW  
 TURTIYDO VERBA IN RIM  
 NE SED DEHOC NON DUBIAM PU  
 NON AUDEBIT ACCEDERE SEDIOS  
 IYDOS CONUIVIUM PUIURE  
 CUM NON DIGNI NIS ENIDE  
 SNI NIBIT NISI FORTIUT DISPU

D N  
 D ac

3. OBTEMPERANTES I  
 DICISUISI TEMPUS BONIO · SAL · DIC ·  
 SITUT NON OB FACIAM  
 ENTIBUS ET TUNC





UNIV. OF  
TORONTO

---

**I N C I P I T**  
**I N V E N T A R I U M L I B R O R U M**  
**M O N A S T E R I I S. C O L U M B A N I D E B O B I O**

QUOD RENOVATUM FUIT IN 1461.

[de voluntate D. Antonii de Placentia tunc Abbatis per dominum Christoforum de valisasano patrem claustralem dicti monasterii] [1].

---

**I N F R A S C R I P T A S U N T V O L U M I N A T E S T A M E N T I**

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

1. **Biblie pars prima. videlicet Genesis. Exodus. Leviticus. Numeri. Deuteronomium. Josue. Judicum. Regum. Ysaia. Hierarchy. Ezechiel. Daniel. liber duodecim prophetarum.**  
magni valde voluminis. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

2. **Biblie pars secunda videlicet Job. Psalterium. Proverbia. Ecclesiastes. Cantica Canticorum Salomonis. liber Sapientie. Ecclesiasticus. Paralipomenon. Tobias. Judith. Hester. Ezre. Machabeorum. Apocalipsis. Actus Apostolorum. Epistole canonicæ. Canones evangeliorum.**  
magni valde voluminis priori sil'e. asser.

---

[1] Verba uncinis clausa delevit posterior manus; quare in legenda voce *de valisasano* incertus haereo. D. Antonius de Placentia Abbas monasterii S. Columbani designatus anno 1460, sacram infulam posuit desinente anno 1461.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

3. **Biblie pars prima videlicet Genesis**  
secunda videlicet Proverbia sive Parabole.
- 

### **VOLUMINA VETERIS TESTAMENTI.**

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

4. **Biblie pars secunda videlicet Paralipomenon. Proverbia. Ecclesiastes. Cantica canticorum. Liber Sapientie. Ecclesiasticus. Job. Tobias. Judicht. Ester. Ezere. Machabeorum. Hezechielis. Danielis. liber XII. prophetarum. Ysaias propheta. Epistolę Pauli. magni voluminis. asser.**
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

15. **Joseppi antiquitatum gentis iudayce. libri numero V. in littera longobarda.**  
magni voluminis.
- 

### **INFRASCRIPTA SUNT VOLUMINA NOVI TESTAMENTI.**

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

8. **Textus quatuor Evangeliorum in littera capivers. antiqua.**  
asser. Ni.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

5. **Textus quatuor evangeliorum.**  
Concordantie dictorum evangeliorum in principio.  
Picture quedam sanctorum simplicissime in fine.  
in littera grossa sed longobarda et legibili.  
mediocris voluminis.
-

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

6. Textus quatuor evangeliorum in littera similitudinem habens cum longobarda,  
parvi voluminis B.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

7. Epistole sancti pauli apostoli numero 14 et Epistole 7 canonice cum tabula capitulorum singularum Epistolarum in principio voluminis.  
parvi voluminis.
- 

## A.

### INFRASCRIPTA LIBRORUM VOLUMINA

SANCTO AUGUSTINO SUNT INTITULATA.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

9. Augustini Tractatus sive Sermones super psalmos videlicet a psalmo quinquagesimo seu miserere mei usque ad centesimum seu misericordiam et iudicium.  
magni et grossi vol.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

10. Augustini Sermones sive Tractatus super psalmos videlicet a psalmo XVIII. usque ad psalmum XXI. in littera antiqua capivers.  
magni voluminis.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

11. Augustini Sermones sive Tractatus super psalmos videlicet a psalmo LXXX. usque ad psalmum XC. videlicet psalmorum X. in littera longobarda difficili ad legendum.  
mediocris voluminis.
-

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

12. Augustini Tractatus sive Sermones in extrema parte evangelii secundum Johannem. sermones numero **CXVIII.** in littera longobarda capivers.  
mediocris voluminis. Ni.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

14. Augustini Tractatus de trinitate libri numero 15.  
Expositio fidei catholice.  
satis magni voluminis, asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

15. Augustini de civitate dei libri numero 22. in littera pulcra clara et legibili et antiqua. habens in libro quintodecimo aliqua folia de novo posita et scripta.  
In principio uniuscuiusque libri habet litteras miniatas ad penellum more antiquo.  
magni voluminis asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

16. Augustini Sermones. De diversis titulis sive materiis numero 24. in littera capivers. antiqua valde.  
magni voluminis. B.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

17. Augustini Confessionum libri numero **XII.** in littera antiqua legibili.  
mediocris volum. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

18. Augustini <sup>20.</sup> Tractatus de decem cordis.  
Eiusdem de Juratione incompletus.  
Eiusdem quedam de sermonibus nativitatis domini que non rite consecuntur.

**Augustini liber de immortalitate anime.**

**Sermo Albini de LXX<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. et L<sup>o</sup>.**

**parvi voluminis. asser.**

---

*In hoc volumine continentur:*

- 19. Augustini Concertatio contra maximinum hereticum. Ostendit que acta sunt cum predicto maximino. Contra ultimam persecutionem ejusdem maximini in littera longobarda legibili.**

**mediocris voluminis.**

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

- 20. Augustini Consultatio ad Hyeronimum de origine anime.**  
**Eiusdem liber primus de unita deitate trinitatis.**  
**Eiusdem secundus de propriis nominibus et unito nomine trinitatis.**  
**Eiusdem libellus III. adversus novellam heresem.**  
**Eiusdem IIII. de singulis nominibus.**  
**Eiusdem V. de una et sempiterna substantia trinitatis.**  
**Eiusdem VI. de beatitudine filii dei.**  
**Eiusdem VII. de professione regule catholice cum increpatione.**  
**Doctrina iniqui et perfidi manichei.**  
**Epistola sancti archelay episcopi catholici contra manicheum.**  
**Epistola sancti gelasii pape.**

**mediocris voluminis.**

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet.*

- 13. Augustini Tractatus de remissione peccatorum et baptismo parvulorum tribus libris distinctus.**  
**Eiusdem libri II. ad sanctum pinianum.**  
**Eiusdem liber de conversatione sancte melanie matrone romane.**  
**Vita et transitus sancti gaudentii episcopi.**  
**Historia cuiusdam quincii viri illustris incompleta.**

**mediocris vol.**

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

22. Augustini Tractatus de bono viduali sine inicio.  
Eiusdem Tractatus ad valerium comitem de nuptiis et concupiscentiis.  
Eiusdem ad polemium liber primus. secundus incompletus est.  
mediocria vol.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

23. Augustini Excerptorum ex opusculis eiusdem de resurrectione carnis et de baptismo sine principio et fine. in littera grossa antiqua capivers.  
magni voluminis.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

24. Augustini liber Enchiridion. deficiunt XIII. capitula de principio. in littera legibili.  
mediocria vol.
- 

*In hoc volumine continetur:*

25. Augustini liber Enchiridion cum tabula capitulorum in principio. Deficiunt aliqua capitula in fine. littera bona et legibili.  
parvi valde. vol. Ni.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

26. Augustini ad pascentium Sermo contra Judeos et arrianos de omissione unius substantie.  
Eiusdem ad eundem epistole II.  
Expositum symboli sancti Rufini presbiteri.  
Hieronimi Sermo. Qui dixerit verbum contra filium hominis remi.  
Eiusdem de decem nominibus dei.  
Eiusdem sermo de his qui detrahebant illi.  
Eiusdem sermo de vita corrigenda.

26. Augustini Sermo de perfidia chatafrigarum. in littera antiquissima grossa sed tamen legibili.

parvi satis voluminis.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

27. Augustini Tractatus super Abacuc prophetam. Et super canticum eius. in littera grossa et satis legibili. Deficiunt plura de principio.

parvi voluminis. Ni.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

28. Augustini De musica libri vi. in littera longobarda difficili ad legendum.

magni vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

29. Augustini De musica libri vi. verum liber sextus completus non est. in littera longobarda difficili ad legendum.

mediocris vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

30. Augustini Omelie plures vid. Omelia de manna et amara aqua.

Eiusdem Omelia de eis qui non solum auguria et

Eiusdem Omelia de calendis ianuarii.

Eiusdem Omelia de vacca et ariete et capra trium annorum.

Eiusdem Omelia de cena domini. Eiusdem alia Omelia.

Exortatio in festivitate apostolorum Petri et Pauli.

Augustini Sermo de vera caritate et inimicorum dilectione.

Jurgia que inter spiritum et carnem versantur.

Sedulii eximii versificatoris.

Augustini Tractatus de diversis heresibus cognominatus.

Eiusdem Omelia super evangelio Cum venerit filius hominis in maiestate.

Hieronimi abreviatio fidei chatolice. in littera longobarda satis legibili sed mediocris valoris propter vetustatem.

---

parvi vol.



*In hoc volumine continentur :*

31. Augustini Regula canonicorum que incipit. Hec sunt que ut observetis precipimus. in littera grossa moderna.
- parvi vol.
- 

16. Augustini liber soliloquorum.
- parvi vol.
- 

*In hoc volumine continentur videlicet :*

4. Augustini Sermones ad heremitas in papiro habens principium in medio voluminis. In principio vero Catonem qui in scholis legitur. Et omnia principia librorum veteris ac novi testamenti. Deinde Extracta quedam sancti gregori super Job. Lamentationes Jeremie. planctum quoque beati Bernardi Quis dabit etc. Et quedam alia.
- mediocris vol. asser.
- 

## INFRASCRIPTA LIBRORUM VOLUMINA

SANCTO AMBROSIO SUNT INTITULATA.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

32. Ambrosii Expositio super evangelium sancti Luce decem libris comprehensa.
- Bede presbiteri super predictum evangelium s. luce sex libris comprehensa in littera minuta et bona.
- magni vol. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

33. Ambrosii libri fidei numero V. ad gratianum imperatorem.
- Eiusdem ad eundem. de trinitate libri num<sup>o</sup>. V.
- Eiusdem ad eundem ut videtur. de trinitate libri numero III.
- Eiusdem. libellus fidei. de unitate trinitatis.

Eiusdem liber secundus de propriis personis in unico nomine  
divinitatis.

Eiusdem liber tercius de assumptione hominis.

Eiusdem liber iiii. de singulis nominibus.

Eiusdem liber v. de una ac sempiterna substantia trinitatis.

Eiusdem liber vi. de beatitudine filii.

Eiusdem liber vii. de professione regule catholice.

Eiusdem libri v. ut videtur de iniciandis et de sacramentis.  
magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

34. Ambrosii liber de Isaac et anima.

Eiusdem liber de bono mortis.

Eiusdem liber de fuga seculi incompletus.

Eiusdem de Jacob et vita beata liber primus.

Eiusdem liber secundus incompletus.

parvi vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

35. Ambrosii liber qui dicitur exameron.

Eiusdem tractatus de paradiso.

Eiusdem de caym et abel.

Eiusdem liber tercius.

Eiusdem ex tractatu super beati immaculati capitula quedam.

Eiusdem ex tractatu super lucam capitula quedam.

Eiusdem Sermo qui dicitur pastoralis.

Et plura alia. omnia in bona littera subtili.

magni vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

36. Ambrosii confessio quedam fidei. Hyeronimi regula catholice  
fidei.

Ciceronis *Fragm.*

Eiusdem III. alii libri de trinitate omnia in littera longobarda  
difficili ad legendum.

Quere predicta in littera D. 58.

mediocria vol.

---

**B.**

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

37. Bede presbiteri Tractatus super genesim in libris III distinctus  
et completus non videtur.

mediocria vol. asser. Al.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

38. Aymonis Omeliarium per circulum anni. Tam festivitatum sancto-  
rum quam temporis anni. Tam etiam super lectiones evangelii  
secundum lucam quam secundum matheum marcum et iohannem.  
In cuius tamen voluminis inicio sunt quedam alie omelie et  
lectiones in aliquibus sanctorum solemnitatibus.

alti et satis magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

39. Bede presbiteri. Expositio super evangelium sancti luce. Defi-  
ciunt sex quinterni de principio et est etiam incompletus. in litte-  
ra antiquissima capivers.

mediocria vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

40. Basili episcopi Opuscula quedam per interrogationem et respon-  
sionem. Interrogationes videlicet CLXXX. et responsiones totidem.  
in littera longobarda grossa incompletus et sine inicio.

parvi vol.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**41. Boetii Tractatus de trinitate.**

Eiusdem Tractatus. utrum pater et filius et spiritus sanctus substantialiter de trinitate intelligantur.

Eiusdem Tractatus duo.

Eiusdem Tractatus adversus nestorium et euticem.

parvi vol.

---

*In hoc volumine.*

**22. Bernardi cassinensis abbatis Expositio super Regulam beati benedicti abbatis. habens verba textus regule intra ipsam expositionem de littera grossa. expositionem vero in littera subtiliori et ad modum modernum. cum omnibus miniaturis factis ad penellum.**

Eiusdem bernardi tractatus in principio voluminis quod dicitur speculum monachorum in quo disputatur an omnia que in regula continentur sint precepta vel non.

magni vol. asser.

---

**C.**

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**42. Canones quatuordecim antiquorum conciliorum. Ordo de celebrando concilio.**

Capitula canonum singulorum conciliorum.

Prefacio et capitula de concordia canonum.

Hieronimi presbiteri ad damasum papam de tribus ypostasis.

Decretalia xviii. canticorum SSimorum pontificum.

In principio voluminis continentur plurimi versus de festivitatibus occurrentibus singulis mensibus per circulum anni.

mediocris vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**43. Canones antiqui sanctorum patrum.**

Canones Sancti Silvestri in principio voluminis.

De modo celebrandi concilium.

Tractatus cresconii liberio pape de concordia canonum.

Rabbani tractatus de canonibus.

mediocris vol. asser.

---

Constitutiones synodi in civitate agathensi. Et plures alie const.  
vide infra 57.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

44. Collationum patrum. prima pars. videlicet collatio viii. Deficiunt  
prime vi. [1].

mediocris vol. R.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

45. Cesarii arelatensis episcopi. ad monachos. Omelie N<sup>o</sup>. viii.  
Effrem tractatus de penitentia.  
Effrem dyaconi tractatus de iudicio dei et resurrectione. et re-  
gno celorum. Eiusdem de beatitudine anime,  
Eiusdem de die iudicii. Eiusdem sententia.  
Augustini et Gregorii sententie.  
Exortatio Pannufcii abbatis.  
Paulini episcopi libellus de passionibus anime.  
Augustini Sermo de regula monasterii.  
Epistola patris eutropii abbatis ad petrum papam de distributione  
monachorum et ruina monasteriorum. in littera valde antiqua.  
mediocris vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

46. Cirilli episcopi alexandrini Epistole nu<sup>o</sup> xviii in littera antiquissi-  
ma legibili.

mediocris vol. asser. R.

---

[1] Dicendum fuisset vii.

53. Cirilli [1] epi alexandrini Tractatus de ratione pasce. et de computo grecorum et latinorum.

mediocris vol.

47. Cipriani epi Epistolarum pars quedam in littera antiquissima capivers.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

47. Claudii taurinensis epi. Tractatus in epistola prima sancti Pauli ad chorinthios.

Eiusdem Tractatus in epistola eiusdem apostoli Secunda ad corinthios ad theudemirum abbatem.

magni vol. assers.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

48. Claudii taurinensis epi. Apologeticum atque rescriptum adversus theudemirum abbatem.

Dungali responsa contra perversas eiusdem sententias. De veneratione crucis et sanctorum reliquiis.

Pauca quedam excerpta unde supra de pictura.

parvi vol. assers.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

49. Cassiodori magni aurelii senatoris. Expositio super prima parte psalmodum. videlicet a primo psalmo usque ad quinquagesimum seu miserere mei deus. cum textu rubeo psalmodum infra ipsam expositionem. Inferioribus duobus voluminibus simile.

magni vol. assers.

*In hoc volumine infrascripta continentur:*

50. Cassiodori magni aurelii senatoris. Expositio super secunda parte psalmodum. videlicet a quinquagesimo seu miserere mei deus us-

[1] Numerum 53., et primum vocabulum *Cirilli* subinde delevit amanuensis. Vide infra N<sup>o</sup>. 53.

que ad centesimum seu misericordiam et iudicium. Cum textu psalmodum intra ipsam expositionem rubeo. priori volumini per omnia simile.

magni vol. asser.

---

*In hoc volumine continentur:*

51. Cassiodori magni aurelii senatoris. Expositio super tertia parte psalmodum vid. a centesimo seu misericordiam et iudicium usque ad ultimum psalmodum vid. laudate dominum in sanctis eius. cum textu dictorum psalmodum rubeo. superioribus duobus voluminibus simile.

magni vol. asser.

---

*In hoc volumine continentur et cet.*

52. Cronica orosii incompleta. vid. libri duo primi de decem in littera longobarda grossa.

parvi vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

53. Cirilli epi alexandrini Tractatus de ratione pasche et de compute grecorum et latinorum. vide supra. qualiter calculari debet singulis annis.

Tractatus victorii ad hylarium papam de ratione pasche.

Athanasii epi Tractatus de ratione pasche.

Ysidori tractatus de astronomia.

mediocr. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

54. Computus grecorum et romanorum.  
De arte numerandi indigitis manuum.  
De ponderibus diversarum rerum.  
De mensuris terre et vocabulis earum.  
Rationes lune. Aurei numeri. Bisesti, Epactaram et ceterorum que ad rationem lune pertinent.

**Argumentum grecorum de titulis pascalibus egiptiorum.**

Quedam plura alia argumenta et rationes pascales [habens in fine epistolam marii servii grammatici ad clarissimum albinum de centum metris] [1]

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**55. Computus et de arte numerandi in digitis manuum. Kalendarium in principio voluminis.**

Tractatus de astronomia. De annis. De etatibus etc.

Visio cuiusdam fratris nostri vuetini ante ejus transitum.

med. vol. asser.

---

**Computi predicti Rationes per interrogationem et responsionem**  
Vide infra in littera R.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**34. Catholicon vocabulista distinctus secundum litteras alphabeti et unaqueque littera alphabeti habet suum integrum alphabetum incipiens videlicet ab A deinde aa postea ab. ac. et sic per ordinem singularum litterarum. In quo videlicet tractari videtur de omnibus scientiis. Verum tamen in eius initio continetur tractatus de orthographia non tamen ordinatus secundum ordinem alphabeti sed per capitula. quod catholicon distinctum est in tres partes principales.**

alti et magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**57. Constitutiones synodales facte in civitate agathensi.**

Synodus arelatensis. De utilitate penitentiae.

Johannis osareui penitentia. De octo principalibus viciis.

---

[1] Quae unciois clausi addidit posterior manus saeculi xvi.



Liber primus de octo principalibus viciis et de eorum remediis.

Liber secundus de virtutibus.

Ysidori epi ad masonem epistola.

Excerptum de canonibus sententie tantum ex libro baachabensi  
martini epi de diversis conciliis.

mediocr. vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

61. Copia quedam litterarum apostolicarum et privilegiorum sive-  
grarum.

parvi vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

157. Confessionale extractum de summa fratris antonini archiepiscopi  
florentini. In quo continentur excommunicationes irregularitates Su-  
spensiones et Interdicta et plura alia valde capiosa omnia in papi-  
ro et habet formam breviarii portatilis. [1]

parvi vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

158. Confessionale extractum ex decreto et libris decretalium.  
Opuscula quedam m. Jo. de deo doctoris eximii. in papiro ha-  
bet formam breviarii portatilis. [2]

parvi vol.

---

## D.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

57. Dyonisii ariopagite Opuscula vid. De celesti yerarchia.  
Eiusdem De ecclesiastica yerarchia.

---

[1] In margine posterior manus saeculi xvi. adnotavit: *noviter scriptum.*

[2] Eadem posterior manus saec. xvi. adnotavit in margine: *noviter scriptum.*

Eiusdem De divinis nominibus.

Eiusdem De.

satis magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

58. Dogmatis liber. in quo de fide et de articulis agitur.

Bacharii fides.

Sermo de ascensione domini.

Hyeronimi fides. in littera satis grossa sed longobarda.

medioc. vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

59. Damasi pape. hyeronimi presbiteri. Acta gestorum summorum pontificum vid. a beato Petro apostolo usque ad predictum damasum papam numero xcvi.

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

60. Descriptio totius orbis secundam scoticam traditionem. que alio nomine appellatur. mapa mundi et continetur in quadam carta maxime magnitudinis et grossitudinis in littera longobarda.

---

61. Vide supra in littera C copia quedam litterarum apostolicarum etc.

---

146. Dungali responsa contra perversas claudii episcopi taurinensis sententias de veneratione crucis et sanctorum reliquiis.

Eiusdem pauca excerpta de picturis.

Deficiunt plura de principio.

parvi vol. asser.

---

Dungali responsa contra perversas claudii sententias. Vide supra in littera C. 48.

179. Diurnum parvum scriptum per D. Franciscum cooperto corie rubeo. [1]

---

178. Diadema monachorum in bois eatis et cum duabus miniaturis factis cum penello.

medioc. vol. asser.

---

180. Declaratorium in vulgari super regulam sanctissimi patris nostri Benedicti serm nostra congregatione in appapiro et est vulgari sermone. [2]

parvi vol.

---

173. Declaratorium regule sancti Benedicti in papiro in littera legibili copertum carta pergamena. [3]

parvi vol.

---

## E.

### EVANGELIA ET EPISTOLI PAULI ET EPISTOLE CANONICE

VIDE SUPRA IN LIBRIS VETERIS AC NOVI TESTAMENTI.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

64. Expositio quedam super Apocalipsim cuius auctorem scire nequimus.

parvi vol.

---

[1] Hic articulus, nec non tres sequentes a manu posteriori sunt additi. Eadem etiam adnotavit in margine: *noviter scriptum.*

[2] Posterior manus adnotavit: *noviter scriptum.*

[3] Eadem posterior manus adnotavit: *noviter scriptum.*

144. Expositio psalmorum xxx. vid. a psalmo vii. usque ad psalmo xxxviii. in littera longobarda.

medioc. vol.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

63. Expositio quedam super iiii. epistolis pauli cuius auctorem scire non potuimus. videlicet.

Expositio in epistola ad romanos.

Expositio in epistola ad hebreos.

Expositio in epistola prima ad chorinthios.

Expositio in epistola secunda ad corinthios. in littera minuta.

medioc. vol.

Expositio Claudii epi taurinensis in duabus epistolis pauli ad corinthios. Vide supra in littera C.

Expositio sancti hyeronimi super psalterium. Vide in hyeronimo.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

Expositionis pars quedam super epistolis pauli sine principio et sine fine.

Expositio Pauli dyaconi super regula beati patris benedicti. Vide in littera P.

Expositio Bernardi cassinensis abbatis super regula beati Benedicti. Vide in littera B.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

64. Expositio quedam super quibusdam capitulis regule sancti Benedicti. videlicet a decimo humilitatis gradu in capitulo septimo regule successive usque ad capitulum xxii. idest capitulorum xv. cuius auctorem non repperimus.

medioc. vol.

*In hoc volumine infrascripta continguntur videlicet:*

65. Exempla epistolarum plurimarum ad diversos hominum status  
ditatus scribendi dictas litteras et alia quedam.  
valde parvi vol.
- 

Epistole Hyeronimi presbiteri. Vide in hyeronimo.  
Epistole Gregorii pape. Vide in G registro.  
Epistole Leonis pape. Vide in suprascripto registro G.  
Eiusdem Leonis epistole. Vide in littera L.  
Epistole quinque sancti Columbani. Vide in littera C. 48.

---

156. Excerptorum liber ex opusculis sanctorum doctorum in littera  
longobarda.  
satis parvi vol.
- 

## F.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

66. Fortunati cuiusdam Tractatus ad Gregorium papam versibus ex-  
rati qui dividitur in libris xli.  
Aratoris ecclesie romane subdyaconi Liber actuum apostolorum  
versibus compilati. Alii quidam tractatus in versibus similiter.  
Pauli cuiusdam in petre cordie in versibus libri duo de vita san-  
cti martini.  
Prosperi viri eruditissimi Epigrammata. Augustini deflorata  
Aquilini iuenci presbiteri Tractatus iiii. evangeliorum in ver-  
sibus.  
Catonis libri iiii. s. primus secundus tercius et quartus in ver-  
sibus.  
medioc. vol. asser.
-

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

67. Firmiani Lactanti Epithome de opificio dei  
Eiusdem de fine seculi. De divina providentia.  
De origine humani generis.  
De ratione pasche et mensis.  
Origenes Omelie iiii. de libro exodi.  
De cantico. De amaritudine aque myre.  
De decalogo. De constructione tabernaculi  
De manna. De emerito. donatus episcopus omnia in littera anti-  
quissima capivers.

medioc. vol.

---

G.

INFRASCRIPTA LIBRORUM VOLUMINA INTITULATA SUNT.

SANCTO GREGORIO PAPE

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

68. Gregorii pape moralium libri nuo xviii. vid. a primo libro usque  
ad xviii. Versus plures in laudem ipsius gregorii in principio  
voluminia.

Alti et magni vol. asser. Rj.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

69. Gregorii pape moralium libri nuo vi. vid. a x<sup>mo</sup> usque ad xvii.  
med. vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

70. Gregorii pape. Moralium libri nuo iiii. ultimi.  
Eiusdem Epithalamii idest in canticis canticorum libri nuo iiii.  
Eiusdem Omelia.  
Columbani abbatis epistola. Omnia in littera longobarda.  
parvi vol.

109. Gregorii pape **Moralium libri duo ultimi sine initio tamen. in littera longobarda legibili.**

medioc. vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

71. Gregorii pape **Om̄elie nūo 40. super totidem lectionibus evangelicis que infra annum ad missam leguntur.**

**Textus integer dictorum evangeliorum super quos facte sunt dicte Om̄elie ante ipas omelias.**

**Tabula prime partis. Secunde partis in medio.**

**Eiusdem sermo ad populum de mortalitate.**

**Eiusdem Decretum clericorum.**

**Subscriptio episcoporum et presbiterorum eiusdem decreti.**

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

72. Gregorii pape in **Ezechiele propheta. Om̄elie nūo xii. in prima parte eiusdem prophete.**

**In secunda vero parte. Eiusdem Om̄elie nūo x.**

**Agilulfus abbas dictum volumen obtulit monasterio.**

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

73. Gregorii pape **In prima parte Ezechielis prophete.**

**Om̄elie nūo xii.**

**Eiusdem in extrema parte Om̄elie nūo x.**

parvi vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

74. Gregorii pape. **In prima parte Ezechielis prophete Om̄elie nūo xii. in littera longobarda et vetusta valde.**

medioc. vol.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

75. Gregorii pape in extrema parte Ezechielis prophete. Omelie  
nuo x. in littera longobarda sed legibili et grossa et carte rose  
in spacio superiori.

medioc. vol. Rj.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

76. Gregorii pape. Registrum in quo continentur Eiusdem epistole  
nuo 294.

Tabula dictarum epistolarum in principio voluminis cum nume-  
ris dictarum epistolarum.

Leonis pape Epistole nuo 28. que esse debent serni.

Tabula dictarum epistolarum nuo 50.

magni vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

77. Gregorii pape libri dyalogorum iiii. in littera antiquissima et  
grossa capivers.

Tabula dictorum iiii. librorum in principio voluminis.

medioc. vol. asser. Al.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

78. Gregorii pape Dyalogorum libri iiii.

Tabula capitulorum dictorum, librorum in principio voluminis.

In fine voluminis habetur quinternus noviter scriptus per d.  
gregorium de crema abbatem monasterii.

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

79. Gregorii pape Dyalogorum libri iiii.

Eiusdem vita compilata per iohannem.

---



*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**80. Gregorii pape liber Regule pastoralis.**

Tabula capitulorum in principio voluminis. deinde Omelia de  
natale domini que incipit. Quia largiente domino. in fine  
vero deficiunt tria capitula.

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**81. Gregorii pape vita a Iohanne cardinali composita ac libris IIII.  
comprehensa. in cuius voluminis initio habetur quinternus eius-  
dem vite noviter scriptus per d. gregorium decrema abbatem  
monasterii huius.**

Bede presbiteri Sermo de eo qui in provintia nordanenbrum  
a mortuis resurgens multa tremenda narrabat.

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

**82. Gregorii pape Regule diffinitionum.**

Gregorii et Augustini diffinitiones mixtim congeste.

Excerpta ex libro legum novellarum et codicis ad episcopos  
et clericos pertinentia.

Augustini Epistola ad auxilium episcopum pro causa iniuste ex-  
communicationis.

Excerpta ex tractatibus eiusdem ad idem facientia.

Rabbani epi magondirensis Sinodus.

Capitula quedam moderna ex diversis conciliis.

Bede presbiteri excerpta de penitentia. Et plura alia.

Augustini liber sive gennadii presbiteri maxiliensis Dogmatum  
ecclesiasticorum niceni concilii.

Tertulani tractatus diversarum rerum necessariarum.

Sinodus ephesina.

Sinodus grangensis.

parvi vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

83. Glose de diversarum rerum significationibus distincte secundum ordinem litterarum alphabeti. Et secundum formam ac similitudinem libri qui dicitur catholicon cuius auctorem scire nequimus. Et primo de nominibus que in deo proprie et secundum quamdam similitudinem dicuntur.
- magni vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

84. Glose sive declarationes quedam breves singulorum capitulorum quinque librorum decretalium in papiro.
- parvi vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

85. Glosa libri apocalipsis sive Apocalipsis glosatus que glose in aliquibus locis sunt obscure.
- parvi vol.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

155. G. pergamentis tractatus contra patharenos et pasagios incompletus. Et quedam alia.
- satis parvi vol.

## H.

### INFRASCRIPTA LIBRORUM VOLUMINA SANCTO

HYERONIMO SUNT INTITULATA.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

86. Hieronimi presbiteri Explanationum in ysaïam prophetam libri duo xviii. [1] in antiqua et minuta littera.
- satis magni vol. asser.

[1] Totidem libros habet Editio.

Ciceronis Fragm.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

87. Hieronimi presbiteri Explanationum in ysaiam prophetam a libro xii. usque ad xviii vid. libri nu<sup>o</sup> vi. in littera longobarda satis grossa.  
medioc. vol.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

88. Hieronimi presbiteri Explanatio in daniële propheta vid. visio-  
num decem eiusdem prophete.  
Eiusdem explanatio in libro apocalipsis iohannis apostoli.  
Eiusdem epistola de melchisedech sacerdote.  
Iuliani toletani epi prognosticorum futuri seculi libri xii.  
minus medioc. vol. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

89. Hieronimi presbiteri super psalterium non tamen a primo psalmo  
prius incipiens. sed quosdam alios indirecte prius disserens.  
deinde ad psalmorem ordinem idest a primo incipiens et demum  
subsequenter in expositione procedens usque ad finem psalterii.  
in littera longobarda satis legibili.  
satis magni volum.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

90. Hieronimi presbiteri Epistola de auctoribus singulorum psalmo-  
rum extracta de origene.  
Augustini sermo sive tractatus de decem cordis.  
Hieronimi presbiteri liber ad Hydysiam viduam.  
parvi vol. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

91. Hieronimi presbiteri Expositio super evangelium sancti mathei  
evangeliste distincta per libros incompleta. libri nu<sup>o</sup> xiii. in-  
completi. in littera longobarda.  
satis parvi vol. asser.
-

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

92. Hyeronimi commentariolum in marcum idest Expositio super evangelium sancti Marci glosata in cartis grossis et in littera longobarda.

medioc. vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

93. Hyeronimi presbiteri epistole plurime in quinternis xli. et in littera longobarda.

parvi volum.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

94. Hyeronimi presbiteri Epistole plurime nuo in littera legibili. a suprascripto minus parvi volum.

---

## I.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

95. Iohannis osaurei tractatus super evangelium sancti mathei incompletus.

Eiusdem tractatus de reparatione lapsi in cuius fine habetur unus quinternus noviter scriptus per d. gregorium de crema abbatem monasterii.

medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

96. Iohannis grisostomi Tractatus quidam de terrenis sine inicio. Eiusdem de animantibus. Diversarum rerum. De gentibus. De locis. De solemnitatibus. De idolis. De vestibus. De heretiis et serpentibus. De grecis nominibus. Eiusdem de reparatione lapsi. Fides sancti luciferi epi. fides que ex niceno concilio processit.

Fides beati Athanasii epi. Omnia in littera antiquissima ca-  
pivers.  
parvi volum. ass. R.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

110. Iuliani toletani epi libri III. prognosticorum. de origine mortis  
humane. Tabula capitulorum dictorum librorum in principio  
voluminis.  
admodum parvi vol. ass.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

97. Iohannis grisostomi liber de reparatione lapsi.  
Hieronimi presbiteri Expositio super psalmos penitentiales.  
Eiusdem Expositio super psalmum Beati immaculati.  
Augustini liber ad simplicianum mediolanensem episcopum. de  
epistola pauli apostoli ad romanos.  
Eiusdem omelia de festivitibus sanctorum.  
Eiusdem omelia de die iudicii.  
Eiusdem Sermo quales sint christiani boni et quales sint mali.  
Omelia ad populum. [1]  
Eiusdem sermo de dilectione dei et proximi.  
Eiusdem omelia de die iudicii.  
parvi volum. ass. R.
- 

## Y.

### INFRASCRIPTA LIBRORUM VOLUMINA

SANCTO YSIDORO SUNT INTITULATA.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

98. Eunilii cuiusdam Instituta regularia divine legis duobus libris con-  
tenta per discipulum interrogantem et magistrum respondentem.
- 

[1] Inter suppositibios cclxvi<sup>m</sup>.

Liber de proprietate nominum vel rerum.

parvi vol. asser. al.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

99. Ysidori epi sententiarum libri 111.

medioc. vol. asser. Cro.

---

173. Ysidori epi super psalterium.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

100. Ysidori epi differentiarum libri duo in quibus secundum ordinem litterarum alphabeti procedit.

Eiusdem Tractatus qui dicitur glosa in quo simili ordine procedit.  
valde parvi vol. asser. Nigr.

---

105. Ysidori epi differentiarum liber primus incompletus in littera longobarda ad legendum difficili.

parvi vol. asser Ni.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

101. Ysidori epi Tractatus ethimologiarum libri 111. vid. octavus. nonus. et decimus.

parvi vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

102. Ysidori epi Tractatus de astronomia.

Eiusdem liber de usu litterarum.

Ysidori senioris liber promiorum.

Eiusdem liber de vita vel obitu sanctorum qui in domino precesserunt.

Eiusdem Tractatus de interpretatione nominum hebraycorum.

Tractatus velilongi de orthographia.

Prisiani gramatici vel porte.

Adamanti sive martirii de B. muta et U vocali.

De emendatione et notis veterum librorum. De distinctionibus.

De positione.

Augustini Tractatus ad petrum de vera fide. [1]

Ysidori epi liber secundus de interpretatione nominum hebraycorum.

Ciclus pascalis vid. modus adinveniendi festum pasce.

Arusiani messi vc. or. comitis primi ordinis Exemplaria elocutionum ex Virgilio. Salustio. Terrentio. Cicerone. digesta per litteras alphabeti. omnia suprascripta in littera longobarda obscura.

parvi vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

103. Ysidori Tractatus Ethimologiarum libri nuo x. in littera longobarda difficili ad legendum.

parvi vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

104. Ysidori Tractatus Ethimologiarum libri nuo vi. in littera longobarda difficili ad legendum.

parvi volum.

---

Ysidori epi differentiarum liber primus. Vide supra 105.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

106. Ysidori epi de ministris ecclesiasticis liber secundus. in littera

---

[1] Reiectus inter opera Augustini supposititia tom xvii. 1571. edit. Venetie anni 1768.

grossa antiqua capivers. deficit unus quinternus circa medium voluminis et incompletus.

medioc. vol. Ni.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

107. Ysidori epi Cronica de romanis pontificibus vid. beato Petro apostolo usque ad beatum urbanum papam. in bona littera [non habens nisi quinque quinternos a principio cum ipso principio sine assen. et lati voluminis et sutilis]. [1]

sutilis volum.

---

L.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

108. Leonis pape epistole nuò x. in littera capivers. grossa.

parvi vol. assen. Ni.

- 
109. Vide supra in Gregorio.

110. Vide supra in littera I.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

129. Lectionarium anticum incipiens a nativitate domini et terminans in sabbato sancto in quo tamen non proceditur per dominicas et ferias.

parvi vol. assen. Al.

---

O.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet.*

111. Origenis Tractatus in genesi.

Eiusdem in exodo. Omelie nuò xii.

---

[1] Quae uncinis clausi posterior manus addidit.



Eiusdem in levitico Omelie n<sup>o</sup> xvi.

Eiusdem in libro numeri Omelie n<sup>o</sup> viii.

Eiusdem in libro yeshu nave Omelie n<sup>o</sup> xix.

Eiusdem in libro regum Omelie vii.

Eiusdem in exordio cantici canticorum Omelie vii.

Eiusdem in ysaia propheta Omelie n<sup>o</sup> viii.

Eiusdem in Hyeremia propheta Omelie n<sup>o</sup> xi. in littera minuta et bona.

satis magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

112. Origenis Explanationum in epistola pauli apostoli ad romanos libri n<sup>o</sup> x.

Johannis epi constantinopolitani Commentarium in epistola pauli ad hebreos vid. Sermones n<sup>o</sup> xxxiii. omnia littera minuta et bona.

medioc. volum. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

113. Omeliarium dominicale aymonis per circulum anni.

Omeliarium de comuni sanctorum in fine voluminis.

alti et magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

114. Omeliarium dominicale aymonis per circulum anni.

Omeliarium de comuni sanctorum in fine voluminis.

alti et magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

115. Omeliarium et Sermonarium ab adventu domini usque ad pasca.

Vita et ortus beate marie virginis et Assumptio eiusdem in celis.

magni volum. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

116. Omeliarium et Sermonarium ab adventu domini usque ad medium XL<sup>o</sup>

Sermones de comuni sanctorum in fine. Sermo in dedicatione ecclesie.

valde magni voluminis. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

117. Omeliarium a pasca usque ad adventum tam temporis quam festivitatum sanctorum.

valde magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

118. Omeliarium dominicale aymonis a pasca usque ad adventum. Omelie apostolorum et martirum. in littera grossa.

alti et magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

119. Omeliarium super Epistolas et prophetias.

Omeliarium super Evangelia que ad missam leguntur a nativitate domini usque ad pasca.

satis magni voluminis asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

120. Omeliarium Aymonis lectionum Epistolarum et prophetiarum que ad missam leguntur per circulum anni tam de tempore quam de sanctis a nativitate domini incipiens.

Omelie epistolarum dominicalium per circulum anni.

Omelie epistolarum de comuni sanctorum,

Omelie epistolarum ferialium XL<sup>me</sup>.

Omelie epistolarum de comuni confessorum.

Augustini Sermo in inicio voluminis.

satis magni volum. asser.

---

Omēlie 40. Gregorii pape. Vide in Gregorio.  
Omēlie Cesarii epi. Vide in littera C.  
Omeliarium Bede. Vide in littera B. 38.

---

P.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

121. Passionarium incipiens a passione sancte anastasię et finiens in vita sancti mauri abbatis. in quo continentur plerime sanctorum passiones et vite. que in Kalendario non continentur. Vide tabulam in inicio voluminis.  
medioc. vol. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

122. Passionarium per circulum anni in cuius inicio continentur passiones omnium apostolorum. in fine vero habetur passio sancti menne martiris et Sermo in laude sancti mathie apostoli. Tabula dictarum passionum in principio voluminis.  
alti et medioc. vol. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

123. Passionarium incipiens a passione sancte martine et finiens in passione et miraculis sancti marcelli martiris. Tabula dictarum passionum in inicio voluminis.  
magni vol. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

124. Penitentiarius liber in quo continetur modus iniungendi penitentias et satisfactiones. Ratio qualiter suscipere debent sacerdotes penitentes ad penitentiam.  
parvi vol. asser. Al.
-

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

125. Prosperi de vita contemplativa libri III. qui dividitur in tres libros.

Eiusdem Epigrammata idest liber qui in scholis grammaticarum legitur qui prosper appellatur.

parvi vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

126. Pascasii ratberti Tractatus de corpore et sanguine. domini nostri iesu christi.

parvi volum.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

21. Pauli dyaconi Expositio super regula beati patris nostri Benedicti. Eiusdem Epistola ad carolum regem in fine voluminis.

asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

128. Prudentii aurelii antiqui versificatoris eximii Opuscula plura in versibus vid.

Hymnus circa exequias defunctorum.

De passione sancti Ypoliti ad valerianum epm.

Passio sancti Cipriani martiris.

Passio apostolorum Petri et Pauli.

Versus in honore constantine constantii filie.

Aposteoses sancti romani martiris.

Passio sancti laurentii martiris.

Passio sancti vincentii martiris

Passio sancti agnes.

Passio sancti fructuosi epi augurii et eulogii dyaconorum.

Passio sancti cassiani martiris.

Eiusdem prudentii liber aposteoses.

5 \*

Eiusdem adversus fantasmaticos qui christum negant verum  
hominis corpus habuisse.

Eiusdem amartigenia libri duo de origine peccatorum.

Eiusdem adversus marcionitas qui duos deos esse affirmant.

Eiusdem liber psuchomachia.

Eiusdem contra orationem simachi libri duo.

Eiusdem hymni viii. in honore diversorum sanctorum. Omnia.  
prædicta pro maiori parte in littera antiqua capivers.  
parv<sup>9</sup> voluminis.

---

Prognosticorum Juliani toletani. Vide in littera I.

---

Q.

154. Quoddam quodlibet in littera longobarda.

satis parvi vol.

---

R.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

129. Regula beatissimi patris nostri Benedicti que noviter scripta est  
[per d. gregorium de crema abbatem] [1] vid. a principio  
usque ad capitulum xxiiii. eiusdem Regule . . residua vero  
in littera vetusta conscripta.

Evangeliorum principia cum quadam omelie particula que legi  
solent dominicis et festivis diebus in capitulo matutino pro  
lectione regule.

parvi volum. asser. B.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

130. Regula beatissimi patris nostri Benedicti.

Tabula capitulorum dicte regule in principio.

---

[1] Quae uncinis clausi subinde deleta fuere.

Hymni et Cantica propria et comunia tam de tempore quam de sanctis. Hymni feriarum.

Capitula LXXV. ad monachos pertinentia.

Regula sancti Columbani abbatis.

Eiusdem Epistole sive exortationes nuo XLII.

Quedam de octo principalibus viciis.

De penitentiis pro criminibus imponendis.

Ammonitiones quedam valde utiles.

Item quedam de penitentia imponenda.

parvi vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

131. Regula beatissimi patris nostri Benedicti vetusta habens plures cartas suas cum Hymnario de tempore. omnia modici valoris.

parvi vol. asser.

131. Regula sanctissimi patris nostri Benedicti in littera grossa coperta fundello.

parvi vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

132. Regula sancti Columbani abbatis.

Eiusdem epistole sive exortationes.

De octo viciis principalibus.

Eiusdem exortatio.

De penitentia exortatio.

parvi vol. asser. Ni.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

133. Regula quedam canonicorum sine principio et fine.

Decreta quedam et auctoritates contra symoniam.

Hymni tam de tempore quam de sanctis per circulum anni.

valde parvi vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

134. Rationes singulorum qui in computo annuali continentur vid. dierum. annorum. concurrentium. epactarum. bissexti. lune. solis. siderum. embolismorum. auri numeri. et ceterorum que in dicto computo continentur. habens cartas rosas a muris in quinternis quinque. .

parvi volum.

172. Regula sancti Benedicti in carta bona et parva at pulchra littera habens post finem tractatum de defectibus misse et quosdam casus papales et reservatos copetta cartonibus. [1]

parvi volum. carton. Rub.

174. Regula in vulgari cum declaratorio veteri in latino. Quedam ordinationes. Item ordinationes et modus celebrandi capitulum generale. Item plures ordinationes. et Matricula fratrum nostre congregationis. In papiro mediocris. [2]

medioc. vol. asscr.

## S.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

135. Sinodus Calcedonensis in quo continentur actiones xiiii. incomplete et primo.

Epistole xxv. ad diversos directe pro ipsa sinodo celebranda. in littera longobarda.

satis magni vol. asscr.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

136. Synodus sexta in qua continentur xviii. actiones que celebrata fuit in urbe constantinopolitana.

[1] Hunc et sequentem articulum recentior manus saeculi xvi. addidit. quae etiam in margine adnotavit: *noviter scripta.*

[2] Recentior manus adnotavit: *noviter scripta.*

**Liber quidam de beata vita.**

medioc. volum. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

137. Synodus octava que celebrata fuit in urbe constantinopolitana in qua continentur actiones decem et capitula sive regule xxvii. Agilulfus abbas obtulit hunc librum sancto columbano.  
medioc. vol. asser.

Synodus Ephesina et Synodus grangrensis. Vide supra in littera G. 82.

Sermonarium et Omeliarium. Vide supra in littera O. 116.

145. Sermonarium incipiens in assumptione beate Marie. In xi.<sup>a</sup>. Sermones xvi. etc.  
satis parvi volum.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

138. Sermonarium predicabile in pluribus anni festivitatis.  
Sermonarium predicabile dominicarum venerabilis fratris iacobi de voragine archiepiscopi ianuensis a prima dominica de adventu domini usque ad quintam dominicam post pentecosten.  
parvi vol. asser.

146. Sermonarium predicabile incipiens ab adventu domini. Et pro diversis materiis et in diversis solemnitatibus.  
medioc. volum.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

139. Sedulii eximii versificatoris antiqui Opuscula quedam veteris et novi testamenti que nominantur opus sacrum. deficiunt aliquae carte. in littera antiqua capivers.  
satis parvi volum.



*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

140. Sedulii eximii versificatoris antiqui Opuscula quedam Opus sacram-  
nominata veteris et novi testamenti libri VI.  
valde parvi volum.
- 

9. Sermones sancti Bernardi abbatis super cantica canticorum salomo-  
nis incipiens Vobis fratres. cum tabula. [1]  
magni vol. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

141. Sedulii sive Prudentii versificatorum Opus celestis rationis quod  
in pluribus opusculis videtur divisum.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

142. Sedulii eximii versificatoris antiqui Operis sacri veteris ac novi  
testamenti libri III. ultimi in littera antiqua capivers.  
parvi volum. asser.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

143. Sententie et auctoritates sanctorum doctorum.  
parvi volum.
- 

8. Sermones sancti Bernardi abbatis per circulum anni in littera  
nova scripta calamo in papiro cum tabula sua ante princi-  
pium. Incipiens hoc modo Hodie fratres celebramus ad-  
ventus initium. [2]  
magni volum. asser.
- 

[1] Hunc articulum posterior manus saeculi XVI. scripsit, quae etiam ad-  
notavit in margine: *noviter aquisitum.*

[2] Hunc articulum posterior manus saeculi XVI. scripsit, quae etiam ad-  
notavit in margine: *noviter scriptum.*

144. Vide supra in littera E. expositio psalmodum xxx.  
145. Vide supra in littera S. Sermonarium incipiens in assumptione  
b. marie.  
146. Vide supra in littera S. Sermonarium predicabile incipiens ab ad-  
ventu domini.

---

T.

---

V.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

147. Vita sanctorum patrum incipiens a sancto iohanne heremita. Et  
adhortationes eorum contra octo principalia vicia [latino ser-  
mone] [1]  
Vita theophili vicedomini.  
Visio cuiusdam fratris ante eius decessum.  
Quedam alia in fine voluminis.
- medioc. vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

148. Vita sanctorum patrum que appellatur paradisi in capitulis LVIII.  
[latino sermone].  
Vita sancti Severini abbatis que in inicio voluminis habetur.  
Vita sanctorum patrum incipiens a Johanne heremita in capi-  
tulis CV. deficiunt capitula 7.
- medioc. volum. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

149. Vita sanctorum patrum sive adhortationes contra octo principalia  
vicia.

---

[1] Quae uncinis clausi posterior manus saeculi XVI. addidit.

Ciceronis Fragm.

Eorundem patrum Sententiæ.

Castigatio sancti lupi ad clericum monendum. in littera antiquissima que appellatur capivers.

satis parvi vol. asser. Al.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

150. Vita sancti Columbani abbatis primi huius monasterii. Omnia cum miniis antiquis valde magnis.

Vita sancti Atale abbatis successoris sancti columbani.

Vita sancti Bertulfi abbatis successoris sancti Atale.

Vita sancti Eustasii abbatis,

Miracula que in monasterio evoracis dominus ostendere dignatus est. [Versus de vita et miraculis beati Bobuleni abbatis huius monasterii].

Liber secundus de virtutibus et miraculis sancti columbani.

Translatio corporis eius a bobio in papia. Et relatio eius in bobium.

satis magni volum. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

151. Vita sancti Columbani primi abbatis huius monasterii.

Vita sancti Atale abbatis successoris eius.

Vita sancti Bertulfi abbatis successoris sancti Atale.

[Versus continentes vitam et miracula beati Bobuleni cum prologo]

Vita sancti Galli discipuli sancti columbani in littera aliquantulum obscura sed non caduca.

magni vol. asser. Ni.

---

160. Vita sancti Columbani abbatis de cuius inicio deficit unus quaternus vel circa. in fine vero continetur quedam explicatio et quedam treugua et expositio unius epistole lectionis.

magni vol.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

152. Vita sancti Columbani primi abbatis huius monasterii. in cuius voluminis inicio continetur vita sancti Martini.

Vita sancti Martini confessoris.

Vita sancti Atale abbatis successoris sancti Columbani. in littera grossa antiquissima capivers.

satis parvi vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

153. Vita sancti Galli confessoris libris duobus comprehensa.

Liber secundus de miraculis post transitum eius.

Passio sancti Antonini martiris in principio voluminis huius.

Vita sancti Nicolay epi.

Sermo in laude sancti luce evangeliste.

medioc. volum.

---

Vita acti Gregorii pape. Vide in Gregorio.

154. Vide supra in littera Q.

155. Vide supra in littera G.

156. Vide supra in littera E.

157. Vide supra in littera C.

158. Vide supra in littera C.

---

[159. Vita sanctorum patrum pars tertia incipiens a sancto Frontonio in bonis cartis.

medioc. vol. asscr.]

---

[160. Vita sanctorum patrum pars quarta incipiens a sancto Johanne patriarcha in bonis cartis.

medioc. vol. asscr.]

---

- [201. Vita sancti Columbani in carta pergamena in cuius fine est scriptum. Iste libellus est sancti Columbani bobiensis quem si quis rapuerit sentiet iram dei et beati columbani quia hic melius colligitur hystoria beati columbani quam alibi ubicumque. sub. nno 201.

satis parvi vol. asscr. Ni.]

---

- [9. Voraginis liber tractans de sanctorum legendis per totum annum in papiro in littera nova stampata habens in fine tabulam per numerum cartarum incipiensque in hunc modum Universum tempus presentis vite.

magni volum. asscr.] [']

---

### INFRASCRIPTI SUNT LIBRI PHILOSOPHORUM ET POETARUM.

*In hoc volumine continentur:*

159. Aristotilis Cathegorie tractatus sic appellatus.

parvi vol.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

160. Virgillii maronis bucolicon liber.

Eiusdem georgicon libri IIII.

Eiusdem eneydos libri XII. in littera capivers.

medioc. vo. Ni.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

161. Virgillii maronis bucolicon libri IIII. in littera longobarda.

medioc. vol.

---

[1] Eadem recentior manus adnotavit in margine: *noniter acquisitum.*

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

162. Tullii Ciceronis in cathilinam libri IIII. in littera antiqua capivers.  
medioc. vol.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

163. Vegetius de arte militari in littera longobarda.  
medioc. vol.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

164. Dyaconti cuiusdam versificatoris tractatus in versibus. in littera longobarda.  
medioc. vol.
- 

### INFRASCRIPTI SUNT GRAMATICALIUM LIBRI.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

165. De subtilitatibus gramaticalium et metrorum compositione.  
Quedam de poetis.  
Cronica quedam brevis de imperatoribus romanorum.  
Gesta summorum pontificum incompleta. in littera longobarda  
obscura et difficili ad legendum.  
medioc. volum.
- 

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

166. Marii sergii gramatici tractatus de centimetro.  
Tractatus quidam quorundam aliorum gramaticorum.  
Augustini episcopi tractatus de nomine. in littera longobarda  
difficili ad legendum.  
medioc. vol.
- 

Tractatus quidam de centimetro sine inicio et sine fine in littera antiqua capivers.

---

medioc. vol.

Tractatus quidam de subtilitatibus gramaticalium.

Et metrorum scansione.

De productione et breviatione verborum. in littera longobarda  
difficili ad legendum.

medioc. vol.

---

*In hoc volumine continetur :*

167. Glosa de partibus orationis in littera legibili.

parvi vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

168. Edicio secunda de partibus orationis.

De figura.

De pronomine.

De verbo. de adverbio. de propositione.

parvi vol. asser.

---

Salustii liber in pluribus locis obscurus.

Liber in gramatica. deficiunt quinterni quinque de principio.

Dónatus in gramatica.

parvi vol. asser.

Liber gramaticalium in littera longobarda.

---

#### INFRASCRIPTI SUNT LIBRI IN VULGARI.

169. Regula sanctissimi patris nostri Benedicti in vulgari [scripta per  
de gregorium de crema abbatem huius monasterii in 1458] [1]  
cooperta corio cum sigillis.

parvi vol. asser. R.

---

[1] Quae uncinis clausi subinde deleta fuerunt.

170. Hieronimi transitum in vulgari scriptum per d. franciscum de  
ianua in 1457.

parvi volum. asser.

---

171. Vide supra in littera R. Regula sancti Benedicti.

172. Vide supra in littera V.

173. Vide supra in Ysidoro.

[173 et 67 in librorum sacristie. tota summa sunt nu<sup>o</sup> 243.]

---

## A.

### INFRASCRIPTA SUNT LIBRORUM VOLUMINA.

AD CULTUM DIVINUM SIVE AD CHORUM PERTINENTIA.

---

1. Antiphonarî prima pars tam temporis quam sanctorum a prima  
dominica de adventu usque ad pasca.

Comune sanctorum cum figuris et miniaturis ad penellum.

Invitatoria vid. Venite exultemus viii. notata.

Benedicamus domino notati 10.

Laudes quedam pulcerrime de nativitate domini et de beata maria.

magni vol. asser.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

2. Antiphonarii secunda pars tam de tempore quam de sanctis a pas-  
ca usque ad adventum cum comuni sanctorum. Et officio  
mortuorum priori simile.

magni vol. asser.

---



**B.**

**INFRASCRIPTA SUNT BREVIARIA MONASTICA MAXIMA**

**ET MAGNA ANTIQUA AD CHORUM PERTINENTIA.**

3. Breviarium anticum de tempore per circulum anni cum responsoriis et antiphonis notatis.

Officium de festo corporis christi in principio voluminis. in littera grossa moderna.

maximi volum. asser.

4. Breviarium monasticum anticum de tempore tantum per circulum anni cum responsoriis et antiphonis notatis.

magni vol. asser. Ni.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet.*

5. Breviarium nocturnum monasticum anticum de sanctis tantum modo cum responsoriis et antiphonis notatis. Incipiens a festo sancti Nicolay usque ad festum nativitatis beate marie virginis. Passio sancte Margarite virginis.

Officium proprium de festo sancte Marie magdalene in fine voluminis in littera grossa moderna.

magni vol. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

6. Breviarium nocturnum monasticum anticum priori simile. Incipiens a nativitate sancte Marie usque ad finem.

Nocturnum comune sanctorum.

magni vol. asser.

- [3. Antiphonarium vetustissimum in carta pergamena de tempore de sanctis ac comuni sanctorum cum notularum figuris sutilissi-

mis. habens in principio et in fine certas regulas ac species  
musice. vid. tonorum more grecorum nuncupatos.

magni vol. asser.]

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

7. Breviarium monasticum anticum per circulum anni de festivitati-  
bus sanctorum tantum. Incipiens a festo S. Stephani  
Comune sanctorum.

magni vol. asser.

---

*In hoc volumine.*

8. Breviarium patriarchale sive secundum ordinem S. Dominici ha-  
bens psalterium valde succintum et abbreviatum videlicet duo  
vel tria verba pro singulo versu.

parvi vol.

- 
9. Breviarium monasticum anticum completum maius quam portatile  
videlicet pro utendo in camera in littera moderna satis  
grossa.

parvi vol. asser. X.

- 
10. Breviarium monasticum anticum completum et portatile cum plu-  
ribus miniaturis deauratis in pulcra littera sed obscurum est  
et cenosum in cartis.

valde parvi vol. asser.

- 
16. Breviarium in papiro monasticum modernum portatile quod scrip-  
sit d. gregorius de pedemontium.

portatile asser. Al.

- 
17. Breviarium monasticum modernum in cartis portatile: quod scrip-  
sit d. Christoforus de mantua.

C.

**INFRASCRIPTA SUNT CAPITULARIA MONASTICA ANTIQUA.**

*In hoc volumine infrascripta continentur :*

11. Capitularium et orationarium monasticum anticum per circulum anni. Ratio pasce in quadam rota in principio voluminis. Officium mortuorum notatum in fine. in littera grossa moderna. parvi vol. asser. Ni.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

12. Capitularium et orationarium monasticum anticum per circulum anni. deficiunt plura in medio. Benedictiones quaedam in diversis monasterii officinis in principio voluminis. Kalendarium in fine voluminis. parvi volum. asser.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

13. Capitularium et orationarium monasticum anticum per circulum anni incipiens ab adventu domini. in bona littera grossa. in fine habens exorcismum salis et aquae et quaedam alia. parvi vol. asser. Burd.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

14. Capitularium et orationarium per circulum anni incipiens a sancta trinitate. valde copiosum non secundum morem monasticum. habens post singula capitula responsorium breve et versum deinde collectum. In cuius inicio voluminis continetur alphabetum grecum. Quedam etiam ars numerandi in digitis manuum. Et quedam declaratio dictorum numerorum.

In fine voluminis confessiones peccatorum et letanie.  
medioc. vol. asser. Ni.

---

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

15. Capitularium et orationarium per circulum anni valde copiosum incipiens a sancta trinitate non secundum morem monasticum priori simile. In fine habens officium crucis.  
medioc. vol. asser.
- 

16.)  
17.) } Vide supra.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet :*

18. Capitularium et orationarium modernum in papiro per circulum anni secundum morem congregationis. Exorcissmus salis et aque in fine.
- 

35. Cantoria idest Kirielleyson. Gloria in ex. Sanctus et Agnus dei. que cantantur ad missam cum nota et littera grossa.  
maximi vol. asser.
- 

- [36. Cantoria idest Kirielleyson. Gloria in excelsis. Sanctus et agnus dei. habens in principio missam sanctissimi patris nostri Benedicti. et in fine antisona dominicales ad ds cum responso-riis. in bonis cartis et miniaturis.  
magni vol. asser. Noviter scriptum.]
- 

## D.

### DIURNA MONASTICA MODERNA PORTATILLIA.

---

19. Diurnum monasticum modernum in cartis scriptum per d. gregorium de pedemontium in monasterio S. columbani de bobio.

In cuius inicio habetur psalterium. in fine vero officium  
beate virginis.

portatile. asscr. Al.

- 
21. Diurnum monasticum modernum in papiro scriptum per d. Ysaac de  
basilea alamanie in monasterio sancti columbani de bobio.  
valde parvi vol. asscr.

- 
22. Diurnum in cartis monasticum anticum cum miniaturis de auro ha-  
bens in principio psalterium brevium. in medio Kalenda-  
rium. in fine autem officium de festo corporis Christi.  
valde parvi vol. asscr. Al.

---

## E.

### EPISTOLARIA ANTIQUA MONASTICA.

- 
23. Epistolarium monasticum anticum tam de tempore quam de festi-  
vitatibus sanctorum per circulum anni incipiens ab adventu  
domini. in fine habentur aliquae epistole de novo scripte.  
coopertum corio rubeo cum sugillis.

medioc. vol. asscr. B.

- 
24. Epistolarium monasticum anticum tam de tempore quam de festi-  
vitatibus sanctorum per circulum anni incipiens a vigilia na-  
tivitatis domini. in fine habens epistolam in nativitate san-  
cti columbani. in littera valde antiqua.

medioc. vol. asscr. Ni.

- 
25. Epistolarium et Evangelistarium monasticum anticum per circulum  
anni tam de tempore. quam de festivitibus sanctorum. in-  
cipiens a vigilia nativitatis domini. in fine vero continentur

evangelia tria ebdomade tertic quarte et quinte in quadra-  
gesima.

magni vol. asser. Al.

---

E.

EVANGELISTARIA ANTIQUA MONASTICA.

---

26. Evangelistarium monasticum anticum per circulum anni tam de tem-  
pore. quam de festivitibus sanctorum incipiens a prima do-  
minica de adventu domini. In cuius inicio voluminis conti-  
netur prefatio generalis cum inicio canonis in litteris aureis  
antiquis. in fine autem evangelia pro defuntis. omnia in lit-  
tera grossa.

satis magni vol. asser. Ry.

---

27. Evangelistarium monasticum anticum per circulum anni tam de tem-  
pore quam de festivitibus sanctorum. a dominica prima de  
adventu incipiens. In quo continentur evangelia etiam feria  
iiii<sup>a</sup>. et vi<sup>a</sup>. et sabbato diversis temporibus anni. circa cu-  
ius finem continentur duo evangelia pro defuntis.

medioc. vol. asser.

---

28. Evangelistarium monasticum in quo continentur evangelia tantum in  
precipuis solemnitatibus totius anni incipiens a nativitate do-  
mini cuius prima asser tecta est lamina argentea in qua con-  
tinetur ymago prominens nostri salvatoris. in alia vero as-  
sere habetur quedam ymago sudarii.

Medioc. vol. asser Argen.

---

**E.**

**EXORCISMORUM LIBRI SECUNDUM MOREM ANTICUM.**

---

29. Exorcismorum liber in quo continetur opus sacerdotale ad baptizandum ad unguendum infirmum ad recipiendum penitentem ad penitentiam.

Modus baptizandi in fine.

parvi vol. assere. Ni.

---

30. Exorcismorum liber et primo de modo baptizandi. Modus suscipiendi penitentem ad penitentiam. In fine autem continentur missae pro defunctis.

parvi vol.

---

31. Exorcismorum liber et primo exorcismus salis et aque. Modus suscipiendi penitentem ad penitentiam. In fine interrogatio sacerdotis et confessio penitentis.

parvi vol.

---

32. Exorcismorum liber et primo ordo ad suscipiendum novitium. ad professionem sine inicio.

Ordo ad catechuminum faciendum.

In fine continentur orationes in diversis monasterii officinis.

satis parvi. vol.

---

33. Exorcismorum liber secundum morem modernum. eorum. s. que ad curatum presbiterum pertinent. scriptus per d. franciscum de ianua in 1458 vel. circa.

medioc. vol. Al.

---

50. Exorcismorum liber secundum anticum morem in quo deficient pl-

ra de principio. Continetur primo ordo in domo infirmorum etc. Deinde sequitur prolixum officium funeris. Deinde misse votive.

parvi vol. asser.

---

F.

---

G.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

34. Graduale monasticum anticum per circulum anni tam de tempore quam de festivitibus sanctorum.

Cantoria idest Kirielleyson. Gloria in ex. Sanctus et Agnus dei que cantantur in omnibus solemnitatibus totius anni.

Sequentie speciales in pluribus festivitibus.

magni vol. asser.

---

*[In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

Cantoria idest Kirielleyson etc. cum missis votivis et sequentiis. habens in principio missam propriam de S. Benedicto in carta pergamena et littera grossa et bona coopertum corio viridi.

satis magni vol. asser. viridi.

---

I.

---

K.

---

Kalendarium.

---

L.

---

Lectionarium.



M.

MISSALIA MONASTICA ANTIQUA COMPLETA.

*In hoc volumine infrascripta continentur videlicet:*

36. Missale monasticum anticum completum cum quibusdam rationibus lune in principio. Et quibusdam aliis ad episcopos pertinentibus.

magni vol. asscr.

37. Missale monasticum anticum completum incipiens a vigilia nativitate domini cum canone et Kalendario in principio. in fine missa ad dandam penitentiam.

magni vol. asscr.

38. Missale monasticum anticum completum cum quibusdam rationibus lune in principio. in fine missa contra paganos et missa in commemorationem sanctorum.

magni vol. asscr.

39. Missale monasticum anticum completum cum letaniis et quibusdam aliis in principio. in fine missa pro penitente confitente peccata.

satis magni vol. asscr.

40. Missale monasticum anticum completum habens lectiones epistolarum et evangeliorum in fine.

parvi vol. asscr.

MISSALIA MONASTICA INCOMPLETA.

41. Missale monasticum anticum absque epistolis et evangelis tam de tempore quam de festivitibus sanctorum. in cuius

inicio continentur plures benedictiones ad singula que voveris.

In fine. missa cottidianis diebus omnimode.

magni vol. asser. B.

42. Missale monasticum anticum absque epistolis et evangelis in littera grossa moderna cum principalibus miniis deauratis. Kalendarium in principio. in fine vero oratio S. Ambrosii ante celebrationem misse. videlicet summe sacerdos et vere pontifex.

magni vol. asser. B.

43. Missalis collectarius idest Oratio. Secreta. et post Communio. incipiens a vigilia nativitate domini. et finiens a missa pro febricitantibus.

medi. vol. asser. Bord.

44. Missale monasticum anticum exceptis dumtaxat Introitis. Gradualibus. offertoriis et Comunibus. In cuius inicio continentur Cantoria idest Kirieleyson. Gloria in excel. Sanctus et Agnus dei. et Sequentie in pluribus festivitatibus. habens cartas omnes resas in angulo inferiori.

parvi vol. asser. B.

#### COLLECTARIA MISSALIS MONASTICI.

45. Missalis collectarius idest Oratio. Secreta. et Postcommunio per circulum anni. in cuius inicio continetur benedictio palmarum et plura alia. deinde quedam miniature deaurate in quibus continentur littere antique auree de capiversis in quinque cartis que ita incipiunt videlicet. In nomine dni Incipit liber sacramentorum de circulo anni etc. habens omnes minios aureos usque ad medium voluminis. In fine habens missam ad postulandam serenitatem.

medioc. vol. asser. Al.

46. Missalis collectarius idest Oratio. Secreta. et Postcomunio per circulum anni. in cuius inicio continentur capitula que dicuntur ad horas canonicas. Incipiens a vigilia nativitatís domini. In fine continetur Kalendarium.

parvi vol. asser.

47. Missalis collectarius idest Oratio. Secreta. et Postcomunio per circulum anni. incipiens a dominica prima de adventu domini. in littera grossa et bona. In fine habens Kalendarium.

medioc. vol. asser.

48. Missalis collectarius incipiens a dominica prima de adventu domini. et finiens in missa sancti viti et modesti.

medioc. vol. asser.

49. Missale monasticum anticum incipiens a festo conversionis S. Pauli apostoli. de sanctis tantum. incompletum. In fine habens missam unius defuncti.

satis parvi vol.

50. Missale votivum. Vide supra in littera E. 50.

51. Missale votivum a canone incipiens et finiens in benedictione ferri iudicialis.

satis parvi vol.

52. Missale votivum et pro diversis oportunitatibus.

satis parvi vol.

53. Missale monasticum anticum in certis tantum solemnitatibus totius anni incipiens ab adventu domini. in littera valde grossa. et finiens in missa pro peccatis.

medioc. vol. asser. B.

**MISSALIA SECUNDUM CURIAM ROMANAM.**

54. Missale secundum curiam. cum pictura annunciationis beate Virginis in principio. pluribus etiam picturis et miniaturis in precipuis festivitibus totius anni. finiens in exorcismo salis et aque. in littera grossa moderna.

magni vol. asser. R.

55. Missale secundum curiam. in cuius inicio post Kalendarium continetur exorcismus salis et aque. absque ullis picturis. in cuius fine continetur missa in solemnitate S. Columbani. omnia in satis parva littera.

magni vol. asser. R.

56. Missale secundum curiam per d. franciscum de ianua monachum. in cuius inicio continetur tractatus de defectibus misse et remediis apponendis. deinde Kalendarium. in fine missa pro una virgine et martire.

satis parvi vol. asser. R.

65. Martirologium cum regula S. Benedicti scriptum per d. ut supra cooperto corio nigro.

- [47. Missale secundum curiam in cuius inicio continetur Kalendarium in bonis cartis.

medioc. vol. asser.]

**O.**

Orationaria et Capitularia antiqua Vide supra in littera C.

57. Orationarium monasticum anticum sine capitulis per circulum anni. incipiens a vigilia nativitatis domini. et finiens in Oratione omnimoda seu Pietate tua quesumus domine.

satis parvi vol. asser.

Officium sancti Colombani.

---

Officium.

---

Officium.

---

Officium beate virginis marie.

---

178. Officium beate virginis marie parvum scriptum per d. franciscum cooperto corio nigro.

---

[179. Orationarium et capitularium completum secundum congregationem nostram. in bonis cartis. et habet in inicio tabulas lune. indictionis. litere dominicalis. aurei numeri. pasce. et cetera alia. In fine vero habet Sermonem Sancti Casiani. et nonnullas antifonas.

medioc. vol. asser.]

---

## P.

### PSALTERIA MONASTICA MAGNA.

58. Psalterium monasticum cum ymnario et canticis per circulum anni pro choro cum antiphonis et responsoriis brevibus notatis. cum principiis nocturnorum miniatis ad pennellum. in cuius inicio habetur Kalendarium. in fine autem officium mortuorum notatum.

magni vol. asser. R.

---

59. Psalterium monasticum cum ymnis et canticis per circulum anni pro choro cum antiphonis notatis. et primo minio psalmi cuiuslibet nocturni miniato ad pennellum deaurato. in pluribusque locis caducum sive obscurum. In cuius inicio habetur

Kalendarium. circa finem vero officium inortuorum. in fine autem ymni et cantica in festo corporis christi et sancte madalene.

magni vol. asser.

---

60. Psalterium dirrectaneum cum titulis singulorum psalmorum prout continetur in bibliis. sine ymnis et canticis festivitatum sanctorum. In cuius initio continentur plurime orationes devote. in fine vero Benedicite omnia opera domini domino. completum.

satis magni vol. asser.

---

45. Psalterium dirrectaneum cuiusdam biblie cum titulis singulorum psalmerum [cum officio corporis Christi in cantu in fine et Kalendario vetusto in principio cum passione sancti georgii.

subtilis et lati vol. asser.]

---

62. Psalterium dirrectaneum cuiusdam biblie cum titulis singulorum psalmorum [deficiens a medietate psalmi beati immaculati usque ad finem psalterii. valde antiquum. habens principia omnium versuum psalmorum in margine sinistro.

satis medioc. vol.]

---

Psalterium directaneum antiquum in fine habens Laudate dominum. etc.

medioc. vol.

---

Psalterium.

---

Psalterium.

---

63. Processionarium anticum valde copiosum in pluribus solemnitatibus et temporibus per circulum anni. Incipiens ab adventu domini. et sic procedens per singulas solemnitates totius anni.  
parvi vol.

---

64. Processionarium anticum priori simile. valde copiosum in pluribus solemnitatibus et temporibus per circulum anni. Incipiens a festo S. Stefani protonmartiris. et finiens ad antiphonam que incipit Alma redemptoris mater.  
parvi vol.

---

[65. Processionarium in pluribus solemnitatibus habens officium mortuorum in fine et habet in inicio Ave gratia plena. in fine vero Parce mihi domine. in bonis cartis. coopertum corio rubeo.  
parvi vol.]

---

[66. Processionarium simile supradicto habens in fine Sicut cervus coopertum ut supra.  
parvi vol.]

---

[67. Processionarium simile supradict habens in fine Sicut cervus coopertum corio albo.  
parvi vol.]

---

### INCIPIIT INVENTARIUM SACRISTIE ECCLESIE SANCTI

COLUMBANI DE SOBIO VIDELICET RELIQUIARUM ET VASORUM.

---

Corpus S. Attale abbatis successoris S. Columbani in quadam arcella lignea circumtecta serico rubeo.

Cineres corporis S. Laurentii martiris in quadam satis magna pissime eburnea sive ossea crocei coloris. in qua pissime continetur alia pissis plumbea in qua dicte cineres continentur.

**Brachium S. stephani** pthomar idest os brachii dicti martiris circumtectum laminis hereis cum manu lignea in superficie dicti brachii.

**Ydria una ex illis sex ut dicitur ex quibus dominus noster in nuptiis aquam vertit in vinum.**

**Pissis eburnea cum coperculo ligneo depicto. Cum pluribus reliquiis.**

**Arcella sive cophinellus in qua continetur vasculum vitreum fabricatum in qua arcella plures reliquie continentur.**

**Reliquiarium sive cophinellus acutus in superficie, qui aperitur a parte inferiori cum multis reliquiis.**

**Reliquiarium priori simile quod a parte similiter inferiori aperitur.**

**Cophinellus eburneus in summitate cum corigia camucia hinc et inde clavata cum duabus ampullis vitreis et aliis reliquiis.**

**Cupa S. Columbani circumtecta argento deaurato in qua habetur vitrum grossum cum reliquiis tectum cortice nucæ ut dicitur ex ybernia adducta.**

**Cultellus S. Columbani quo patris populo preciditur die ascensionis domini in monticulo qui dicitur cruxvera.**

**Arcella in qua continentur quedam reliquie.**

**Calix unus de argento cum patena argentea habens litteras sculptas super pedem in hec verba scilicet iste calix est monasterii. S. Columbani de Bobio.**

**Calix alius aliquantulum minor habens cupam argenteam deauratam pedem autem hereum cum patena parva argentea deaurata.**

**Calix alius parvus argenteus deauratus habens in pede tres smaldos cum patena argentea parva.**

**Calix alius parvus cum cupa et patena argenteis deauratis pede hereo.**

**Calix alius parvus argenteus cum patena argentea deauratis in quo reponitur eucaristia. fractus in fundo cupe.**

**Crux toleminis argentea deaurata.**



Crux alia argentea ab uno latere habens crucifixum. ab alio vero agnum dei in medio dicte crucis. in singulis autem cornibus ymago quatuor evangelistarum.

---

INCIPIT INVENTARIUM PRIVILEGIORUM IMPERATORUM ET

REGUM LONGOBARDORUM FAVOREM MINISTRANTIUM MONASTERIO S. COLUMBANI.

---

- A. Privilegium primum sive donatio prima Agiulfi regis longobardorum S. Columbano de ecclesia apostolorum Petri et Pauli et territorii quatuor milium in circuitu ipsius ecclesie. [1]
- B. Privilegium predicti Agiulfi regis longobardorum et Confirmatio flavii filii eius de donatione et confirmatione totius territorii culti et inculti comitatus hobii per quatuor miliaria. Et de donatione alpicelle seu montis pennini cum confinibus suis beato attale abbati successori S. Columbani.
- C. Privilegium Berengarii regis longobardorum.
- D. Inquestum predicti Berengarii regis longobardorum.
- E. Privilegium aureum dñi theodori summi pontificis Bobuleno abbati S. Columbani una cum centum quinquaginta monachis sub regula S. Benedicti conversantibus quod possit uti mitra et populum benedicere.
- F. Preceptum Lamberti imperatoris in Agiulfo rege longobardorum.
- G. Privilegium Ottonis imperatoris tercii.  
Item privilegium Ottonis imperatoris vide infra littera S.

---

(1) Si mihi propositum fuisset historiam Coenobii conscribere, adnotationibus illastrassem singula haec diplomata, quorum pars magna nunc condita est in Regio Tabulario, iisque alia bene multa ad nauseam addidissem. Sed, praeterquam quod pleraque ab Ughello in *Ital. Saec.*, atque a Rossetti in *Bobbio Illustr.* edita sunt, volebam me conijcere in quaestiones de sinceritate Privilegii Agiulfi, de erroribus Ughelli in exscribendis diplomatum annis, atque in alias eiusmodi controversias; tum codices tantum ego spectabam.

- H. Privilegium Octonis imperatoris de toto comitatu bobiensi et de omnibus et quod abbas habet merum et mixtum imperium.
- I. Privilegium Octonis imperatoris tercii ad petitionem pape Silvestri de confirmatione totius comitatus bobiensis cum castris villis terris et iurisdictionibus patroaldo abbati concessis et de mero et mixto imperio.
- K. Privilegium Octonis imperatoris qualiter investivit abbatem S. Columbani per anulum aureum de toto comitatu bobiensi et eius iuribus et honoribus universis.
- Item in **MCCCLXXII.** Dns manfredus dyaconus cardinalis apostolice sedis legatus vidit predictum privilegium autenticum cum bulla cerea. etc.
- L. Privilegium sive preceptum Vuidonis imperatoris per reginam agiltrudam.
- M. Privilegium Berengarii regis longobardorum ad petitionem bertille regine.
- N. Privilegium hugonis et Lotharii regum longobardorum in quo confirmantur privilegia predecessorum suorum regum de comitatu bobiensi cum terris castris et villis.
- O. Privilegium Haroli imperatoris de toto comitatu bobiensi cum castris villis et iurisdictionibus. Et de confirmatione privilegiorum.
- P. Privilegium Octonis imperatoris.
- Q. Privilegium Ludovici imperatoris de confirmatione totius comitatus bobii et eius iurisdictionibus in quo etiam fit mentio de garda.
- R. Privilegium Ludovici imperatoris sive confirmatio privilegiorum plurimorum longobardorum regum.
- S. Privilegium aureum Ottonis imperatoris pre confinibus civitatis bobii eiusque districtus Et de monte pennino cum pertinentiis suis.
- T. Privilegium Lotharii imperatoris in quo confirmat privilegia Haroli imperatoris avi sui et ludovici genitoris sui de comitatu bobiensi etc.

- V. Privilegium Conradi imperatoris secundi de toto comitatu bobienſi et eius iurisdictionibus. Et quo confirmat merum et mixtum imperium cum eius pertinentiis. Et eccleſias villas curtes et caſtra ac ſenodochia. Caſtrum ſancte margarite et Curtem petra groa.
- 

PRIVILEGIA ANTIQUA SUMMORUM PONTIFICUM.

---

- Privilegium Innocentii pape de caſtris villis poſſeſſionibus et eccleſiis S. Columbani et ſpecialiter de ceuce. et de villa ri-  
turni.
- Privilegium Lucii pape ſecundi magnum in quo confirmantur poſſeſſiones ville curtes caſtra et alia multa S. Columbani. Nota de Ceuce.
- Privilegium Lucii pape ſecundi de eccleſiis et poſſeſſionibus monaſterii S. Columbani.
- Privilegium Lucii pape ſecundi in quo concedebatur tempore illo quo abbas S. Columbani recipere valebat in monachos de quocumque ordine religioſorum etiam mendicantium.
- 

N O V A.

- Bulla Iohanis abbatis de vogeriis Urbani pape vi.
- Conventiones et pacta facta cum comunitate bobii et episcopo bobienſi pro monaſterio S. Columbani per d. Panuſcium et d. Peregrinum patres congregationis.
- Delegatio facta episcopo bobienſi ex comiſſione apoſtolica ut tradat monaſterium S. Columbani congregationi Sancte Iuſtine.
- Bulla Nicolay pape pro monaſterio S. Columbani tradito congregationi S. Iuſtine.

- Comminatoria Martini pape v. contra indebite retinentes bona monasterii S. Columbani.
- Comminatoria Nicolai pape v. contra indebite detinentes bona monasterii S. Columbani praeposito Sancti Antonini pacen. (Legge Placentiae)
- Comminatoria alia Nicolai pape v. praeposito suprascripto pro praedicta causa.
- Comminatoria Nicolai pape v. contra Iohanem Iacobum et Paulinum de brugadello.
- Appellatio dñi Episcopi Bobiensis.
- Instrumenti saline bastardi ad salsum.
- Privilegium Eugenii pape IIII. concessum congregationi nostre in monasterio sancti Spiritus de papia habetur autenticum.
- Bulla Nicolai pape in favorem monasterii S. Columbani pro instituendo capellano ad curam animarum parrochianorum dicte ecclesie.
- [Breviarium stampatum de forma prima in papiro signatum N°. 48.]
- [Diurnum in carta membrana et manu scriptum signatum N°. 49.]
- [Quoddam confessionale in vulgare signatum N°. 50.]
- [Quedam dubia fratris Antonini pertinentia circha confessionem signatum N°. 51.]
- [Missale stampatum in papiro signatum N°. 52.]
- [Quoddam interrogatorium quod pertinet circha interrogationem findam ad confitentes signatum N°. 62.]

---

*In hoc volumine continentur infrascripta:*

82. Breviarii par seu officium S. Iustine de padua.  
Officium S. Luce evangeliste.  
Officium S. Hylarionis abbatis.  
Officium S. Prosdocimi episcopi paduani.

**Officium S. Martini episcopi turonensis.**

**Officium S. Bricii episcopi.**

**Hymni S. Martini.**

**Officium S. Danielis martyris.**

**Officium S. Mathie apostoli et quedam alia.**

**In papiro litera parva.**

**parvi vol.**

A D N O T A T I O N E S

A D

I N V E N T A R I V M.



## A D C O D I C E M 4.

Codex Ambrosianus E. 76. ordinis inferioris, notis Monasterii Bobiensis distinctus, nec non Inventarii numero 4.

Membranaceus, folio maximo, saeculi X.

Bibliae libros eodem plane ordine tenet, quo ab auctore *inventarii* sunt recensiti. D. Hieronymi prologi praeceunt libros Paralipomenon, Salomonis, Iob, Iudith, Estheris [1], Esdrae, Ezechielis, Danielis, XII prophetarum, et Esaias. Suum cuique prophetae minori argumentum praefigitur, nec non Epistolis D. Pauli; sane argumentum in Epistolam ad Hebraeos illud ipsum est, quod Bedae Expositio [2] praefert, quare et cetera Paulina argumenta esse Bedae foetus auguror. Index etiam capitulorum, qui veteribus *brevis* audiebat, praemittitur singulis Paulinis Epistolis, Esaias, Danieli, Ezechieli, et utriusque Machabaeorum libro. Quod vero ad versionis genus attinet, codex D. Hieronymi interpretationem sistit, praeterquam in libro Tobis, Estheris, et Machabaeorum altero. Liber enim Tobis, et Estheris pars, quae inde a primo capite ad versiculum 23. capituli I. excurrit, exhibentur ex versione antiqua a Petro Sabatier vulgata [3]. Porro alter Machabaeorum liber diligentioris commemorationem postulat.

Primum Hasmonaeorum librum Petrus Sabatier ex duplici versione praesentavit, quarum altera est Vulgata nostra, altera *Alia Versio vetus* ex codice San Germanensi annorum circiter nongentorum deprompta; utraque vero ex uno antiquissimo Italiae veteris textu

---

[1] Estheris praefatio habet additamentum *Rufini libro hester ex minio usque ad betam litteram* etc. de quo lege Vallarsium in nota.

[2] Bedae Opera. Colon. Agripp. 1612. tom. vi. col. 766.

[3] Biblior. Sacr. Vetus Italica I. 709., et 796.



dimanat, neque enim Hieronymus in Machabaeorum libris convertendis operam posuit. Illud tamen inter utramque discrimen intercedere existimo cum Viro Cl<sup>o</sup>., quod San Germanensis stilo incomptior, vocibus insolentibus ac pene barbaris scatens, vetustis scriptoribus ecclesiasticis concinens, tenacior verborum graeci textus, quem pressius exprimit, habenda sit instar vetusti exemplaris Italicae versionis ante omnem posterioris aevi emendationem inconditae; vulgata vero nostra merito dici possit altera ejusdem textus editio novis curis emaculata; ut adeo Machabaeorum liber primus emendatorem sit nactus, non secus ac Psalterium Vetus habuit Hieronymum novum editorem. Iam vero credibilene sit primum tantummodo, non item alterum Hasmonaeorum librum secundis curis fuisse recognitum? Dicam quod res est. Sabatierius in codice San Germanensi maximam libri primi partem invenit, quam mutilum volumen exhibebat; libri secundi versionem veterem, cuius altera editio prostat in vulgata nostra, equidem delitescentem offendi in hoc Bobiensi codice 4. Libri inquam secundi textum vetustissimum hucusque ignotum inveni; liber enim primus cum cognitus, tum in codice, quod mireris, erat exaratus ad fidem vulgatae nostrae. Non ovum ovo simile tanquam par, quam Bobiensis et San Germanensis textus. Par dictionis simplicitas, satius dixerim, squalor et barbaries; par fides in exprimendo graeco exemplari; pares latinis auribus nunquam exauditaes voces; par consensus cum locis excitatis a vetustioris aetatis scriptoribus; paria omnia. Qui hanc Versionem attente perpenderit, fatebitur illam fidam interpretem verbum de verbo reddere curasse; atque adeo frequenti obscuritate laborare; nonnulla additamenta progressu temporis irrepsisse in textum; amanuensium incuriam alia foedasse; quare utilem operam a Latina Ecclesia navatam esse, quando vetusta interpretatio novis curis fuit recognita, atque ad probabilius interpretandi genus exacta. Idem facile iudicabit, multum inde adiumenti derivari posse ad Vulgatum emaculandum, atque ad Graecum vel vindicandum vel emendandum; neque enim credere fas est solum Graecum aut Vulgatum a librariorum mendis

fuisse immunem. Hanc itaque Veterem Versionem in unico, quantum ego scio, Bobiensi codice superstitem edam in gratiam studiosorum Sacrae philologiae. \*)

---

**LIBER SECUNDUS MACCHABAEORUM**

**EX VETERE VERSIONE HUCUSQUE INEDITA.**

---

*Incipiunt capitula libri Macchabeorum secundi:*

- I. Iudeis fratribus, qui sunt per Egyptum salutem.
- II. Cum sancta illa civitas profunda pace habitaretur.
- III. Defuncto autem Seleuco cum suscepisset regnum Antiochus.
- IIII. Circa hoc autem tempus secundam expeditionem in Aegyptum.
- V. Eleazar ergo quidam ex primariis scribarum vir iam proventus aetate.
- VI. Igitur quae circa extorum contaminationes et summa eorum supplicia sunt gesta.
- VII. Nunc vero quae circa Antiochum Eupatorem filium autem illius.
- VIII. Congregatis octuaginta milibus hominum veniebat adversus Iudeos.
- VIIII. Post hanc ergo quae appellatur pentecoste die.
- X. Nono autem et quadragesimo et centesimo anno cognovit Judas Antiochum.
- XI. Post triennii autem tempus cognoverunt qui erant cum Iuda.
- XII. Raxis autem quidam et [sic] senioribus Hierusolimorum indicio demonstratus est Nicanori.

---

\*) Non omnia orthographiae, interpunctionis, scriptionisque Sphalmata emendanda esse duxi, ut lectores rectam sibi ideam informarent de amanuensis aetate, tum etiam vix imperitia, vel religione in exscribendis erratis vetustioris libri. Nonnullas animadversiones, quae mihi inter legendum sese obtulerunt, textui subieci. Capitulum et Versuum distinctionem ad fidem codicis Vaticani a Lamberto Bos editi notavi in margine. Superest, ut sacri philologi meum hoc munus atqui bonique faciant,

1. Iudæis fratribus qui sunt per Aegyptum salutem [1] fratres, qui sunt Hierusolimis, Iudei, et qui sunt in regione Iudeae pacem
2. bonam. [2] \* Semper [3] in bonum praestet vobis Deus, et remiscatur testamenti sui, quod disposuit ad Abraham et Isaac et
3. Iacob servos suos fideles; \* et det vobis omnibus cor bonum, [4] ut colatis eum, et faciatis voluntatem ipsius corde magno et animo cupienti. \* Aperiatur cor vestrum in lege sua, et in praeceptis eius, [5] et faciat pacem. \* Exaudiat preces vestras, et reconcilietur vobis, et non relinquat vos tempore malo, \* et nunc hi sumus oramus pro vobis. \*
7. Regnante Demetrio anno centesimo septuagesimo septimo, [6] nos Iudei scripsimus vobis in tribulatione prostrati quia venit nobis istis annis, ex quo desivit Iason, et qui erant cum ipso, a
8. terra sancta, et a regno; \* et incenderunt portam et effuderunt sanguinem innocentem, et deprecati sumus Dominum, et exauditi sumus, et obtulimus sacrificia, et similitudinem, et accendimus lu-

---

[1] Posterior manus addidit *dicunt*, quod Graecus ob idiotismum *χαίρειν* non habet.

[2] Vulgata *et pacem bonam*; copula desideratur in Graeco.

[3] Vulgata *Beneficiat vobis Deus*. Graecus Alexandrinus *καὶ ἀγαθὰ ποιῆσαι*. Noster legit *ἀεὶ ἀγαθὰ*.

[4] Epithetum *bonum* respuunt Graecus et Vulgata.

[5] Pronomen *eius* a secunda manu additum est; quod Graecus non habet.

[6] Vulgata cum hodierno graeco textu consonans habet *centesimo sexagesimo nono*. Item inferius v. 10. vulgata legit *anno centesimo octogesimo octavo*. En insignes varietates lectionis! Utinam illae probabiliori chronologia intricatissima haec loca enodarent! Enimvero Eichhornius *Einleitung in die apokryph. Schriften des A. T.* p. 256. ex anno in utraque epistola adscripto summa ope demonstrare nititur utriusque documentum adeoque totius libri insinceritatem. Verum cum annus, utique Seleucidarum, centesimus septuagesimus septimus non in regnum Demetrii cadat sed in illud Antiochi Evergetis, atque anno centesimo septuagesimo octavo inter vivos esset Evergetes cuius mortem altera epistola enarrat, tum haud dubitaverim affirmare veterem versionem in mendo cubare. Quod nemo mirabitur qui perpendat vel in primo Maccabaeorum libro multa nume-

9. cernas, et proposuimus panes. \* Et nunc misimus, [1] ut fre-  
10. quentetis dies scenophegine mensis Casleu. \*  
Anno centesimo septuagesimo octavo [populi ex secunda manu]  
qui sunt Hierusolymis, et qui suut in Iudea, et senatus, et Iu-  
das Aristobolo magistro Ptholomai regis, qui est de genere chri-  
storum sacerdotum, et is, qui in Aegypto sunt Iudeis salutem et  
11. sanitatem. \* De magnis periculis a Deo liberati maximas grati-  
12. as ipsi agimus tamquam adversus [2] regem dimicantes: \* ille  
namque emergere eos fecit [3], qui dimicaverunt in civitate san-  
13. cta. \* Cum enim venisset ipse princeps in Persidem, et qui vi-  
debantur circa illum esse sine robore exercitus, cesi sunt in tem-  
14. plo Naniae. [4] \* Tamquam ducturus enim eam uxorem venit in  
eundem locum Antiochus, et qui erant cum illo amici, accipien-  
15. darum multarum pecuniarum gratia titulo. \* Et expositis his sa-  
cerdotes templi Ananiae, cum ille accessisset cum paucis in con-  
16. spectu templi, concluso templo, mox ingressus est Antiochus, \*  
aperto altaris occulto hostio, mittentes saxa oppresserunt princi-  
pem Antiochum, et qui cum eo erant, et laniatis membris et  
17. amputato capite his, qui foris erant, proiecerunt. \* Secundum  
omnia benedictus Deus noster, qui dedit subditos nobis eos, qui  
18. impie gesserunt. \* Incipientes agere mundationem templi mense  
Casleu quinta et vicesima die mensis, necessarium estimabimus [5]

---

rorum errata a San Germanensi textu fuisse admissa; sic I. 11. IV. 29.  
VI. 60. VII. 37. IX. 61. XI. 19. De rationibus chronologicis harum epi-  
stolarum lege sis Basnage. *Histoire des Juifs*, liv. V. ch. I. §. XIV.

[1] Putaverim vocabulum *misimus* excedisse a Graeco, qui nunc sensu man-  
co habet *Κγι νῦν ἴνα ἀγῆτε*.

[2] Vulgata *adversus talem regem*, quod additamentum respuit Graecus.

[3] In margine *ebulire fecit de perside eos*, quod cum Vulgata facit, et dis-  
sentit a Graeco. Graeco etiam ignotum est Vulgata additamentum *qui*  
*pugnaverunt contra nos et sanctam civitatem*.

[4] Nonnulla hic exciderunt quae Graecus exhibet; caetera presso pede se-  
quuntur primigenii textus vestigia.

[5] Nempe *estimavimus*; consona *b* pro *v* obvia est in antiquioribus membranis.

- significare vobis pro communi utilitati, ut et vos quoque agatis tamquam scenophegiae etiam ignis illius quando Neemias, aedificato templo et altari, obtulit sacrificia. \* Nam et cum in Perside ducerentur patres nostri, qui tunc colebant Dominum sacerdotes, accepto ex igni altaris clam in concavo absconderunt habente [1] positionem putei sine aqua, cui adhibuerunt munitio-
20. nem, ita ut omnibus ignotus esset locus. \* Decursis autem multis annis, quando visum est Deo, missus Neemias a rege Persidi ad filios sacerdotum, qui absconderunt, misit ad illum ignem, moxque narraverunt nobis se non invenisse ignem, sed
21. aquam grossam, \* et iussit eos aurientes adferre. Et ut oblata sunt quae erant sacrificiorum, iussit sacerdotibus Neemias [2]
22. aspergere aqua ligna, et ea quae erant supra constituta. \* Mox hoc factum est, et temporis aliquid intercessit, sol preterea refluxit, cum aptea fuisset sublustris, accensa est pyra magna, ita
23. ut omnes admirarentur. \* Oraverunt itaque sacerdotes cum sacrificium consumeretur, sacerdotes preterea et universi [3] in-
14. choante Ionatha, ceterisque adclamantibus tamquam Neemias, [4]. \* Erat autem oratio continens modum hunc. Dominus universorum creator, metuendus, et fortis, iustus, et misericors, qui
25. solus es rex bonus, \* solus largus, solus iustus, omnipotens, aeternus, qui conservasti Israhel de omni malo, qui elegisti pa-
26. tres et sanctificasti eos, \* accepto habes sacrificium pro universo
27. populo tuo. Israhel, et custodi portionem tuam, sanctifica, \* et custodi disseminationem nostram, libera eos, qui serviunt gentibus; illos contemptibiles et execrabiles aspice, et cognoscent
28. gentes, quia tu es Deus noster; \* Crucia illos qui nos oppri-
29. munt, et contumeliis adficiunt cum superbia; \* conserva popu-

[1] Verborum τὰς ἐν ἕχοντος fidem consecatur.

[2] Vulgata ab ita nostra et a Graeco vertens *et sacrificia quas imposita erant iussit sacerdos Nehemias.*

[3] Verba *sacerdotes praeterea et universi*, quae Graecus habet, desiderantur in Vulgata.

[4] Graecus *ὡς Neemias*, Vulgata longe ab ita.

30. lum tuum in loco sancto tuo sicut dixit Moyses. \* Sacerdotes  
31. autem psallebant hymnós [1]; \* moxque consumpta sunt quae  
erant sacrificii, et residuum, atque Nehemias iussit lapides maio-  
32. res perfundi. \* Et ut hoc factum est, flamma accensa est, illo  
33. autem qui esset ab altari refulgente igni consummatum est. \* Et  
ut manifesta est res haec, et nuntiatum est regi Persarum, quia  
in eo loco, ubi absconderant ignem qui translati erant sacerdo-  
tes, ignis [2] apparuit. Ex quo etiam, qui erant circa Neemiam  
34. purificaverunt ea, quae essent sacrificiis. \* Consepito loco rex  
35. templum fecit probata hac re. \* Et quibus multiplicabát rex  
36. multiphariae plurima accipiebat, et retribuebat eis manibus suis. \*  
Appellaverunt autem qui erant circa Neemiam hanc rem Neph-  
tar, quod interpretatur purificatio, vocatur autem apud multos  
II. 1. Nepch [3]. \* Invenitur praeterea in seorsum scripsit Hieremias propheta, quia iussit ex igni accipere captivos posteros sig-  
2. nificatum est, \* et qualiter preceperit posteris propheta data eis  
lege, ut non obliviscantur preceptorum domini, et ut non exer-  
rent cordibus videntes simulacrorum signa aurea argentea, et  
3. eum qui circa haec est ornatum. \* Et cetera alia dicens adhor-  
4. tabatur non desistere legem a corde ipsorum. \* Erat autem in  
illa scriptura, quemadmodum tabernaculum et arcam testamenti  
iusserit propheta divina monitione structus, ut cum subsqueren-  
tur. Mox autem profectus est in monte Moyses ascendens vidit  
5. hereditatem dei. \* Et cum in locum venisset Hieremias, con-  
perit locum in modum speluncae, in quo invenit [4] tabernacu-  
lum et arcam testamenti, et altare supplicationis, et intulit illo,  
6. et ostium obstruxit. \* Et accesserunt quidam ex illis, qui simul  
sequebantur, ut denotarent viam [5], et non potuerunt inveni-

[1] Vulgata addit *usquequo consumptum esset sacrificium*, quod respicit Graecus.

[2] *Ignis male*. Cetera verbum de verbo expressum efferunt Graecum textum, excepto additamento *manibus suis*, quod etiam habet Vulgata.

[3] Vulgata *nepht*: Graecus Romanus *Νεφθαίς*. Ambrosius Officior. M. 17 *nephthe*

[4] *In quo invenit* improbable addidamentum

[5] Graecus etiam *την ὁδόν*. Vulgata *locum*.

7. re. Ut autem Hieremias cognovit conquestus dixit eis: quia ignotus erit locus donec colligat Deus dispersionem populi congregationem, et propitius fiat, \* et tunc dominus demonstravit [1] haec et videbitur claritas Domini, et nubes, sicut etiam sub Moysse ostenebatur [2], quemadmodum Salomon postulavit, ut locus magnifice sanctificaretur. \* Explanabatur nihilominus qualiter propterea habens sapientiam optulerit sacrificium dedicationis et consummationis templi. \* Sicut et Moyses oravit dominum, et dedit ignis de caelo, et ea quae fuerunt sacrificii et consumpta [3], et Salomon oravit descendens ignis consumpsit holocaustomata. \* Et dixit Moyses, eo quod non sit comestum illud, quod est peccato consumptum. \* Similiter et Salomon illos quo [4] dies celebravit. \*

Enarrant denique et in descriptionibus, et in commentariis, qui confecti sunt temporibus Neemiae haec eandem [5], et qualiter constituens bibliothecam quo acervaverit illos, qui erant de regionibus [6] libros, item prophetarum, et illos David, et epistolas regum de donis consecratis. \* Similiter autem et Iudas ea quae interciderant propter bellum, quod accidit nobis, congregavit universos, et sunt apud nos. \* Si ergo desideraveritis qui adferant vobis mittite \* ... Incipientes itaque celebrare purificationem, scripsimus vobis; bene ergo facietis frequentantes hos dies. \* Verum deus est, qui salvificavit omnem populum, et reddidit hereditatem universis, et regnum, et sacerdotium, et sanctificationem, \* sicut pollicitus est per legem; speramus etenim in Domi-

[1] Nempe *demonstrabit*.

[2] sic. In sequentibus Graeca verba lectori annunciat noster; Vulgata latiore interpretationem sequitur.

[3] sic, ut esse possit *consumpsit*.

[4] sic, sed legendum *octo*. Coniicio longobardicum numerum.  $\text{CII}^{\circ}$  *octo* fuisse ab amanuensi lectum quo

[5] Scribae erratum; lege *eadem*.

[6] Vulgata *de regionibus*, male, sed prono calami lapsu. Graecus habet  $\tau\acute{\omega}\nu \beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\iota}\omega\nu$ .

no [1], quia cito nostri miserebitur, et colligit ex hac, quae est sub caelo, in locum sanctum. eripuit enim nos de magna ma-  
19. lis et locum emundavit. \* Quae autem circa Iudam Machabae-  
um gesta sunt, et fratres eius, et de magni templi purificatione  
20. et de arae dedicatione, \* adhuc etiam adversus Antiochum illum  
Ephiphanem, et huius filium Eupatorem prelia, [2] et de vin-  
21. dicta impiorum, qui templum disperdere temptabant, \* et eas,  
quae de caelo contingerunt, inlustrationes his, qui pro Iudeis  
fortiter gesserunt, ita ut totam regionem, quamquam pauci essent,  
22. populaverunt, et barbarorum catervas persecuti sunt, \* et memo-  
rabile per totum orbem terrae templum receperint, et civitatem  
liberaverint, et eas, quae incipiebant dissolvi, leges [3] correxo-  
23. rint. Deum eis propitio facto omni clementia \*, ab Iasone Cyre-  
neo quinque libris conscripta et manifesta temptavimus uno li-  
24. bro breviare. \* Considerantes enim numerorum copiam [4] et  
difficultatem circa illos, quae vellent se inmergere narrationibus  
25. ipsius historiae, propter multitudinem rerum gestarum, \* cura-  
vimus volentibus quidem legere animae delectationem atquirere,  
his vero, qui studerent memoriae mandare, facultatem praesta-  
re, omnibus autem, qui hanc rem cognoscerent, utilitatem ex-  
26. hibere. \* Et nobis quidem hoc non fuit factu facile, qui labo-  
rem ac fatigationem sustinuimus huius breviationis. sudoris au-  
27. tem et vigilia [5] negotium extitit. \* Quemadmodum ei, qui  
parat [6] convivium, et quaerit aliorum desideriis commodum,  
non est facile, tamen propter multorum utilitatem libenter labo-  
28. remus, \* concedentes quidem veritatem de singulis auctoribus

---

[1] Verba *atenim in Domino*, nempe graeca γὰρ ἐπὶ τῷ θεῷ desiderantur in Vulgata

[2] Totidem verbis Graecum transfert.

[3] Vulgata *leges*, quae abolitae erant. Noster cum graeco consonat.

[4] Graecus τὸ γῆμα τῶν ἀριθμῶν. Vulgata *multitudinem librorum*.

[5] Sic. lege *vigiliae*.

[6] *Sicut hi qui praevarant* etc., sic vulgata plurali numero; Graecus vero singulariter



29. exempla vero breviationis non omittentes. Quemadmodum enim architecto novae domus curae debet esse tota institutio, porro ei, qui inurere [1] ac pingere adgreditur, quae apta sunt ad ex-
30. ornandum inspecienda sunt; ita et circa nos existimo. \* Primum quidem circumire, et deambulacrum faciens ambages sermonum non introducere, et curiosius omnia eloqui particulatim [2]. Sin-
31. gula quaeque auctori historiae congruit; \* veritatem [3] vero dictionis sectari, et scrupulosam rerum gestarum rationem excusare ei, qui historiam transfert, concedendum est [4], quia breviarum actus compendio percurrere laboriosam dispositionem vitare debet.
32. Qui facit translationem habet excusationem dignam compendii. \* Hinc ergo expositionem inchoavimus [5]; hīs quae primus diximus, tantulo adiuncto est enim vafrum, principia historiae producuntur, ipsa autem historia brevietur. \*

- III. 1. II. Cum sancta illa civitas profunda pace habitaretur, et leges suo statu optimo custodirentur propter Oniae pontificis pietatem
2. ac severitatem [6], \* eveniebat, ut etiam ipsi reges locum honorificarent, et maximis templum donis inlustrarent; \* ita ut Seleucus rex praestaret de relictis suis universos sumptus, qui ad
  4. munificentiam competerent sacrificiorum. \*

Verum Simon quidam Balgeus [7] e tribu Benjamin praepositus est templi constitutus, conflixit cum pontifico de illa iniqui-

---

[1] Graecus *ἐγκαίειν* quod desideratur in Vulgata.

[2] Differunt inter se Graecus, Versio vetus, et Vulgata. In voce *deambulacrum* expressum quisque videt Alexandrinum *περιπατον*.

[3] *Veritatem*. Librarii erratum pro eo quod est in Vulgata *brevitatem*.

[4] *Quia breviarum . . . compendii*, additamentum Graeco et Vulgatae ignotum.

[5] *Nempe inchoavimus*. Quis barbaram hanc translationem, in qua verba appenduntur verbis, intelligat?

[6] Paraphrastum agit Vulgata quae vocabulum *μισοπονηρίαν* convertit *animos odio habentes mala*; item plus aequo graeca verba *τὸς βασιλεὺς τιμᾶν τὸν τόπον* amplificat interpretans *reges et principes locum summo honore dignum ducebant*.

[7] Nomen *Balgeus* sola Versio vetus servat.

5. tate, quae ab eo in civitatem vertebatur. \* Et cum vincere Oniam virum iustum, et sine querela [1] non posset, venit ad Appolonium Thrasei [2] filium, qui eo tempore erat praetor Siriae  
6. Coeles ac Phoenices, \* et retulit, quod inenarrabili pecunia refertum esset gazophilacium quod erat Hierusolymis, ita ut multitudo pensationem [3] esset innumerabilis, et non pertinerent haec ad rationem sacrificiorum, esse autem factu facile cadere haec  
7. in regis potestate. \* Et cum praesentiam sui fecisset Appolonnus apud regem de his pecuniis, quae indictae illi fuerant, notum fecit. At ille electo Eliodoro, qui erat negotiis praepositus misit eam datis mandatis pecunias [4], quas detulerat Symon esse in thesauris Iudaeae innumerabiles et varias prolatas auferret in  
8. Syriam. \* Confestim ergo iter faciebat Eliodorus, obtenta quidem tamquam civitates circuiret, quae essent in Syria Coele ac  
9. Phoenice, revera autem, ut propositum regis perficeret. \* Cumque venisset Hierusolyma, benigne a pontifice et ipsa civitate exceptus retulit de interpellatione, quae facta erat, et cuius rei causa  
10. venisset enarravit, et interrogavit, si revera ita se haec habebant. \* Pontifice autem demonstrante deposita esse viduarum et pupillarum,  
11. rum, \* quaedam vero etiam Hircani Tobiae filii viri eminentissimi, non quemadmodum insimulabat impius Symon [5], universa  
12. autem esse argenti talenta CCCC. porro auri CC. \* Iniuriam tamen pati eos, qui commendaverint loci sanctitati, et honorati per totum mundum templi venerationi, et tutela inviolabili prorsus impossibile esse. [6] \* At vero Heliodorus, qui propria habebat mandata regis, omnibus modis dicebat ad reditus regios ad sumtum haec habere. \* Constituto itaque die, ingrediebatur de his tollendis tractatum fixurus. \*

[1] *Virum iustum et sine querela* additamentum Graeco et Vulgatae ignotum,

[2] *Vulgata Tharseae*, sed Graecus *Θρασιος*.

[3] sic; lege *pensationum*.

[4] *Quas detulerat ... prolatas* additamentum Graeco et Vulgatae ignotum:

[5] *Noster Graeco concinit; Vulgata in his quae detulerat impius Simon.*

[6] *Obscura sed fida interpretatio; latior illa Vulgatae.*

Erat ergo per totam civitatem non medioeris animi aestus; porro autem sacerdotes ante altare cum stolis sacerdotalibus prostrati ad caelum, tendentes manus [1] invocabant eum, qui legem sancxit super depositum, ut his, qui deposuissent, haec salva conservaret. \* Eratque qui conspiceret vultum pontificis quasi hominis trucidati; [2] facies enim eius, et inmutatio coloris ostendebat animi eius aestum, et ardorem. \* Circumsusus enim erat eidem vero metus quidam et horror corporis, per quae palam fiebat aspicientibus, qui dolor inesset in altitudine cordis eius. \* Alii vero de domibus congregatim exiliebant ad publicam observationem, eo quod inciperet ad contemptum pervenire locus. \*

Porro mulieres sub mammis accinctae ciliciis circa itinera plurimae aderant; [3]

Virgines quoque tametsi inclusae, aliae quidem concurrebant ad ianuas, [4] aliae autem in culmina, aliae vero per fenestras prospectabant. \* verum universae tendentes manus ad caelum flentes preces profundeabant rogantes Dominum, ut misereretur, et auferret ab eis imminenti ruinam et futurum scelus. \* Erat ergo miserari [5] multitudinem publice prostratam, et ipsius pontificis, aestuantis expectationem. \* Et alii quidem invocabant omnipotentem Deum, ea quae commissa essent fidei salva conservari his, qui credidissent cum tutela omni. \*

Porro Heliodorus quod fuerat decretum perficiebat ibidem. \* Itaque ipso cum satellitibus iam circa gazophylacium praesenti; set omnis potestatis praepotens est [6] magna facit industria,

[1] *Tendentes manus*, additamentum caeteris inauditum.

[2] *Abit a Graeco*, perinde ac si legisset *ὅτι τιτρονοουίτην ἐνδοξόν*.

[3] *Noster Graeco adhaeret*. *Vulgata accinctaeque mulieres ciliciis plateas per plateas confluebant.*

[4] *Vulgata procurrebant ad Oniam*; sed *Graecus συνέτρεχον ἐπὶ τὰς πύλας*, atque *Ambrosius Officior. II. 29 pulsabant ianuam.*

[5] *sic*, sed subinde deleta *ra* emendatum *miseri*. *Additamento flentes. scelus refragantur Graecus et Vulgatus.*

[6] *Noster legisse videtur ὁ δὲ πάσης ἐξουσίας δυνάτης ἐστὶ ἐπιφανέσιαν κ. τ. λ.* *Paullo infra recte vertit convenire, de suo addit membrorum.*

ita ut universi, qui ausi fuissent convenire, expavescentes super Dei virtutem, in formidinem et dissolutionem membrorum converterentur. \*

25. Apparuit enim illis equus quidam metuendam habens sessorem, et optimo strato exornatus, qui ferebatur impetu effuso, et Eliodoro priores ungulas inpegit. [1] At ille, qui insidebat ei, vi-
26. debatur aureis armis esse armatus: \* alii quoque duo iuvenes additi sunt quidem habitudine decori, pulcherrimi autem gloria, amictuque decentissimi, qui stantes ex utraque parte flagellabant
27. eum sine intermissione multis ictibus cedentes eum. \* Cum ad terram repente cecidisset, et multis tenebris circumfusus esset,
28. rapuerunt, et in sellam impositum eiecerunt; \* qui cum multo discursu, et omni satellitum agmine in gazophilacium praedictum ingressus fuerat, portabatur nullo opem sibi metipsi praestante,
29. manifesto cognoscentes Dei potentatum. \* Et ille quidem divina operatione mutus, et omni privatus spe ac salute prostratus iacebat: \* illi autem benedicebant Dominum, qui praeter opinionem magnificavit locum summa significatione: et templum, quod paulo ante metu et turbatione plenum erat, omnipotenti illustrante
31. Domino, gaudio et laetitia refertum erat. \* Et cito igitur quidam, qui Eliodoro adsidui erant, rogabant invocare illum altissimum, et vitam donare ei, qui prorsus in extremo halitu positus erat. \* Suspectus itaque pontifex factus, ne forte rex arbitraretur mali aliquid circa Helidorum [*sic*] a Iudeis esse factum,
33. obtulit sacrificium pro eiusdem viri salute. \* Perficiente ergo litationem pontifice, idem iuvenes rursus apparuerunt Eliodoro isdem vestibus amicti. Et cum stetissent dixerunt; magnas gratias Oniae pontifici habe, propter illum enim donavit tibi vitam
34. Dominus. \* Tu autem flagellatus ab eo adnuntia universis summum imperium Dei; cumque dixissent, non comparuerunt. \* Porro Eliodorus cum obtulisset sacrificium Domino, et vota maxima vovisset ei, qui vitam illi concessisset, Oniam quoque ex-

---

[1] In Vulgata desideratur versio commatis *περόμενος δε ἰούδην.*

36. cepisset, reversus est cum exercitu ad regem. \* Protestatur praeterea universis ea, quae ante faciem vidisset opera maximi Dei. \* Rege autem interrogante Eliodorum, quis namque sit, qui semel adhuc mittatur Hierusolyms ait: si quem habes hostem aut rerum tuarum insidiatorem mitte cum [sed lege eum] illo, et flagellatum recipies eum, si quidem et evaserit, eo quod circa illum locum vere sit quaedam Dei
37. virtus; \* ipse enim qui sedes in caelis habet visitator loci illius est, et eos qui veniunt ad male tractandum percuciens
39. perdit. \* Et illa quidem quae circa Heliodorum et gazophi-
40. lacii conservationem ita processerunt. \* Ad vero Symon qui est predictus, qui pecuniarum ac patriae delator extitit, male loquebatur de Onia, tamquam ipse esset qui Eliodorum con-
- IV. 1. turbasset, et omnium malorum auctor extitisset; \* et benefactorem civitatis, et consultorem gentis suae, et emulatorem
2. legum, insidiatorem rerum dicere audebat. \* Porro hac inimicitia in tantum procedente, ut etiam per quosdam eorum, qui probati essent Symoni, cedesset et homicidia perpetrarentur; \* considerans pontifex contentionis huius perniciem, Appolonium quoque filium nesciens syriae coeles et Phoenices
3. pretorem coalescere malitiam Symonis elaborantem, \* ad regem pervectus est, non utique accusator civium constitutus, verum id, quod utilis esset in commune et singulariter uni-
4. verse multitudini ante oculos habens. \* Videbat enim sine providentia regis etiam nunc impossibile esse rebus pacem contingere, neque Symonem accepturum senere amentiae. \*
5. III. Defuncto autem Seleuco cum suscepisset regnum Antiochus, qui cognominatus est Ephyphanes subpetivit Iason fratrem Oniae pontificatum, \* repromissis regi per interpellationem talentis argenti trecenti sexaginta, et alterius vectigalis
6. cuiusdam redditus talentis octoginta; \* ac super haec pollicebatur alia quoque conscribere centum quinquaginta, si concederetur per potestatem ipsius gymnasium, et ephebos sibi colligere, et eos qui agerent Hierusolyms Antiochenses con-

10. scribere. \* Cumque rex advenisset, et obtinisset Iason pontificatum falsum confestim ad grecum morem gentis suae homines transduxit: \* depulsis regis beneficiis quae data erant iudeis per Iohannem patrem Eupolemi, qui legatione functus fuerat super amicitia et societate ad Romanos; preterea et legitimam destruens civitatis conservacionem iniquasollemnia innovabat. \* Prumptae namque gymnasium sub arce ipsa constituit, et ipsos fortissimos subiens suppetasum ducebat; \* sic enim erat argumentum caloris, et incensionis grece institutionis.

- Erat autem tale quoddam grecissationis robur praefectos alienigenarum mores propter excellentem impii et non pontificis iasonis contaminationem; \* ut iam non essent prumpti sacerdotes circa apparationes altaris, sed templum quidem contempnentes, et sacrificia neglegentes properabant percipere illam, quae in palestra prestabatur, sceleratam liberalitatem post disci provocationem. \* Honores quidem patrios pro nihilo ducentes, porro grecas glorias optimas esse existimantes, \* quarum gratia circumdedit eos molesta rerum circumstantia et quorum emulabantur instituta et per omnia volebant eis adsimilari, hos eos semper hostes et in semetipsos vindices sunt experti. \* Impiae namque gerere cum legibus divinis non est facile, sed haec demonstravit sequens tempus. \* Cumque ageretur quinquennale certamen in civitate Tyro, et rex praesens esset, \* misit Iason ille pollutus spectatores tamquam antiocenses ab Hierusolymis Iudeos ferentes argenti dragmas trecentas ad herculis sacrificium, quas etiam postulaverant hii qui adferebant, ne essent in usu sacrificii, eo quod non congrueret, ad alium vero eas conferri sumptum hortabantur. \* Itaque oblata sunt haec propter illum, qui misit ad Herculis sacrificium; propter beneficium autem adferentium datae sunt in fabricas navium triremium. \* Cumque in Aegyptum missus fuisset Apollonius Nesthei propter primos accubitos Ptholomei regis illius Philometoris, cum Antiochus cognovisset se alienum ab illo factum, resque ad ipsius tutelam pertinerent curabat. Unde cum Ioppen venisset pervenit Hierusolymam. \* Et magnifice ab Iaso-
- 14.
  - 15.
  - 16.
  - 17.
  - 18.
  - 19.
  - 20.
  - 21.
  - 22.

ne et civitate exceptus cum falibus et adclationibus introductus  
23. est; deinde sic Phenice cum exercitu accessit. \* Post triennii  
autem tempus misit Iason Menelaum supra demonstrati Symonis  
fratrem ferentem pecunias regi, et de necessariis rebus expeditu-  
24. rum responsa, ut causarum decreta impetraret. \* Commendatus  
regi cum semetipsum clarificasset facie potestatis eius, in se pon-  
25. tificatum derivavit, superposito Iasone talentis argenti trecentis. \*  
Acceptisque regiis praeceptis adventabat Hierusolymam, nihil om-  
nino dignum pontificatu sentiens animo [sic] autem crudelis ty-  
26. ranni efferae barbariae iram gestans. \* Et Iason quidem, qui  
suum fratrem fraude circumscripserat, privatus honore per frau-  
27. dem ab alio profugus in regionem Ammahitidem expulsus est.  
Porro Menelaus magisterium quidem obtinebat, repromissas autem  
regi pecunias nullo ordine pensabat. Cumque exactionem agitaret  
28. sostratus praefectus arcis, \* ad hunc enim variorum tributorum exa-  
29. ctio pertinebat, ob quam causam ambo a rege vocati sunt. \* Et Me-  
nelaus quidem amotus est a pontificatu, accepto successore Lysima-  
cho fratre suo; porro sostratus accepit successorem Cratetan qui  
30. erat super Cyprios. \* Talibus autem rebus constitutis, contigit  
Tarsenses et Mallotas seditionem movere. eo quod Antiochide  
31. concubine regis dono dati essent. \* Matuius ergo adventavit rex  
ut cohiberet eos, relicto suffecto Andronico ex his qui essent in  
32. maxima dignitate, \* Cumque existimasset Menelaus nactum se es-  
se opportunum tempus, aureis quibusdam vasis de templo inter-  
ceptis, donavit Andronico; et alia pridem venundederat Tyro,  
33. et in civitatibus, quae erant in circuitu. \* Quae etiam cum pro liqui-  
do cognovisset Onias, arguebat quandoquidem secessisset in locum  
34. asylum ad Daphnen quae circa Antiochiam posita est. \* Unde Me-  
nelaus seorsum adpraehensum Andronicum rogabat ut Oniam inter-  
ficeret. At vero ille cum ad Oniam venisset, et per dolum per-  
suasum ei esset, et esset exceptus cum iureiurando data dextra,  
quamquam esset suspectus, persuasit de asylo procedere, quem et  
35. confestim inclusit non reveritus iustitia. \* Ob quam causam non  
solum Iudei, verum etiam multi ceterarum quoque gentium fre-

36. uebant, et egre portabant super eiusdem viri oede iniquissima. \*  
Cumque regressus fuisset, rex de locis quae sunt circa Ciliciam,  
interpellabant qui in singulis civitatibus erant Iudaei, hoc etiam et  
Greci gravissime adversus malum factum commoti, conquerentes,  
37. quod Onias sine ratione interfectus esset ex animo. \* Itaque An-  
tiochus conturbatus est, et misericordia flexus profusus lacrymis  
38. propter illius interempti sobrietatem, et maximam disciplinam, \*  
accensus animis, confestim ablata Andronici purpura, et tunica  
eius discissis, circumductum per totam civitatem, eodem loco ubi  
Oniam impias tractaverat, illic concelerate cedis hominem deho-  
39. nestans, trucidavit, dno retribuente illi dignissimam poenam. \*  
Cumque multa sacrilegia fuissent admissa a Lisimacho cum consi-  
lio Menelai, et pervulgata de his fama esset, congregata est mul-  
40. tudo populi adversus Lisimachum, vasie aureis iam multis dissi-  
patis. \* Insurgente autem turba, et in iracundia se attollente,  
41. occidit Lydimachus virorum circiter tria milia, et movit iniquas  
42. manus, inchoante quodam tyranno provectae aetatis, nihil autem  
43. animus et amentiae. \* Cumque animadvertissent adgressionem Ly-  
dimachi, arreptis alii quidem saxis, alii autem fustibus vastis,  
44. quidam vero ignibactam hauriam invadentes, passim iaciebant in eos,  
45. quibusdam cinctis Lydimachum. \* Ex qua causa multos quidem ip-  
sosorum saucios reddiderunt, quosdam autem et prostraverunt, por-  
46. tantes autem universos in fugam traserunt, ipsum etiam sacrilegum  
47. iuncta gazophilacium interfecerant. \* De his ergo suscepta est  
48. cognitio adversus Menelaum. \* Cumque rex Ptholomaeus tyrum  
49. solventes, apud illum causam egerunt qui fuerant a senatu Iudeo-  
rum missi tres viri. \* Itaque Avictus Menelaus pollicitus est mul-  
50. tis pecunias Ptholomaeo donumque daturum, ut persuaderet regi. \*  
Unde vocatum in quoddam columnatum atrium, tanquam refrigera-  
51. turum regem transtulit, \* et omnis quidem malitiae reum Menelaeum  
52. criminibus absolvit; porro miseri, qui etiamsi apud Scithas  
53. causam agerent, dimissi sine dabo fuissent inculpati absolveren-  
54. tur; quae sine ulla reprehensione his mortem inrogavit, Ptho-  
55. lomaeus rex velociter illos daci iubens. \* Celerime itaque damp-



- nationem perpressi sunt, qui pro patria et populo, et sacris  
 49. vasis advocaciones functi defensores extiterant. \* Propter quam  
 causam et tyrii malo hoc facto commoti quaeq. ad sepulturam  
 50. necessaria essent magno sumptu praestiterunt. \* Menelaus ve-  
 ro propter avaritiam eorum, qui res obtinerent, perseveravit  
 in magisterio convalescens in malitia, magnus civium insidiator  
 constitutus.
- V. 1. III. Circa hoc autem tempus secundam expeditionem in Eryp-  
 2. tum Antiochus paravit. \* Et contingit per totam civitatem fere  
 per dies quadraginta videre currentes per aera equites auro  
 3. variatos, stolas habentes, et lateas per cohortes armatos; \* et  
 alas equitum dispositas, et comissiones fieri, et decursus utro-  
 rumque, et clypeorum multitudinem, et gladium evagationes,  
 et iactus sagittarum, et aureorum ornamentorum fulgorem omni  
 4. genere loricatorum. \* Propter quod cuncti rogabant in bono  
 5. huiusmodi factam visionem. \* Cumque opinio false mansisset  
 tamquam Antiochus defunctus esset, adumpsit Iason non minus  
 mille hominibus, repente adgressus est civitatem. Civibus ad-  
 murum convolantibus, postremo iam cum in eo esset ut civitas  
 6. caperetur; Menelaus quidem in arce confugit, \* Iason autem  
 cedes civium suorum perpetrabat nulli parcens, neque consi-  
 derans suum adversus cognatos eventum maximam infelicitatem;  
 et cum existimaret hostium et non suae gentis hominum trophea  
 7. constituere. \* Magisterium quidem non obtinuit, sinem vero  
 sui conatus turpitudinem adeptus est, rursus profugus in An-  
 8. manitidem discessit. \* Ad ultimum in exilium sui conclusus  
 est apud Arctan tyrannum Arabum fugiens de civitate in civita-  
 tem. Iterum ab omnibus flagitabundus abherrens tamquam legum  
 praevicator, execrabilis tamquam patrie delator et civium car-  
 9. nifex, in Aegyptum extrusus est. \* Et qui multos de patria  
 10. expulerat peregre periit ad Lacedaemonas perfectus, quasi prop-  
 ter cognationem consecratus protectionem. \* Et qui multitu-  
 dinem insepulcorum abiecit, sine planctu permansit, et sepul-  
 tura nec qualicamque humatus, ac patrum quidem sepul-

11. chrum participavit, <sup>8</sup> Perlati: autem ad regem Antiochum quae  
 acciderant, cogitavit evertere Iudeam; unde regressus ex Egypto  
 12. efferatus animo cepit civitatem armis, \* et iussit militibus non  
 parcerent cedendo eos, qui in illos incidissent, et eos, qui in  
 13. domos ascenderent, interficere. \* Perpetrata est igitur iuvenum  
 et servorum trucidatio, virorum quoque et mulierum interitus,  
 14. virginum praeterea et infantium iugulationes. \* Octoginta itaq.  
 milia totis diebus tribus interierunt, quadraginta quidem in popu-  
 lationibus manuum; non minus autem, quam iugulati fuerant,  
 15. venundati sunt. \* Nec contentus his, ausus est sanctissimum tem-  
 plum, cuius sanctitas universo orbi diffamata est, ingredi, ducem  
 16. habens Menelaum, qui legum ac patriae proditor fuerat. \* Et  
 pollutus manibus sacra vasa sumens, et quae ab aliis regibus et  
 civitatibus dona data, erant ad augmentum et gloriam loci et ho-  
 17. norem, profanis dabat coacervans. \* Et extollebatur sensu An-  
 tiochus, non considerans, quia propter peccata eorum, qui ci-  
 vitatem inhabitarent, iratus est mediocriter dominus; propter  
 18. quod contigit circa ipsum locum despectio. \* Quod si non acci-  
 disse et multo prius adineri plurimis peccatis, sicut Eliodorus  
 qui missus est a Seleuchq rege ad despeculandum gazophilacium,  
 et ipse mox ut accessisset confestim flagellatus retusus fuisset a  
 19. sua temeritate. \* Sed non propter locum gentem, sed propter  
 20. gentem locum dns elegit. \* Ideoque et ipse locus particeps gentis  
 suae calamitatibus, cum prospere secutae res fuissent communi-  
 onam habuit; et qui est adprehensus omnipis ira, rursus reconci-  
 21. liatione magni dni cum omni gloria restitutus est. \* Igitur An-  
 tiochus ablatis de templo nccc talentis maturius antiochiam perve-  
 nit, existimans pro superbia terram quidem navigabilem facere, pela-  
 22. gus vero ad iter agendum deducturum. \* Reliquit autem et prepo-  
 sitos ad male tractandam nationem, Hierusolymis quidem Phi-  
 lippum genere Phrygem, mores autem magis barbaros habentem  
 23. ipso illo, qui eum constituit. \* Porro in Argarizin Andro-  
 nicum et Menelaum, qui peius ceteris armatus erat animis adver-  
 sus cives, infestamque mentem gerentes contra Iudeos. \* Misit

etiam Appollonium misarchem cum exercitu viginti et duobus milibus, datis adhuc qui essent solidiores aetatis universos  
25. interficeret, mulieres autem et iuniores venundaret. \* Hic autem cum Hierusolymam et tamquam pacificus esset ita simulasset, expectavit usque ad diem sanctum sabbati, et cum haberet feriatos Iudeos, his qui sub ipso essent arma sumere  
26. precepit. \* Et eos, qui precesserant ad spectaculum, universos trucidavit; et in civitatem cum armis cursu ingressus  
27. magnam stravit multitudinem. \* Iudas vero, qui et Machabeus, cum hominibus centum in solitudinem secessit, ferarum more vitam degens in montibus cum illis, qui erant cum ipso, et herbarum cibo vescentes, in presenti transiebant, ne participarent contaminationem.

- VI. 1. Porro non post multum temporis misit rex Antiochus senem Atheniensem ad cogendos Iudeos transgredi a legibus patriis et legibus dei non conversari, \* praeterea contaminare quod hierusolymis est templum, et cognominare iovis olympii, et illud quod est in argarizin vocari locum iovis hospitalis, sicut vocabatur ab his qui in eo loco habitare coeperant. \* Pernitiosa itaque et universis difficilis erat malitiae  
2. circumstantia. \* Templum etenim de luxuria et comessationibus gentilium refertum erat, et scortancium cum meretricibus, sacratisq. muneribus mulieres se ultro ingerebant in-  
3. troferentes ea quae non licebant. \* Altare etiam plenum erat  
4. illicitis, quae legibus prohibebantur. \* Erat ergo neque sabbatizare, neque patrios observare festos dies, nec simpliciter  
5. confiteri Iudeum esse. \* Ducebantur autem acerbissima necessitate iuxta menstruam regis natalem diem ad extorum inspectionem et supplicationem. Et cum ageretur liberalium dies festus cogebantur Iudei hedere habentes coronas pompam li-  
6. bero celebrare. \* Emisit edictum praeterea ad civitates proximas Grecas, suggerente Ptholomeo eandem formam adversus  
7. Iudeos agere et exta inspicere; \* eos vero qui nollent transire ad Grecos ritus interficere. Erat ergo miseria conspi-

10. cere presentem calamitatem. \* Nam duae mulieres perductae sunt, quae filios circumciderant, quarum mammis eosdem infantes suspende-  
 11. runt, et publice circumductas eas per civitatem e muris precipites dederunt. \* Verum alii cum in proximum confugissent in speluncas, delati Philippo clanculo celebrare sabbatum, ignis flamma concremati sunt, eo quod metuerent, optulari sibi pro claritate castissimi diei. \* Hortor autem eos qui legerint vel audierint librum hunc non contristari nec deficere, animo aut subtrahere se a fide propter erumnas et cogitare has vindictas non ad  
 12. interitum verum ad emendationem nostri generis spectare. \* Namq. non multo tempore sinere eos, qui egerunt impie, sed confestim  
 13. in poenas eos incidere, magni beneficii est signum. \* Non enim sicut circa alias gentes expectat patienter dns, donec perductos  
 14. ad explectionem peccatorum puniat; Ita et circa nos iudicabit, \* ut non ad finem pervenientibus peccatis nostris postmodum a nobis exigat vindictam. \* Quapropter numquam abstinet misericordiam a nobis, emendans autem per aerumnas non derelinquit populum suum. \* Verumtamen haec ad commotionem dicta sunt vobis; porro paucis ad narrationem est perveniendum.
15. V. \* Eleazar ergo quidam ex primariis scribarum, vir iam pro-  
 16. ductus aetate, et vultu faciei decorus, cogebatur aperto ore manducare suillam carnem. \* At ille magis cum inlustri fama mortem, quam cum execratione vitam adpetens, sponte cedebat.
17. \* Cum conspexisset quemadmodum oportebat accedere eos qui non timuerant illa quae non est fas gustare propter vitae aeternae desiderium.
18. \* At vero illi, qui adstabant ei cum pietate impia, extorum contaminationis sceleratae prepositi, propter notitiam viri, quae esset illis cum ipso temporibus vetustissimis, arreptum eum scorsum hortabatur, allatam carnem, quae liceret ei, utique ab ipso esset paratam simulare, tamquam manducando propter illa quae a  
 19. rege fuerant praecepta de carne sacrificiorum, \* ut hoc gesto absolveretur a morte.

Et propter antiquam cum illis amicitiam consequeretur istud beneficium.

23. \* At ille ratione inita, quae esset elegantissima, et digna ipsius aetatis, et senectutis praecellentis, et adquisita illustratione ipsius canicie, et optima educatione a puero, magis autem illa sancta et a deo condita legislatione, consequenter pronuntiavit dicens: dimitterent citius ad inferos. \* Non est dignum nostram aetatem fingere, ut plurimi iuvenum existimantes Eleazarum nonaginta annorum ad morem alienigenarum, \* etiam ipsi propter simulationem, propter modicum et pusillum vitae, in errorem inducantur propter me, 26. et piaculum ac maculam senectuti adquiram. \* Tametsi in praesenti tempore evasero eam, quae hominibus est poenam, sed omnipotentis illius manus neque vivus neque mortuus effugiam. \* Quapropter viriliter nunc defunctus, senecta quidem dignus videbor; \* porro iuvenibus validissimum exemplum relinquam, ut prumpto ac fortiter pro castis et sanctis legibus bonam mortem adpetant. Cum haec autem 29. dixisset ad tormentorum locum statim ducebatur. \* Ipsis qui ducebant eum; quam paulo ante habuerant circa illum benivolentiam, revocantibus, propter sermones; quos illi arbitrabantur esse amentiam. \* Cumque cepisset plagis mori ingemescens ait. Domine, qui sanctam habes scientiam, manifestum est, quia cum possim morte absolvi, durissimos dolores corporis tollero, flagellis vapulans, animo autem propter ipsius metum libenter haec patior. \* Et iste quidem hoc modo defunctus est, non solum iuvenibus, verum etiam plurimis eiusdem gentis, mortem suam fortitudinis exemplum VII. 1. et memoriam virtutis relinquens. \* Contigit nihilominus etiam septem fratres cum sua matre adprachensos, compelli a rege suillam carnem contingere, flagellis et taureis castigationem sustinentes. \* Unus autem ipsorum princeps sermonis existens sic ait. Quid incipis interrogare a nobis? mori enim sumus mori quam transgredi leges patrias quas nobis

3. deus tradidit. \* Porro iracundia rex percitus praecepit craftulas  
4. et catinos igniti. \* Et confestim ignescentibus eis, ei, qui prin-  
cipis loco verba fecit, iussit linguam amputari, et cutes eius  
decalvari, summas manus et pedes precidi.

5. Ceteris autem fratribus et matre conspicientib. \* Sine ad-  
miniculo verborum eum redditum iussit admoveri spirantem, et  
assari vaporem plurimum, quantum catino reddente.

6. Illi ergo cum matre invicem se hortabantur mori fortiter sic di-  
centes. \* Dominus deus intuetur et testimonium exposuit Moyses

7. dicens, et super servis suis exorabitur. \* Mortuo itaque illo  
primo hoc modo, sequentem ducebant ad inclusionem, et cute  
capitis cum capillis detracta, interrogabant, si manducaret prius

8. quam puniretur corpore per membra singula. \* At ille respon-  
dens voce patria adfatus est non ideo, quia frater meus crude-

9. lem consecutus est poenam, ego negabo deum. \* Et cum iam in  
extremo esset spiritu dixit.

Tu quidem sceleste et impie de hac praesenti vita nos perdis;  
rex autem mundi deus, qui regnat in aeternum, et regni eius  
finis non est, mortuos nos pro suis sanctis legibus in aeternae  
vitae conversationem resuscitabit. Et his dictis et hic spiritum  
10. tradidit. \* Post hunc tertius inludabatur, et postulatq; linguam  
11. cito protulit, et manus audacter extendit, \* et fortiter dixit. De  
caelo haec possideo, et propter illius leges despicio haec, et  
12. ab ipso rursum spero haec recipere. \* Ita ut ipse rex, et qui  
cum illo erant, terrerentur eiusdem iuvenis animo, quam pro  
13. nihilo dolores haberet. \* Et hoc defuncto, quartum similiter  
14. cruciantes torquebant. \* Et cum iam esset prope mortem, sic  
ait: potius est interfecto ab hominibus expectare spem a deo, et  
rursum resuscitari ab eo, tibi etenim resurrectio ad vitam non  
15. erit. Et his dictis mortuus est. \* Consequenter deinde adduc-  
16. tum quintum excruciabant tormentis. \* Ille vero intuitus eum  
dixit. Potestatem habes in homines, cum sis corruptibilis, quod-  
vis facis; noli autem putare genus nostrum a deo derelictum  
17. esse. \* tu ergo specta maiestatis eius imperium. qualiter te et

18. semen tuum torquet. et his dictis mortuus est. \* Post hunc itaque ducebant sextum, et incipiens mori dixit: noli frustra errare, nos enim propter nosmetipsos haec patimur peccantes in deum nostrum, et facta sunt digna admiratione et laude quae
19. contigerunt. \* Verum tu noli arbitrari innocentem te fore ad-
20. gressus pugnare cum deo. \* Praecellenter autem admirabilis mater, et optimae memoriae digna, quae pereuntes septem filios conspiciens sub unius diei tempus, aequo animo ferebat propter
21. spem vitae aeternae, quam in domino habebat. \* Singulos praeterea ipsorum hortabatur patria voce, fortissimo impleta sensu, et femineam cogitationem virili circumdans animo, dicebat illis.
22. \* Fili, nescio qualiter in meo utero parueritis, neque ego spiritum ac vocem donavi vobis, et singulorum vestrorum compagem
23. non sum ego modulata. \* Igitur mundi conditor, qui finxit hominis nativitatem, et universorum scrutatur nativitatem, et spiritum et vitam rursus cum miseratione reddet vobis, sicut nunc
24. vosmetipsos despicitis propter leges eius sanctas. \* Porro Antiochus existimans contemni se, et exprobrantem dedignans vocem, adhuc iuniore superante, non solum verbis exhortationem explebat, verum etiam iureiurando fidem simul faciebat, divitem ac beatum effecturum transgressum a patriis legibus, et habiturum se amicum, et officia crediturum. \* Verum ipso iuvene nequaquam intendente, vocata matre ad se, adhortabatur consilio esse puero ad ipsius salutem.
26. \* Multis itaque adhortante illo suscepit negotium. quasi persuasuram se filio.
27. \* Cumque inclinasset se ad illum, et inrisisset tyrannum cum contemptu, sic ait voce patria. Fili, miserere mei, quae te in utero circumtulit mensibus decem, et lac per triennium dedi, et educavi, et perduxit ad aetatem hanc, et nutricem me tibi exhibui. \* Oro te fili respicientem ad caelum, et terra, quae in ipsis sunt videntem universa, cognoscere, quia non ex his, quae erant, fecit haec deus, sicut hominum genus fecit, et ipse
29. iudicabit orbem terrarum; \* nec timere earnificem istum, sed

30. dignus fratribus te recipiam. \* Adhuc loquente illa, iu-  
venis ait. Quem sustinetis? non oboedio precepto regis,  
sed obtempero quae data est patribus nostris per Moy-  
31. sen legi; \* tu vero malitiae omnis adinventor repertus circa  
Hebreos non effugies manus Dei.  
32. \* Nos enim haec patimur propter peccata nostra;  
33. \* quod si castigationis et emendationis gratia ille vivens  
dominus noster mediocriter iratus est, rursum tamen recon-  
34. ciliabitur suis servis. \* Tu autem nefarie, et omnium ho-  
minum sceleratissime, noli in cassum extolli mente super-  
35. biens spe incerta ad servos eius, sed manu levata; \* non-  
dum enim omnipotentis, atque intuitoris dei iudicia effugies.  
36. \* Nunc enim nostri fratres, modico dolore tolerato, propter  
perpetuam vitam testamento Dei deputati sunt; verum tu iu-  
37. dicio Dei iusto poenas superbiae reportabis. \* Ego autem,  
sicut fratres mei, et corpus, et animam dedi pro legibus  
patriis, invocans Deum propitium genti nostrae quo maturius  
38. fieri, et te confiteri adhibitis tibi tormentis et flagellis, quod  
solus ipse sit Deus. \* Porro autem in me, et fratribus meis,  
statuitur omnipotentis ira, quae universo generi nostro iu-  
39. ste interrogata est. \* Itaque rex iracundia percitus peius ad-  
huc praec aliis huius concurrens, acerbe portans abusionem ip-  
40. sius. \* Et hic ergo mundus obiit omnifariam fretus Domi-  
41. no. \* Postremo autem filiorum mater defuncta est.  
42. VI. \* Igitur quae circa extorum contaminationem, et sum-  
VIII. 1. ma eorum supplicia sunt gesta, hucusque narrata sint. \* Ve-  
rum Iudas, qui et Machabeus, et qui erant cum ipso, in-  
repentes clanculo in castella provocabant cognatos; et his  
qui perseverassent in iudaismo adsumtis, collegerunt circiter  
2. sex milia virorum. \* Et invocabant Dominum, ut iam re-  
spiceret eum, qui conculcicaretur ab his, populum, misera-  
3. retur etiam templum ab impiis hominibus profanatum; \* prop-  
terea miseretur etiam ipsius intereuntis civitatis, et inci-  
pientis solo quo aequari, et eorum, qui proclamarent ad il-



4. lum, sanguinum voces exaudiret; \* meminisset denique parvulo-  
rum, qui sine peccato essent, iniquae perditionis, et earum gra-  
tia, quae in nomen ipsius fierent, blasphemiae severitatem ex-
5. erceret. \* Cumque Machabeus in statu constitutus esset, etiam a  
gentibus non adprehendebatur, ad miserationem conversa Domini
6. iracundia. \* Civitates ergo et castella inopinato superveniens in-  
cendebat, oportunos locos recipiens, non paucos hostium in fu-  
7. gam convertens. \* Praesertim autem noctes ad huius modi insi-  
dias faventes sibi captivat. et opinio fortitudinis animi ubiq. dif-  
8. fundebatur. \* Considerans itaque Philippus paulatim eundem vi-  
rum venientem ad profectum rerum, frequentius quoque proce-  
dentem prosperitatibus, ad Ptholomæum praetorem Syriae Coeles,  
et Phoenices, litteras fecit, ut sibi auxilio esset nomine regis  
emissis litteris.
9. \* At vero ille maturus electum Nichanorem Patrocli ex primo-  
ribus amicis misit, traditis nationibus phamphilorum non paucio-  
ribus viginti milibus, ut universum genus Iudaeae auferret; de-  
mandavit praeterea illi etiam Gorgian virum, praetorem, et in
10. negotiis bellicis experientem. \* Statuit aliam regi Nichanor tri-  
butum duo milium talentorum, quod Romanis praestabat exple-  
11. turum se ex captivis Iudaeorum. \* Confestim itaque ad mariti-  
mas civitates misit invitans ad comparationem iudaicorum manci-  
piorum, repromittens nonaginta mancipia talento se concessurum,  
non expectans eam poenam quae illum ab omnipotente seque-  
12. retur. \* Cumque Iudae perlatum esset de adventu Nichanoris,  
et communicasset cum his, qui cum ipso essent, de presentia
13. exercitus. \* Qui formidabant non ut viri, et non credebant Dei  
vindictae, diffugiebant, et in alios locos seipsos transferebant.
14. \* Alii autem residui omnia distrahebant, simul tamen rogabant Do-  
minum liberaret eos, qui ab impio Nichanore, priusquam commi-  
nus invicem viderent venundati essent.
15. \* Et si non propter ipsos, verum propter testaments, quod or-  
dinatum erat ad patres eorum. et causa invocationis, quae esset
16. super ipsos, casti, et magnifici nominis sui. \* Cumque congre-

- gasset Machabeus eos, qui erant circa ipsum, numerorum sex milia hominum, hortabatur non terri ab adversariis, neque vereri earum, quae iniuste ad illos venient gentes, multitudi-
17. nem, certare autem fortiter; \* ante oculos habentes perpetrata iniquorum iniuriam, quam facerent loco sancto, et inclusae civitatis vexationem, adhuc etiam maiorum eorum conservationis
18. dissolutionem. \* Illi enim, ait, fidunt armis simul et audacia; nos autem in Deum omnipotentem, qui potest et illos qui veniant adversos nos, et totum mundum uno spiritu prosternere;
19. confidimus. \* Enumeravit eis praeterea et illas, quae sub maioribus parentibus eorum contigissent, opitulationes, et illam, quae sub sanacherim, centum octoginta quinque milia facta esset per-
20. ditionem, \* et illam, quae in Babylonia adversus Galatas gesta esset, pugnam, qualiter ad hoc negotium convenerint universi numero octo milia cum Machedonibus quattuor milium, et Machedonibus animo consternatis, octo illa milia tamen centum viginti milia hominum perdiderunt, auxilia quod eis de caelo ad-
21. venissent commoda consecutus poena plurima. \* Bono itaque animo eos effectos, et paratos pro legibus et patria mori, qua-
22. drifariam dimisit exercitum; \* constitatis fratribus suis ducibus singularum classium Symone et Iosepho et Ionatha, adscriptis
23. unicuique eorum mille quingentis. \* Insuper et Hesdran sexto sacro libro et dato signo diae ad auxilium, primae coertis ipse
24. ductor commisit cum Nichanere. \* Cumque auxiliator fuisset illis omnipotens Deus, interfecerunt hostium supra novem milia, saucios autem et membris debilitatos maiorem partem exercitus
25. Nichanoris reddiderunt, fugire etiam quoegerunt. \* Pecunias quoque eorum, qui convenerant ad conparationem illorum, invaserunt. Et cum persecuti eos fuissent satis longe, reversi
26. sunt, quod concluderentur horae conditione. \* Erat enim pridie sabbatum, ob quam causam longius ire non perseveraverunt con-
27. sectantes eos. \* Armisque eorum lectis, et spoliis hostium exutis, circa sabbatum lerant; satis superque sacerdotes benedicentes et confitentes Domino, qui conservavit eos in hunc diem,

28. initium miserationis instillante illis de caelo. \* Post sabbatum autem, qui vexati erant et viduis et orfanis portione
29. de spoliis data, ipsi residua partiti sunt. \* His igitur ita gestis et communi obsecratione habita, misericordem Dominum
30. rogabant in finem usque reconciliari suis servis. \* Illi autem, qui erant circa Timotheum et Bacchiden confligentes, plusquam viginti milia ex ipsis interfecerunt, et spolia plura dividerunt paribus portionibus factis cum his, qui vexati erant,
31. et populis, et viduis, adhuc autem et senioribus. \* Conlectisque omnibus armis eorum universa composuerunt locis
32. idoneis, residua autem spoliiorum adtulerunt Hierusalem: \* Ipsum autem principem nationis eorum, qui erant circa Timotheum, interfecerunt, virum nefarium, et qui in multis
33. Iudeos contristasset. \* Ob victoriae gaudium celebrata laetitia in patria, eos, qui succenderant sacras ianuas, Callisten succenderunt cum refugisset in domū superiora; et dignam impietatem et caedem ab eo receperunt. \* Porro autem
34. trifurcifer Nichanor, qui negotiatores mille ad venditionem
35. Iudaeorum adduxerat, \* prostratus ab his, qui secundum ipsum existimabantur exigui esse, domini auxilio deposita veste clara, per mediterraneam fugitivi more solitarius effectus Antiochiam venit, super modum rebus prospere gestis,
36. mulcato exercitu. \* Et qui Romanis tributum redigere, sed de captivis qui essent in Hierusolymis, sponderat, predicabat propugnatores Iudeos habere, et hoc modo invulnerabiles Iudeos esse; eo quod sequantur eas, quae ab ipso imperatae sunt, leges. \* Per illud tempus regressus erat Antiochus inhoneste de locis, quae sunt circa Persidem; \* introierat enim eamque appellatur Persopolis, et adgressus fuerat sacrilegium facere, et civitatem evadere; quapropter impetu facto multitudine ad auxilium armorum pulsati sunt, et contigit in fugam versum Antiochum ob indigena turpiter
3. regredi. \* Cumque esset circa Egbachan hūntiata sunt ea, quae accidissent Nichanori ab his qui cum Timotheo erant.

4. \* Sublatus igitur iracuñdia arbitrabatur etiam illorum, qui eum fugassent, culpam Iudeis se infligere. Idcirco que precepit aurige sine intermissione iumenta agmin maturare iter, comitante sibi celesti iudicio. Ita enim superbae dixit poliandrium Iudeo-
5. rum Hierusolyma facere, cum illo venisset. \* Porro autem omnium intuator Dominus Deus Israel percussit cum insanabili, et invisibili plaga; ipsum ergo, quod consummavit sermonem, arripuit cum atrox viscerum dolor, et acerbi intestinorum crucia-
6. tus, \* per quam iuste cum, qui multis et novis calamitatibus
7. aliorum viscera cruciavit. \* At vero ille nequam quā superbia ignem spirans animis adversus Iudeos, et iubens festinari iter; contigit praeterea etiam haec cogitanti cadere eum de curru dum fertur impetu, et molestissimo prolapsu actum universis membris debi-
8. litari. \* Illo ergo modo, qui putabat se maris fluctibus imperare propter iactantiam, quae super hominem esset, et latitudines montium existimabat se maioribus altitudinibus erigere, in terra constitutus portabatur in lectica, ostentante Deo universis suam
9. manifestam virtutem. \* Ita ut etiam de corpore ipsius impii vermes efferverunt, et viventi ei in doloribus et meroribus carnes diffluent.
10. Odore quoq. eius totus exercitus gravaretur foetore. \* Et eum, qui paulo ante coelestia sidera contingere sibi videbatur gestare nemo posset propter gravitudinem pudoris intolerabilem.
11. \* Eodem itaque loco coepit multum de superbia refractus ad intellectum pervenire divino verbere, per momenta sentiens do-
12. loris additamenta; \* et nec ipse odorem suum potens tolerare, haec ait. Iustum est subditum Deo esse, et non sapere Deo
13. paria mortalem constitutum. \* Orabat autem ille pollutus Dominum, qui iam non esset misericordiam praestaturus illi sic dicens.
14. \* Sanctam quidem civitatem, quam festinato veniebat aequam solo reddere, et poliandrium struere, liberam pronuntiare. \* Iudeos autem, quibus decreverat ne sepulturam quidem indulgere, porro laceratos avibus cum parvulis-abicere feris bestiis, universos aequa-
16. les Atheniensibus facere; \* et quod prius spoliaverat templum

- pulcherrimis donis exornare, et sancta vasa multiplicata cuncta reddere; contemnentes quoq. sacrificiis certas quantitates de suis propriis redibus praestare; \* super haec se etiam Iudeum futurum esse. et omnem locum habitabilem circumiturum annuntiantem
17. Dei secundum imperium. \* Nequaquam ergo cessantibus doloribus, adventaverat namque illi iustum Dei iudicium, et desperatis circa se omnibus, primum scripsit rex ad Iudeos epistolam, quae subiecta est, precum vicom optinentem, porro haec in se habentem.
19. \* Iudaeis bonis meis civibus plurimam salutem et gaudium et perpetuam felicitatem, rex et praetor Antiochus. \* Si valetis maximum de his gratiam habemus. \* Ego vero infirmior eram, vestri autem memineram cum adfectione regrediens de locis, quae sunt circa Persidem, et infirmitate adprehensus hi molestissima necessarium esse existimavi curare communem omnium tutelam, \* non desperans de me, sed habens maximam spem effugiendi infirmitatem. \* Porro ante oculos habens, quia et pater meus per illa tempora, in quibus in loca superna duxit exercitum, designavit successorem suum, \* ut si forte aliquid fuisset nuntiatum aliquid perniciosum scientes hi, qui essent in unaquaque regione, cui res relictas essent, non perturbarentur. \* Ad haec autem considerans proxima regna inhiantes temporibus, et expectantes quo res evadat, designavi filium meum Antiochum regem, quem frequenter excurrans ad superiores satrapas plurimis vestrum commendabam, et commendans scripsi ad eum, quae subscripta sunt.
26. \* Oro ergo vos, et peto, memores beneficiorum meorum communiter et scorsum, singulis conservare hanc benevolentiam, quam habetis circa me, et filium meum. \* Confido enim eum modeste et humane, meam sequentem voluntatem adsentari vobis.
28. \* Ille ergo sicarius et blasphemus pessima perpeccatus, sicut alios tractavit, loco peregre in montibus miserabili leto vitam finivit. \* Deferebat autem corpus eius Philippus collactaneus eius, qui etiam veritus filium Antiochi ad Ptholomeum Philometorem in Aegyptum corpus adtulit.

- X. 1. Macchabeus vero, et qui erant cum eo, Domino praecedente  
 2. illos, templum quidem receperunt et civitatem; \* aras autem  
 circa forum ab alienigenis per vicos instructas, insuper etiam  
 3. templa demolierunt. \* Et, emundato templo, aliud altare fe-  
 cerunt. Cumque ignissent lapides, et cum ex ipsa ignem su-  
 missent, obtulerunt sacrificia, et incensum, et panum proposi-  
 4. tionem fecerunt. \* Quibus perfectis, rogaverunt Dominum pro-  
 strati in terram, iam non incidere in haec mala, sed etsi ali-  
 quando peceaverint, ab ipso cum clementia emendari, et non  
 5. tradi blasphemis et barbaris gentibus. \* Quo autem die temp-  
 lum ab alienigenis profanatum est, contigit per ipsum diem.  
 fieri emundationem templi, quinta et vigesima die eiusdem men-  
 6. sis, qui est Casleu: \* et cum laetitia Domino agebant.

- Dies octo tabernaculorum more; memores qualiter ante-  
 modicum temporis diem festum tabernaculorum in montibus,  
 7. speluncis, ritu ferarum agebant. \* Quapropter tyros et ramos  
 pulchros adhuc palmas habentes, eum, qui prosper abit emun-  
 8. dari suum locum, \* precantes. destinavimus cum imperio cum-  
 muni et decreto cunctam iudeorum gentem quodannis agere  
 9. dies hos. \* Et illa quidem quae ad mortem Antiochi, qui est  
 appellatus iulustris, spectarent, ita habuerunt.  
 10. VII. Nunc vero quae circa Antiochum Eupatorem, filium au-  
 tem illius impii, gesta sunt, narrabimus ipsa illa breviantes,  
 11. quae continent bellorum mala. \* Hic etenim, suscepto regno,  
 constituit praefectum negotiis Lysian quendam, porro autem  
 12. Syriae Coeles itemque Phoenices praetorem primum. \* Ptho-  
 lomeus namque, qui dicebatur Macron, quod iustum esset vo-  
 lens conservare, propter iniuriam, quae iudeis facta erat, eni-  
 13. tebatur quae ad illos spectarent pacifice explicare. \* Quaprop-  
 ter dum accusatur ab amicis apud Eupatorem, et proditor ad  
 singula quaeque audit, eo quod Cyprum creditamque sibi a  
 Philometore abreliquisset, et ad Antiochum inlustrem transitum  
 14. fecisset, veneno austo vitam consumpsit. \* Gorgias autem prae-  
 tor eorundem locorum peregrinum exercitum exhibebat, et ad

15. singula momenta adversus Iudeos bellum instruebat. \* Atque una cum ipso etiam Idumei obtinentes oportuna et munita castella exercebant eos; et adsumptis illis, qui refugerant ab Hierusolymis,
16. bellum parare temptabant. \* Ad vero ii, qui circa Machabeum erant, obsecratione perfecta, et rogato Deo, ut esset illis auxiliator, ad castella Idumeorum fecerunt impetum; \* atque cum etiam accessissent fortissime, eosdem locos optinuerunt, et universos qui pugnabant in muris morte adfecerunt, trucidantes cunctos qui in manus incidissent, et interfecerunt non minus viginti milibus.
17. \* Cumque confugissent non pauciores novem milibus in duas turres satis munitas, et omnia habentes \* ad locos urgentissimos, relictis Symone, et Iosepho, itemque Zacchaeo, et his qui erant cum illo sufficientibus ad horum expugnationem, ipse discessit. \* Ad vero illi, qui circa Symonem erant, avaritia percussi, a quibusdam, qui erant in turribus, sollicitati sunt pecunia, et acceptis dragmarum septuaginta milibus; passi sunt quosdam diffluere per fenestras turrium. \* Cumque nuntiatum esset Machabeo quod gestum erat, congregatis ductoribus populi, accusavit qualiter accepta pecunia vendiderint fratres suos, hostibus dimissis contra eos; \* hoc ergo quia fuissent proditores interfecit.
18. Et confestim illas duas turres coepit. \* Armisque per omnia, quae in manibus essent, prospere currentibus, perdidit in castellis duobus plures viginti milibus hominum.
19. \* Timotheus vero, qui antehac victus fuerat; Iudeis collectis inimicus peregrinis exercitibus plurimis, et his qui fuissent Asiae congregatis non paucis equis, adventavit tamquam armis captivam possessurus terram Iudeam.
20. \* Porro qui circa Machabeum erant, adpropinquante illo; ad obsecrationem Dei, aspersis terram capitibus suis, et cilicis lumbos accincti, \* prostrati super crepidinem, quae erant contra ipsum altare, rogabant propitium factum illis Deum inimicitias exercere cum inimicis eorum, et obsistere adversariis eorum, sicut lex declarat. \* Digressi autem ab obsecratione, sumptis armis processerunt a civitate plurimum.

28. Et cum adpropinquassent hostibus circa se ipsos erant. \* Mox autem lucis diffundebatur hortus, commiserunt pugnam utrumque; hi quidem desponsionem habentes proventus et victoriae cum virtute eius quod in Dominum est refugii, ad vero illi ductorem certaminum constituentes animum suum.
29. Cumque validissimum gereretur prelium, apparuerunt adversariis de coelo super equos aureis frenis ornatos viri
30. quinque satis decori ductores Iudeorum, \* qui etiam Machabeum in medium sui adsumptum, et protegentes eum suis armis, invulnerabilem conservabant. Porro autem in adversariis sagittas et fulmina iacebant; quapropter confusi caligine
31. cedebantur turbatione pleni; \* et interfectas sunt animas hominum viginti milia et quingenti, equites autem sexcenti.
32. Ipse vero Timotheus confugit in id quod dicitur Gazara munitionum praesidium, praefecturam habente illic Cerea. \* Porro autem qui cum duce Machabeo erant leti obtulerunt sederunt
33. hoc idem praesidium diebus quattuor. \* Verum illi qui intus erant universi munitionis ipsius loci plus quam satis erat. \* Luciscente autem quinto die, iuvenes viginti ex eis, qui cum Machabeo erant, accensis animis propter convitia, muros viriliter adgressi, et ferali animo eos qui incidissent cedebant. \* Alii vero similiter cum conscindissent muros in illa destinatione, quae esset contra eos qui essent intus, incendebant turre, et comprehendentes piras vivos cremabant illos blasphemos. Alii autem portus concidebant, recepto exercitu residuo, repserunt in civitatem, \* et Timotheum absconsum in quodam lacu iugulaverunt, item fratrem ipsius
34. Cheream et Appollofanem. \* Hisque perfectis cum hymnis et confessionibus benedicebant Dominum, qui magnifice adfecerat beneficiis ipsum Israhel, et victoriam prestantem servis suis. \* Et post modicum tempus, Lysias procurator regis, nihilominus et cognatus, et qui praecesset negotiis, aegre nimis ferens ea quae accidissent.
35. VIII. \* Congregatis octuaginta milibus hominum, veniebat



adversus Iudeos cogitans ipsam quidem civitatem habitaculum paganorum constituere.

3. Porro autem vectigali obnoxium templum; sicut cetera gentium templa, venale praeterea per singulos annos sacerdotium
4. Dei facere; nequaquam recogitans Dei imperium, sed animatus nusnutibus peditum, et milibus equitum; et elephantis octoginta. \* Cumque ingressus esset Iudeam, et adpropinquasset Bethsura
5. munito quidem loco distantem autem ab Hierusolymis circiter 6. stadiis quingentis hunc deprimens surgebat. \* Et mox cognoverunt qui erant cum Macchabeo expugnare illum castella, cum lacrimis et fletibus deprecabantur Dominum cum omni multitudine, ut bonum angelum mitteret ad salutem Israel. \* Ipse autem primus Macchabeus, sumptis armis, adhortatus est ceteros simul secum periculum subire, et auxilium fratribus praestare, uno quoque
8. ac potenti animo progressi. \* Itidem autem apud Hierusolymam constitutus apparuit. antecedens eos eques in veste alba, arma aurea quatens; simulque cuncti cum benedixissent misericordem Deum vegetati sunt animis iter faciebant, nec solum homines parati trucidare, verum etiam ferocissimas bestias, et ferreos muros parati pulsare. \* Accedebant disposita acie eum qui de caelo est habentes propugnatores, misericordiam praestaturis eis
11. Domino. \* Impetu denique leonum irruentes hostibus straverunt ex ipsis milia virorum undecim, equites etiam mille sexcentos,
12. universos praeterea fugere coegerunt, \* et plures eorum saucii evaserunt nudi. Ipse quoque inimicus Lysias turpiter fugiens evasit; \* non tamen sine sensu homo sicut semetipsum reputans quod acciderat ei infortunium, et considerans invictos esse Hebreos,
14. auxiliante illis potentissimo deo, cum ad eos mississet, persuasit eis componere iuxta omnia, quae iusta essent, et quia regi persuasurus esset, ut necessarius eius amicus fieret. \* Adhuc Machabeus omnibus quae Lysias rogabat, sollicitus de eo quod ipsis expediret; quaecumque Macchabeus scripto tradidit Lysiae de Iudeis concessit rex. \* Erant enim scriptae Iudeis epistolae a Lysia quidem continentes formam hanc. Lysias plebi Iudeorum sa-

17. *Item.* \* Iohannes et Abesselon, qui missi sunt, ad signato qui sub-  
18. iectum est rescripto, desideraverunt ea quae hoc eodem signi-  
ficantur. \* Quaecumque ergo oportebat etiam ad regem referri  
manifestavi, quae vero ipsa res patiebatur concessi.
19. \* Siquidem ergo exhibueritis benivolentiam rebus, etiam de  
20. cetero connitar vobis auctor honorum existere; \* deque his et  
illis quae pertinent ad singulas species mandavi et istis et qui  
21. sunt missi a me tractare vobiscum. \* Valet anno centesimo oc-  
22. tavo Dios corindis vigesimo quarto die. \* Porro autem regis epi-  
23. stola continebat haec. rex Antiochus fratri Lisiæ salutem. \* Patre  
nostro ad deos translato, volentes eos, qui ex regno sunt, in-  
trepidatos perseverantes converti ad rerum propriarum curam.
24. \* Cum audissemus Iudæos non consentire secundum patris mei  
preceptum ad observationem ritus Græcorum, sed portionem  
ducentos suam inductionem desiderare concedi sibi propria sol-  
25. lemnia; \* cupientes hanc quoque gentem extra tumultum, decre-  
vimus templum etiam restituere eis, resque eos agere iuxta an-  
26. tiquorum suorum morem. \* Optime itaque feceris mittendo ad  
illos, et dando eis dextras, cognita voluntate nostra bono animo  
27. sint, et iucundam vitam degant, dum fruuntur suis rebus. \* Ad  
ipsam autem gentem talis fuit regis epistola. Rex antiochus se-  
natu Iudeorum et ceteris Iudeis salutem.
28. \* Si valetis, proveniet, ut volumus, ipsi quoque valemus.  
29. \* Pertulit ad nos Menelaus, velle vos degressos agere in suos  
30. quemque; \* his igitur, qui degredientur usque ad tricesimam  
31. diem mensis Sandici erit dextera impunitatis, \* uti propriis sump-  
tibus ac legibus, sicut antea, et nullus ipsorum ullomodo inquie-  
32. tabitur de his, quae per ignorantiam gesta sunt. \* Misi praeter-  
33. ea etiam Menelaum adhortaturum vos. \* Anno centesimo qua-  
34. dragesimo octavo Xandici quintadecima die mensis. \* Nihilominus  
et Romani miserunt ad illos epistolam habentem hunc modum.  
Quintus Memmius Iustus Mamius legati Romanorum plebi Iudeo-  
35. rum salutem. \* His quaecumque Lisiæ cognatus regis concessit  
36. vobis nos quoque consentimus; \* quae autem iudicavit referre ad

regem commune, mittite aliquem confestim traetu habito de his, ut enarremus sicut oportet vobis.

37. Nos enim praecedimus Antiochiam. \* Quapropter festinate, et scribite, et mittite aliquos, ut nos quoque cognoscamus cuius sententiae sitis, \* valete.

XII.

- Anno centesimo quadragesimo octavo dioscoridis quinta
1. decima die mensis. \* Cumque perfecta esset pax, Lysias quidem ibat ad regem; Iudei autem ad culturas agrorum convertebantur. \* Porro loci cuiusque praetores Timotheus, et Appollonius Genni, adhuc etiam Hieronimus, et Demophon, et super haec Nichanor princeps Syrorum non sinebant eos
  2. compositos, et quietos esse. \* Ioppitae praeterea tale scelus perpetraverunt adhortati eos, qui habitabant penes illos Iudeos conscendere cum coniugibus ac liberis scaphas, quas ipsi applicaverunt, tamquam nullam adversus eos malitiam
  3. exercerent. \* Verum iuxta commune civitatis decretum hoc facerent, et hi excoepissent istam rem, utpote qui pacem obtinere cuperent, et nihil suspectum haberent, profectos in altum submerserunt, cum essent non pauciores ducentis.
  4. \* Cognita autem Iudae, quae in eiusdem gentis homines admissa fuerat crudelitas, signo dato his, qui circa ipsum essent viris, \* et invocato iusto iudice Deo, venit ad consceleratos fratrum sanguine; et portum quidem noctu incendit, et scaphas conflagravit, eos autem, qui illo confugerant,
  5. confodiit, \* ipso quoque loco concluso regressus est, tamquam iterum venturus, et universum Ioppitarum funditus eversurus
  6. municipatam. \* Cumque cognovisset etiam illos, qui apud Iamnam agebant, similia perpetrare velle circa incolas Iudeos, \* Iamnitas quoque nocte adhortus succendit portum cum classe, ita ut conspiceretur lumen ignis apud Hierusolyma, cum interiacebant stadia ducenta quadraginta, \* Cumque inde prorepissent stadia novem, facerentque iter ad Timotheum, adgressi sunt cum Arabes circiter \* quinque
  7. milia, equites autem quingenti. \* Et, cum fuisset valida

- pugna commissa, et hii qui circa Iudam erant per auxilium dei rem prospere gessissent, victi nomades rogabant Iudam, ut dexteris eis daret, pollicentes et pascua praestatueros se, et in
12. ceteris profuturos eis. \* Iudas autem arbitratus eos tamquam vere in multis utiles futuros, concessit pacem habere cum eis, et acceptis dexteris in tabernacula discesserunt.
  13. \* Adgressus est practerea etiam civitatem quandam munitam, et muris conseptam, et promiscarum gentium multitudinis celebrem, nomine autem Caspen.
  14. \* Porro autem qui erant freti murorum tutamine, et utensilium annona abundante, contumeliosus augebant cum his, qui erant circa Iudam, maledicentes, insuper etiam blasphemantes
  15. quae nefas sit. \* At vero hi, qui erant circa Iudam, cum invocassent illum magnum exercentem potentatum mundi, qui sine arietibus et macchinis organicis praecipitem dedit Hiericho tem-
  16. poribus Iesu, invaservnt muros ferarum vice, \* captaque civitate Domini voluntate, inenarrabiles operati sunt caedes, ita ut adiacens palus latitudinis duorum stadiorum influente sanguine videretur repletum. \* Inde autem cum prorupissent stadia quingenta
  17. quingenta, proruperunt in Characem ad eos, qui dicuntur
  18. Fubiaceni Iudei. \* et Timotheum quidem in ipsis locis comprehenderunt, plane sine ullo affectu de eisdem locis degressum, relicto presidio in quodam loco, quod munitum perquam esset.
  19. \* Dositheus vero, ac Sosipater, qui erant ex ducibus Macchabei, expeditione agitata perdiderunt eos, qui relictis a Timotheo fuerant in eodem castello plures quam decem milia virorum. \* Porro Macchabeus disposito exercitu suo per quohortes, constituit eos in ordines, et sic ad Timotheum tetendit habentem secum centum viginti milia peditum, equitum autem duo milia et quingentos. \* Verum cognito adventu Iudae, Timotheus praemisit coniuges, ac liberos, et residuum apparatus ad id quod vocatur Carnion, erat enim et expugnatio et accessu difficili, propter angustias, quae ex omnibus locis essent. \* Cumque apparuisset chorus Iudae primi, et accidisset hostibus trepidatio, timorque

- ex illius, qui cuncta percipit inlustratione quae proveniebat eis, fugae se dederunt alios alio tendentes, ita ut frequenter a suis
23. lederentur, et gladiatorum suorum mucronib. confingerentur. \* Prorsus autem Iudas consecrabatur eos vehementius obtruncans [*sic*]
24. facinerosus, et disperdidit circiter triginta milia virorum. \* Ipse vero Timotheus cum incidisset in eos, qui erant cum Dositaco, et Sosipatro, rogabat cum adolatione magna dimitterent se vivum, eo quod multorum quidem parentes, quorundam autem fratres haberet, et contingeret horum curam non haberi. \* Pluribus quoque offirmante illo fidei placitum redditurum hos inlesos, dimiserunt eum salutis fratrum causa. \* Progressusque Iudas ad illud Carnion et Atargation trucidavit corporum viginti et quinque milia. \* Post horum autem fugam et perditionem tulit arma et adversus Ephron civitatem munitam, in qua habitabat Lisias, et omnis nationis multitudo; iuventus quoque robusta pro muris constituta fortiter repugnabant; ibidem tormentorum et telorum magnum instrumentum erat. \* Cumque invocasset illum potentem, qui cum vi obterit hostium virtutes, subegerunt civitatem, et straverunt ex illis, quibus fuerant, circiter viginti et quinque milia hominum. \* Digressique inde perrexerunt Scitopolyn distantem ab Hierusolymis stadiis sexcentis. \* Cumque testimonium prohibuissent qui habitabant illic Iudei, quam scitopolitani exercuerant circa illos benevolentiam etiam felicitatis temporibus tranquillam proventuram, \* gratias egerunt, et adhortati etiam in ceteris generi ipsorum benignos perseverare.

Venerunt Hierusolyma die festo ebdomadum paschae in proximo constituto.

32. VIII. Post haec [*sic*] ergo quae appellatur pentecoste die,
33. perrexerunt ad Gorgian praetorem Idumaeae. \* Et processerunt cum tribus milibus peditum, equibus autem quadringentis. \* Directa acie et contigit cadere paucos Iudeorum. \* Porro Dositheus quidam ex Itibiaceis, eques vir magnus fortis, imminet Gorgiae, cumque adprehendisset clamidem eius ducebat eum validissime, volens eundem maledictam capere vivum; verum quidam

ex Tracibus equitibus inraente in eum, et amputato humero eius, evasit Gorgias, et fugit in Laresam.

36. \* His vero qui erant circa Hedsiam, diutius pugnanti-  
bus ac fessis, invocato domino Iudas auxiliatorem et ducem  
37. proelii eum apparere. \* hoc coepit patria voce hymnos cum  
elamore in eos qui erant cum Gorgia convertit eos in fugam.  
38. \* Iudas autem recepto exercitu venit in civitatem Odolam.

- Nihilominus imminente ebdomadē ore solito castificati ibi-  
39. dem, sabbatam transiebant. \* Sequenti autem die venerunt ad  
Iudam, quo tempore necessarium fuit corpora eorum, qui  
cecidissent, colligere; et cum cognatis recondere paternis se-  
40. pulchris; \* et invenerunt in unoquoque mortuorum sub tuni-  
cis dona simulacrorum, quae apud Iamnam fuerant, a qui-  
bus lex Iudeos prohibet: omnibus itaque palam factum est  
41. propter hanc eandem causam hos ruisse. \* Universi ergo cum  
benedixissent illa iusti iudicis Domini misericordia eius, qui  
42. occulta in lucem producit, \* ad obsecrationem conversi sunt.  
Et rogaverunt, ut propter id quod acciderat deleteretur ex in-  
tegro peccatum. Porro autem fortissimus Iudas multitudinem  
hortatus est servare seipso inculpato, quando coram vide-  
rint, quae occiderant, propter illorum qui strati sunt pecca-  
43. tum. \* Conlatamque virum pecuniam argenteam circiter duo  
milia dragmarum misit Hierusolyma offerre pro peccato  
sacrificium, nimium bene et subtiliter agens de resurrectione  
44. selum reputans; \* nisi enim eos, qui occubuerant, resurgere  
45. arbitraretur, ex habundanti esset pro mortuis orare. \* Con-  
siderans his, qui cum pietate dormissent, optimum recondi  
gratiae donum, et sanctam cogitationem. Unde pro mortuis  
exorare ut absolventur peccato.

- XIII. 1. X. \* Nono autem quadragesimo et centesimo anno cognovit  
Iudas antiochum Eupatorem venire cum multitudine in Iude-  
2. am, \* et cum ipso Lysian procuratorem, et qui esset super  
negotia, extrinsecus habentem exercitum peditum centum de-  
cem milia, et equitum quinque milia trecentos, et elephan-

3. tos vigintiduos, et curros falcatos trecentos; \* quibus miscuit se etiam Menelaus, et rogabat Antiochum cum magna ironia, non ob salutem patriae, sed existimans restituisse in suum officium.
4. \* Porro autem rex regum excitavit iracundia Antiochi adversus hunc facinorosum, Lysis quoque ostende, hunc reum esse omnium malorum, praecepit, sicut mos est, ut certo loco perderet
5. eum adductum Beroaeam. \* Est autem in eo loco turris quinquaginta ulnarum plena cinere, nihilominus haec machinamentum
6. habebat introrsus divexum praiceps ad cinerem. \* Undique versum hunc sacrilegii reum, vel aliquid aliud amplius mali operatum impellunt cuncti ad interitum; \* huiusmodi leto istam sceleratum mori contigit, ne terram quidem adeptum Menelaum perquam iuste. \* Quum quidem perpetravit circa aram multa facinora, cuius ignis castus erat et cinis, in cinere mortem reputavit.
9. \* Sensibusque rex efferatus veniebat, peiora eorum, quae sub
10. patre ipsius facta erant, Iudeis inrogaturus. \* His autem cognitis, Iudas praecipit multitudini per diem et noctem invocare Dominum sicut semper, et nunc auxilium referre his, qui lege, et patria,
11. et templo sancto privari inciperent; et eum populum, qui nunc primum modicum refrigerasset, et non pateretur blasphemis gentibus
12. subditos fieri. \* Cumque hoc idem universi fecissent, et rogassent Dominum misericordem cum fletu, et ieiuniorum prostrationibus per triduum sine intermissione, adhortatus eos Iudas praecipit adese.
13. Seorsum autem progressi disposerent. et Dei auxilio res committerent. \* Cumque promisset gubernatione conditori mundi, hortatus eos, qui erant cum ipso, fortiter dimicare usque ad mortem pro legibus, templo, civitati, patria, civili conversatione, circa
15. Emmodim nihilominus metatus est castra. \* Cumque signum his, qui cum ipso erant, dedissent victoriam Dei, eligens Aristidem cum iuvenibus fortissimis lectissimisque, misit per noctem ad agmen et fossatum Antiochi regis, interfecitque circiter quatuor milia virorum, et ipsum primum elephantum cum illo, qui curam intra domum eius agebat, interfecerunt. \* Et postremo castraurbatione et metu complevit, digressaque sunt cum victoris, rebus

17. prosper gestis. \* Porro luciscente iam die hoc gestum erat,  
 18. auxilium ferens his protectione Dei. \* Rex autem Antiochus,  
 19. accepto gustu audaciae Iudeorum, adtemptavit remediis eoa-  
 20. dem locos. \* Et ad Bethsura castellum Iudeorum munitum  
 21. accedebat, pellebatur, pulsabat machinis, minora faciebant.  
 22. \* His vero qui erant intus Iudas misit quae necessaria  
 23. erant; \* nihilominus detulit hostibus secretiora consilia  
 Rhodocus ex officio Iudaico, requisitus, et adprehensus,  
 24. inclusus est. \* Secundo sermone usus est rex ad eos, qui  
 25. erant a Betsuris, dextera accepit, deditque pacem, et di-  
 gressus est. Committebat pugnas cum his, qui erant cum  
 26. Iuda, et victus referebat minora. \* Cognovit furiose Phi-  
 lypphum agere apud Antiochiam qui relictus fuerat praepo-  
 situs negociis, confusus est, Iudeos rogavit, subiectus est,  
 et iuravit, quamplurimis conditionibus pactus est, et sacrifi-  
 cium obtulit; Honoravit templum, et ipsum templum hu-  
 27. maniter tractans donis ornavit; \* Macchabeum excepit,  
 et reliquit praetorem a Btholomaide usque ad Aggarenos, et  
 28. egemonida. \* Et venit Ptholomaidem et egre ferebant Ptho-  
 lomenses propter pacis sponsionem. et fremebant cum in-  
 genti angustia, et minabantur volentes infringere pacta.  
 29. \* Ideo per seditiones processit Lysias, pro tribunali ratio-  
 nem reddidit, qualiter ipsa res capiebat, persuasit, miti-  
 gavit, placidos reddidit, regressus Antiochiam. Ita dehique  
 res gestae a rege adventus, et regressionis eius processerunt.
- XIV. 1. XI. \* Post triennii autem tempus cognoverunt qui erant cum  
 Iuda Demetrium Seleuci, per illum portum, qui erant apud  
 Tripolim, navibus digressum cum valida multitudine et classe  
 2. \* obtinere regionem, sublato Antiocho et huius fratre Lisia-  
 3. \* Porro quidam Alchimus, qui fuisset antehac sacerdos,  
 sponte autem contaminatus illis permixtionis et persecutio-  
 nis temporibus, perspicuens quomodo non est ei salus, ne-  
 4. que ad sanctum altare etiam nunc accessus, \* venit ad re-  
 gem Demetrium primo et centesimo et quinquagesimo anno,



- offerens ei coronam auream, et palmam, superque haec eos qui videntur esse rami legitimi de templo; et illo quidem
5. die silentium habuit. \* Nactus autem oportuno suae tempus amentiae vocatus in concilium a Demetrio, et interrogatus quo consilio, et in quo proposito constituti sunt Iudei, ad haec ait.
  6. \* Hi qui dicuntur Iudeorum Asidei, quorum ductor est Iudas qui et Macchabeus, bellum parant, et seditiones movent, non sinentes regnum quietum esse.
  7. \* Unde deposito patrum meorum honore, dico autem pontifi-
  8. catu, iterato nunc veni, \* primum quidem de his, qui pertinent ad regem, mera fide sentiens, rursus autem etiam nostros cogitans cives; horum enim de quibus loentus sum inconsiderantia,
  9. universum genus nostrum non medioeriter laborat. \* Singulis quibusque ergo horum cognitiss, rex, et regioni, et residuo generi nostro consule, iuxta quam habes circa omnes obviam humani-
  10. tatem \* quamdiu enim Iudae est non rebus humanis impossibi-
  11. le est, res pervenire ad pacem. \* His vero maturius ab hoc dictis, ceteri amici, qui maligne ferebantur in personam Iudae,
  12. accenderunt Demetrium. \* Et confestim electo Nichanore, qui fuit praepositus elephantorum, et constituit eum praetore Iudaeae,
  13. misit illum, \* datis mandatis ipsum quidem Iudae uti caperet, eos qui cum illo essent dispergerent, et Alchimum constitueret
  14. pontificem maximi templi. \* Nihilominus quae de Iudaea refugerant Iudae gentes admiscebantur Nichanori gregati, Iudeorum erumnas
  15. et calamitates suas prosperitates futuras existimantes. \* Cumque audissent de adventu Nichanoris, et de insectatione gentium, terrae capitibus aspersis obsecraverunt Deum, qui usque saeculum statuit populum suum protegere, semperque cum iustratione opif-
  16. iculatur suae portioni. \* Cumque praecepisset ductor, quo maturius
  17. inde digressi sunt, obvii eius facti apud castellum Dessau. \* Symon autem frater Iudae commiserat eum Nichanore, et cito propter inopinatum adversariorum silentium victus fuerat. \* Sed tamen audiens Nichanor, quia virtutem praediti essent qui erant cum Iudae, et in certaminibus, quae pro patris sustinerent, magnani-

19. mitate, verebatur, discrimen sanguine adire. \* Quapropter evocavit Possidonium et Theodorum, et Mathathian, ut darent dexteras
20. Iudae et acciperent. \* Plurimo autem habito de his tractatu, et ipso ductore ad multitudinem referente, cum apparuisset paribus
21. suffragiis una sententia, adnuerunt pactis et sponsionibus; \* et constituerunt quasibi quisque veniant in unum. Et prolata sunt
22. a singulis, sedilia et posuerunt cathedras. \* Disposuitque Iudas armatos locis oportunitis paratos, ne forte ab hostibus repente aliquid mali perpetraretur, et sic congruens habuerit conloqui-
23. um. \* Demorabatur praeterea Nicanor Hierusolymis, et nihil
24. mali agebat, collectam quoque grecorum turbam dimisit. \* Habebat Iudam semper ante faciem, ex animo inclinaverit in ipsum
25. virum; \* hortatus est eum sortiri matrimonium et filios suscipere, duxit Iudas uxorem, constabilitus est, vitam communicavit.
26. \* Porro autem Alchimus considerans mutuum, quae inter ipsos esset, benivolentiam, et quae fuissent peccata, arrepta occasione, venit ad Demetrium, et dicebat Nicanorem aliena sapere a negotiis adversus imperium cogitare, insidiatorem namque regni Iudam sibi socium destinasset.
27. \* Itaque rex iracundia percitus, et insimulationibus ipsius pessimi iratus, scripsit Nicanori dicens de pactis quidem egre ferre se, et iubebat Macchabeum vinctum mittere Antiochiam quo
28. maturius. \* Cumque haec perlata ad Nicanorem fuissent confunde-  
batur, et aegre ferebatur insuper habere quae disposita erant,
29. nulla iniuria ab eodem viro admissa. \* Verum quia regi reluctari
30. non erat oportunum, quaerebat arte illud perpetrare. \* Macchabeus autem animadvertens Nicanorem acerbius exsequentem ea quae ad illum spectarent, et solitum congressum vafriorem habuisse eum, intellegens non ex bono animo severitatem hanc esse, paucis congregatis ex illis, qui erant circa ipsum, celabat
31. [sic] se a Nicanore. \* Cumque ille alius cognovisset, quia pulcherrime ab eodem viro arte superatus est, venit ad maximum et sanctum templum, sacerdotibus offerentibus rite sacrificia, iussit
32. que ipsis Macchabeum tradere. \* Porro illis cum iureiurando di-

33. centibus ignorare ubi sit qui quereretur, ☉ extensa dextera ad templum iuravit in hunc modum; nisi vinctum mihi Macchabeum tradideritis, istud Dei conspectum in planiciem redigam, et altare
34. demoliam, et templum istud Lipbero patri iulustre adtolam. \* Talia locutus discessit. Ad vero sacerdotes extensis manibus in caelum, invocabant Dominum, qui semper propugnator fuit genti
35. nostrae, dicentes haec. ☉ Tu domine universorum quando nullo indigeas decrevisti templum habitaculi tui apud nos fieri. ☉ et nunc sanctae omnis sanctificationis Domine conserva intaminatam in seculum istam recens emundatam aedem.
37. XII. \* Raxis autem quidam ex senioribus Hierusolymorum iudicio demonstratus est Nichanori vir civium amator, valde bene audiens, et qui iuxta benivolentiam pater Iudeorum appellaretur.
38. \* Fuerat enim pristinis temporibus censurae auctor non permittendi Iudaismi, et corpore et animo propter Iudaismum deditus
39. cum omni perseverantia. \* Volens itaque Nichanor manifestam facere quam haberet adversus Iudeos mentem infestam, misit milites super quingentos adprehendere eum; ☉ existimavit enim illo
41. capto hos calamitate adficere. ☉ Cumque multitudo inciperet militum turrem capere in qua confugerat Raxis, et regiam ianuam violenter adgrederetur, iuberentque ignem admoveere et fores incendere, cum iam adprehendi coepisset, subposuit sibi gladium
42. \* volens libere mori, quam facinoris subditus fieri, et sua ingenuitate indignus subici contumeliis. ☉ Verum non letali plaga ictus propter ipsius certaminis trepidationem, et multitudine intra ianuas irruente conscendi, fortiter currens in muros. ac se
44. metipsum similiter precipitem in turbam iecitque. ☉ Illisque cito retro gradibus factis, et constituto intervallo venit in ilia
45. media. \* Cumque adhuc spiraret, et accensis animis ferretur, surrexit perfluente tamquam ex fistulis sanguine, et quamquam accerbissimis vulncribus, cursum multitudinem progressus, et
46. stans in quadam petra defectus, ☉ prorsus cum iam fieret exsanguis arripuit intestina sua utrisque manibus, proiecit super turbas invocans dominatorem vitae ac spiritus, ut haec illi iterum

redire; haec eadem rursus ei reddere, hoc modo vitam finiit.

- XV.**
1. \* Porro Nichanor cum cognovisset eos, qui cum Iuda erant, in his locis agere, qui essent iuxta Samariam, consilium
  2. iniit requiei die sabbati. adgredi eos silentio maximo. \* Atque illis Iudeis, qui per necessitatem sequebantur eum, dicentibus nequaquam ita ferociter et barbaramente perficeris, honorem vero tribue semper, cum sanctificatione honorato
  3. habe qui universa perspicit tradeto. \* Interrogavit ille tria facinorosus an sit in caelo praepotens qui praeeperit celebrari
  4. diem sabbatorum; \* respondentibus eis esse Dominum viventem ipsum in caelo praepotentem, qui iussit colere eb-
  5. domadem. \* At vero ille alius, et ego, ait, sum praepotens in terram, qui praecipio ferre arma, et utilitates regias expedire; nec tamen obtinuit perpetrare pro tempore suam
  6. voluntatem. \* Et Nichanor quidem cum omni iactantia erigens cervicem, decreverat commune ex illis, qui erant
  7. cum Iuda, tropaeum adtollere. \* Macchabeus autem fretus erat sine ulla intermissione cum omni spe auxilium se con-
  8. sequi a Domino. \* Et hortabatur eos, qui cum ipso erant, adventum gentium non formidare, habentes in animo quae prius illis de caelo advenissent auxilia, modo quoque expectare eam; quae ab omnipotente adfutura esset illis victoria;
  9. \* adloquens eos nihilominus de lege et prophetis admonens, praeterea etiam de certaminibus quae conficissent, prumptiores eos constituit. \* Exercitatusque animis eorum simul narravit, demonstrans gentium inconstantiam et iuris iurandi
  11. praevericationem. \* Singulos quoque ipsorum armavit, non tam Scutorum et lancearum tutamine, quantum bonorum verborum adhortatione, et posito etiam somnio auctoritatis
  12. magnae, per quam letificavit universos. \* Erat autem tale ipsius visum. Onian, qui fuisset pontifex, virum bonum atque optimum, verecundum quidem ex obvio, mitissimum autem moribus, sermonis quoque decentissimi, et qui ex

- puero meditatus sit cuncta virtutis familiaria, hunc manibus ex-
23. tensis optare bona universo Iudeorum statui. \* Dehinc adparuisse  
virum canicie et gloria praestantem, admirabilem etiam et deco-
24. ram esse eminentiam circa illum; \* et respondentem dixisse Oni-  
an, hic est fratrum amator, qui adsidue orat pro populo et
25. civitate sancta Hieremias Dei propheta. \* Et protendentem Hie-  
remiam dexteram suam tradidisse gladium aureum, et cum tra-  
deret dixisse haec. \* Accipe gladium illum sanctum donum a
27. Deo, quo adversarios proturbabis quassabis. \* Alacres itaque  
exhortati vero Iudae verbis bonis valde, et qui poterant ad vir-  
tutem provocare, et animas iuvenum viriliter replere, cognove-  
runt non tantum aciem tendere fortiter, inruere, et cum omni  
virtute impetum facientes iudicare negotia, eo quod et civitas, et
28. sancta et templum pereclitaretur. \* Erat autem de uxoribus, et  
filiis, et insuper etiam et fratribus, et cognatis in minima parte  
iacens eis certamen; magnus autem et primus de sanctificato tem-  
plo timor. \* Erat autem et his, qui in civitate erant inventi non
29. leve certamen turbatis super apertam commisionem. \* Et omni-  
bus iam expectantibus futurum iudicium etiam commiscientium eo  
hostium, et acie ordinata, et bestiarum in parte oportuna ordina-  
torum equitatum quoque per partes positum. \* Considerans Mac-  
chabeus multitudinis adventum, et armorum varium apparatus,  
bestiarum quoque ferocitatem, extendens manum ad caelum in-  
vocavit prodigia facientem Dominum, cognoscens quoniam non  
est in armis victoria, sed prout illi placuerit dignis tribuit victoriam.
22. \* Dicebat autem invocans hoc modo: tu, Domine, misisti angelum  
tuum sub Ezechia rege Iudaeae. et interfecit de sastris Sennacherim
23. regis Assyriorum cxxxxv milia. \* Et nunc potens caelorum mitte  
angelum bonum ante nos, qui eum dirigat in timorem et tremorem
24. magnitudinem brachii tui, \* in pavore mittantur, qui cum blasphe-  
mium advenerunt super sanctum tuum populum; et hic quidem
25. in his firmem fecit. \* Hii autem qui erant cum Nischanere cum paeanis
26. et tubis promovebant. \* Et hii qui erant cum Iuda cum invoca-  
tione et oratione commiserunt adversariis. \* Et manibus quidem
- 27.

- concertabant, corde vero ad Deum orabantur, straverunt nihilominus xxxv milia Dei magnifice laetati demonstratione. \* Peracta necessitate, et cum gaudio revertentes, cognoverunt inprimis ceci-  
28. didisse Nicanorem cum universa arma; \* et facto clamore et tur-  
29. bela benedicebant potentem patria voce. \* Praecipiebat autem  
30. his, qui per omnia corpore et animo praecerat certamini pro civibus, qui aetatis benevolentiam in suam conservaverat gentem, Nicanoris caput excisum et manum cum humero adferri in Hierusalem. \* Et adveniens Macchabeus in Hierusalem, et convocans  
31. suae gentis viros, et sacerdotes ante altare, accersiens etiam et  
32. eos qui erant ex arce, \* et ostendit eis iniqui Nicanoris capud, et manum blasphemii, quam extenderat super sanctam omnipotentis domum magnoloquendo, \* et linguam impii Nicanoris ex capite segans, particulatam ait tradere avibus. Prumpta autem de  
33. sapientiae membra contra templum iussit suspendi. \* Tunc omnes in caelum benedixerunt praeclarum Dominum, clamabantque simul  
34. dicentes: benedictus qui custodit suum locum inpollutum. \* Con-  
35. ligavit autem Nicanoris caput ex arce, manifestum omnibus, et  
36. apertum adiutorii Domini signum. \* Et decreverunt omnes cum communi iudicio nequaquam relinqui sine significatione hunc diem.

Habebat autem insignem diem tertium decimum duodecimum mensis diem Adar dicitur hebrea voce ante unum diem Mardochai diei. \* Ea autem, quae secundum Nicanora fuerunt in hunc modum profecta, ex illis temporibus possessa civitate ab hebreis. Et ipse hoc in loco verbis faciam finem.

38. \* Et si quidem bene et apte dictio ordinata est, hoc et ego volebam; si autem plane et pauperrime hoc mihi ad scribendum  
39. est. \* Sicut enim vinum hibere solum pari etiam ratione et aqua, contrarium est. Quemadmodum autem vinum aquae permixtum suavem et delectabilem gratiam implet, sic compositio verbi delectat auditus legentium per suum ordinem. Hic autem erit terminum.

Exp. Machabeorum  
Lib. Secund. feliciter.

Pag. 84. ad. IV. 4.

Filium neste] Ita codex; emenda *filium mnestei*, ut adeo interpres in graeco exemplari legeret *Ἀπολλώνιον Μενεσθέως* pro eo quod est in vulgatis editionibus *Ἀπολλώνιον μάνεσθαι*. Lectio codicis cum contextu atque historia cohæret, tum suffragatorem habet interpretem Syriacum, qui verbum *μάνεσθαι* prosus omisit. Ceterum codex. infra v. 31 scribit *Apollonius nesthei*.

Pag. 84. ad. IV. 6.

Senere] Vocem in codice dubiam emenda, ut sit *finem*; graecus habet *παῦλαν*.

Pag. 85. ad. IV. 10.

Advenisset] Emenda *adnuisset* — Pontificatum falsum] Graecus habet tantum *τῆς ἀρχῆς κρουήσας*; at Syrus propior ad nostrum *summum sacerdotium, et principatum in iniquitate*.

lb. ad. IV. 12.

Sappetasum] Supra infra lineam adnotat *lupanarie domus*.

lb. ad. IV. 19.

Iudeos] Noster facit cum Alexandrino, Aldino, et Complutensi, qui habent *ὡς ἀπὸ Ἱεροσολίμων*; sed addens *Iudeos* videtur sensum potius, quam verba secutum esse.

lb. ad. IV. 22.

Falibus] Sic, sed supra lineam *alius facibus*, quae est vera lectio.

Pag. 86. ad. IV. 23.

Ut causarum decreta impetraret] Solus Syrus hoc habet additamentum vertens *quae in quaestione erant ipsis*.

lb. ad. IV. 25.

Efferae] Credo olim lectum *animum autem... et ferae barbarae*; confer graecum textum.

Pag. 86. ad. IV. 34.

Inclusit] Glossa interlinearis adnotat: *Alius eam premit*, quae versio praestat.

Pag. 87. ad. IV. 36.

Ex animo] Quae verba codex refert ad versum 36, cum ad sequentem essent trahenda.

Pag. 87. ad. IV. 38.

Dehonestans trucidavit] Vaticanus atque Alexandrinus ἀπεκόσμησε,  
Aldinus ἀπέκτεινε; interpret noster utramque lectionem coniunxit.

Ib. ad. IV. 45.

Dorum] Sic quod in Graeco est τῶ Δορυμένως.

Ib. ad. IV. 47.

Ptholomeus rex velociter illos duci iubens] Hoc additamentum ignotum est Graeco, atque versionibus antiquis.

Pag. 89. ad. V. 16.

Et civitatibus] Hoc additamentum habent Vulgata et Syrus.

Ib. ad. V. 20.

Habuit] Codex habiit.

Ib. ad. V. 21.

DCCCC] Sic; Graecus atque versiones narrant mille et octingenta talenta subducta fuisse. In fine versus aliqua desunt quae habent caeteri textus.

Ib. ad. V. 22.

Mores autem] Secunda manus scripsit: moribus autem magis barbarum, quod barbaricum est.

Ib. ad. V. 23.

Argarizin] Quod magis accedit ad chaldaicum nomen מן גרין mons Garizin.

Armatus erat] Secunda manus emendat armati erant.

Pag. 90. ad. V. 25.

Hierusolymam] Adde venisset.

Ib. ad. V. 27.

Machabeus] Graecus addit δέκατος πρ γενηθεις.

Pag. 90. ad. VI. 8.

Suggestente Ptholomeo] Noster sequitur Alexandrinum et Complutensem.

Pag. 91. ad. VI. 12.

Contristari etc.] Par additamentum habet Syrus.

Ib. ad. VI. 16.

Derelinquit] Secunda manus dereliquit.



Pag. 91. VI. 20.

Accedere] Est infra lineam: *indigne ferens.*

Pag. 92. ad. VI. 24.

Alienigenarum] Adde *transisse.*

Ib. ad. VII. 2.

Interrogare] adde *et discoere a nobis? parati enim sumus mori magis quam.* Vulgatus *patrias Dei leges*, Graecus *τὰς πατριὰς νόμους.*

Pag. 93. ad VII. 5.

Verborum] Graecus *τοῖς ὅλοις*, noster legit *τοῖς λόγοις.*

Ib. ad. VII. 6.

Testimonium] Nonnulla omisit interpres.

Ib. ad. VII. 8.

Quia frater meus etc.] Aliam ab editis secutus est lectionem.

Ib. ad. VII. 9.

Et impie] In hoc versu nonnulla sunt additamenta. Codex *resuscitavit.*

Ib. ad. VII. 14.

Et his dictis mortuus est] Additamentum, quod habet etiam Syrus. Paria etiam infra occurrunt in hac historia.

Ib. ad. VII. 16.

Habes] *Lege habens.*

Pag. 94. ad. VII. 27.

Mensibus decem] Graecus *ἑννέα*. Noster saepe errat in numeris.

Ib. ad. VII. 28.

Terra] *Lege terram.* Verba: *Et ipse iudicabit orbem terrae solus* interpres noster addit.

Ib. ad. VII. 29.

Dignus] Nonnulla desunt ob amanuensis oscitantiam.

Ib. ad. VII. 41.

Postremo] Emenda *Postrema.*

Pag. 96. ad. VIII. 4.

Blasphemiae] *Lege blasphemiarum.*

Pag. 96. ad VIII. 8.

Nomine regis emissis litteris] Graecus, et caeteri τοῖς τῷ βασιλέως  
πράγμασιν.

Ib. ad VIII. 10.

Aliam] Lege *autem*.

Ib. ad VIII. 14.

Residui... Vidrent] Lege *residua... venirent*.

Ib. ad VIII. 15.

Testamenta] Lege *testamentum*.

Pag. 97. ad VIII. 23.

Hesdran secto] Emenda *lecto*. Graecus habet Ἠλεάζαρον, sed Vul-  
gatus *Esdra*. Pro *diae ad auxilium* repone *ad dei auxilium*.

Pag. 98. ad VIII. 28.

Ipsi] Noster non reddit graeca καὶ τὰ παιδία.

Ib. ad VIII. 30.

Et populis] Emenda *et pupillis*. Nonnulla desiderantur, quae Graeca  
veritas habet.

Ib. ad VIII. 32.

Callistenen] Romanus addit καὶ τινὰς ἄλλοις, quae absunt Alexandrino,  
Aldino, Complutensi, atque a nostro.

Ib. ad VIII. 35.

Rebus prospere] Noster cum Alexandrino et Complutensi legit  
εὐημεροκῶς.

Ib. ad IX. 2.

Eamque] Lege *in eam quae*. Pro *evadere* repone *invadere*.

Pag. 99. ad IX. 4.

Agmin] Sic, repone *agitantem*. Infra *illo* ponitur pro *illuc*.

Ib. ad IX. 7.

Nequam qua] Lege *nequaquam*, tum nonnulla omisit oscitans libra-  
rius. Erat etiam *iuvenes* pro eo quod scripsi *iubens*. Verba *haec*  
*cogitanti* additamentum sunt ceteris ignotum.

Ib. ad IX. 16.

Contemntes] Lege *convenientes, vel competentes*.

Ciceronis *Fragm.*

Pag. 100. ad. IX. 20.

Valetis] Aliqua omittit quae habet Vaticanus; neque tamen concinit cum Alexandrino, aut Syro.

Ib. ad. IX. 21.

Infirmor eram] Lege *infirmaveram*; in sequentibus noster facit cum Vulgato. Pro *hi* repone *hic*.

Ib. ad. IX. 24.

Fortè aliquid] Supple *inopinatum contigisset*; aut *fuisset nuntiatum*.

Pag. 101. ad. X. 3.

Sacrificia] Alia addit Graecus.

Ib. ad. X. 7.

Tyros] Lege *tyrsos*. Vox *prosperabit* emendanda est, ut sit *prosperavit*.

Ib. ad. X. 8.

Destinavimus] Mendose; fortasse legit *ἐδογματίσαμεν*.

Ib. ad. X. 13.

Fecisset] Nonnulla omittit quae Graecus habet.

Pag. 102. ad. X. 19.

Habentes] Nonnulla desiderantur, quae in Graeco vide.

Ib. ad. X. 20.

Per fenestras turrium] Additamentum ceteris ignotum.

Ib. ad. X. 24.

Iudeis... inimicus] Sic mendose.

Ib. ad. X. 25.

Dei] Nec Alexandrinus, nec Complutensis habent *ἐτράπησαν*.

Pag. 103. ad. X. 29.

Iudaeorum] Graecus addit *οἱ δύο*, quod neque Vulgatus, neque Syrus habet.

Ib. ad. X. 33.

Obtulerunt sederunt] Lege *Obsederant*.

Ib. ad. X. 34.

Universi] Mendosum; tum nonnulla desiderantur.

Pag. ad. XI. 4.

Mynutibus] Lege *myriadibus*.

Pag. 104. ad. XI. 5.

Quingentis] Graecus *πέντε*; Syrus *quasi duodecim et quinque stadia*.

Ib. ad. XI. 9.

*Iter faciebant*] Additamentum ceteris ignotum.

Pag. 105. ad. XI. 18.

*Concessi*] Ita quoque codex S. Theoderici a Sabatierio *Vetus Italica* ad h. l. laudatus. Graecus caeterique *concessit*.

Ib. ad. XI. 21.

*Centesimo octavo*] Graecus caeterique *centesimo quadragesimo octavo*.

Ib. ad. XI. 24.

*Ducentos*] Secunda manus *ducentes*; sed haec barbara sunt.

Ib. ad. XI. 34.

*Mamius*] Vaticanus *Μάνλιος*, Alexandrinus et Syrus *Μάνιος*, Vulgatus *Manilius*.

Pag. 106. ad. XI. 37.

*Et scribite*] Solus Vulgatus *festinate rescribere*.

Ib. ad. XI. 38.

*Dioscoridis*] Omnes *Xanthici*, praeter Syrum qui habet *Nisa*.

Ib. ad. XII. 2.

*Princeps Syrorum*] Omnes cum Graeco *ἡγεμὸν ἀρχῆς*.

Pag. 107. ad. XII. 14.

*Contumeliosus augebant*] Emenda *contumeliosius agebant*.

Ib. ad. XII. 17.

*Quingenta quinquaginta*] Omnes *septingenta quinquaginta*.

Ib. ad. XII. 18.

*Conprehenderunt*] *Lege non comprehenderunt*.

Ib. ad. XII. 20.

*Duo milia*] Ita quoque Complutensis, Vulgatus, et Syrus.

Pag. 18. ad. XII. 30.

*Prohibuissent*] *Lege praebuissent, et infelicitatis*.

Ib. ad. XII. 33.

*Et processerunt*] Ita quoque Complutensis.

Pag. ad. XII. 35.

*Ex Tubiacenis*] Graecus caeterique τῆ Βακηνόρος, praeter Syrum, qui nostro suffragatur — Laresam] Graecus Μαρισά, Vulgatus *Maresa*, Syrus *Samariam*.

Pag. 109. XII. 37.

Hoc coepit] *Lege ocepit*. Nonnulla desiderantur, quae omisit etiam Vulgatus.

Ib. ad XII. 38.

Ebdomadē ore] *Lege ebdomadae fine more solito*, et confer Syrum.

Pag. 110. ad. XIII. 4.

Iracundia] *Lege iracundiam . . . quoque ostendente*.

Pag. 110. ad XIII. 13.

Seorsum] *Versus male multatus*.

Ib. ad XIII. 14.

Promissit] *Lege permisisset* tum aliquid desideratur.

Ib. ad XIII. 15.

Aristidem] Graecus ἀριστων *optimorum*; praetereo alia interpretis errata.

Pag. 111. ad. XIII. 24.

Aggarenos] Graecus τῶν Γερόνητων ἡγεμονίδην. Par erratum admisit Syrus.

Pag. 113. ad. XIV. 19.

Theodorum] Graecus Θεόδωρον.

Ib. ad XIV. 21.

Quasibi] *Lege et supple diem qua ibi*; omitto caetera errata.

Pag. 114. ad. XIV. 46.

Haec illi iterum] *Lege haec illi iterum redderet, vel ad fidem alterius versionis haec eadem rursus ei redderet*.

Pag. 115. ad. XV. 2.

Honorato] *Haec barbarica sunt*.

Ib. ad XV. 11.

Et posito] *Lege Et exposito*.

Pag. 116. ad. XV. 33.

De sapientiae membra] *Ita barbarice*.

In duobus postremis codicis foliis a recentiori manu saeculi XIV exaratis haec legitur epigraphe: „Expliciunt epistolae Pauli apostoli numero quatuordecim. Hanc Bibliothecam ab Auderico abbate usque in finem libri regum iussa est scribi. consummata vero et in uno volumine consuta ab Luniberto exiguo abbate. Felix lector esse cognosce pro quo dicere ne pigeas christe concede suorum veniam delictorum.“ Iam vero nullus Audericus aut Lunibertus occurrit in Catalogis Bobiensium Abbatum.

In codice medio sequens charta assuta est. „In christi nomine Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augusto anno imperii eius Deo propitio hic in Italia anno primo mense Aprilis indictione quarta. Placuit adque convenit inter Donnus Rapertus vir venerabilis Abbas monasterii Sancti Columbani sito Bobio nec non et inter Liutardus venerabilis Episcopus Albanense civitate ut in Dei nomine debeat dare sicut et de presente dedit ipse Donnus Rapertus abbas eidem Liutardi Episcopus ad laborandum libellario et massaritio nomine ad annis numero xx. et novem expletis“ et cetera quae nihil attinet exscribere. Ludovicus III. dictus est Italiae rex anno 901. Rapertus ignotus etiam erat scriptoribus de rebus Bobiensibus.

### A D C O D I C E M 6.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota I. 61. part. super. Membranaceus, saeculi VIII. caractere longobardico, 8<sup>o</sup> mai.

Tenet quatuor Evangelia, quorum textus potius facit cum Corbeiensi, quam cum Vercellensi, aut Veronensi editis a Cl<sup>o</sup> Blanchinio. In fine codicis assutum est folium rescriptum, quod fragmentum Evangelii Matthaei exhibet ex Gothica Ulphilae versione, editum a Cll. Duumviris Angelo Mai et Octavio Castillionæo in *Ulphilae partium inedit. specim.* Mediolani 1819. pag. 8, confer etiam pag. XVII. In postremo folio tres tabulae contractus anni 1210, sed nullius momenti habentur.

---

### A D C O D I C E M 9.

Huius codicis habeo paginas quatuor, quae tenent fragmentum Enarrationis D. Augustini in Psalmum xciii §. 3. a verbis *etiam in laboribus iustorum* usque ad verba §. 5. *verum vite habentes quodammodo.* Porro cum hisce paginis abusi fuerint Monachi ad diplomatum involucrum, tum existimo codicem miserrime dilaniatum perisse. Scriptura est saeculi VI; verba nulla distinctione separantur; frequens tamén comma apparet; codex erat in folio; lectio arguit amanuensem pari doctrina et diligentia praestantem.

---

### A D C O D I C E M 14.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

### A D C O D I C E M 16.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

A D C O D I C E M 17.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

A D C O D I C E M 18.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, nota. M. 1. distinctus, Membranaceus, saeculi xii. 12<sup>o</sup>.

In praemisso folio eadem plane codicis recensio exarata legitur, ac quae est in nostro Inventario.

Fol. 1. *Incipit sermo sancti Augustini de decem cordis*, uti in edit. Paris. tom. V. col. 48. sq.

Fol. 12. Eiusdem *de Iuratione*, qui titulus desideratur in codice; incipit enim *prima lectio quae nobis hodie* etc. uti in edit. tom. V. col. 859; mutilus in fine, quippe desinit in voce *fortassis* in edit. col. 862. E.

Fol. 16. Fragmentum de Trinitate, in quo Divinitas Filii potissimum asseritur, excerptum ex sermonibus *de Nativitate Domini*.

Fol. 30. vers. *Incipit liber S. Augustini Aurelii de immortalitate animae* in edit. tom. 1. col. 387. Integer liber exhibetur in codice, licet secus suadere velit antiqua illa manus, quae in ima pagina 39. vers. adnotavit: *non recte consequitur*. Libro praeit fragmentum lib. I. cap. V. *Retractionum*, in quo S. Doctor suam hanc elucubrationem enarrat.

Fol. 44. *Epistola Albini Magistri ad domnum Carolum de septuagesima sexagesima et quinquagesima*, habetur pag. 1141. Oper. Alchuini Paris. 1677. in fine mutila, nam desinit in iis verbis *maxime titubant illorum sensus quod numerus praedictus ordini dierum non conveniat. ubi dicunt septuagesimo ubi nst lxx. dies usque*.

Fol. 45. Lectio Malachiae prophetae legenda in die Purificationis.

Fol. 45. vers. *Passio beati Maroni Mar.* Incipit „Eutices. iac. „cinctus. victorinus et maro servo dñi ihu xpi marcello aeternam salutem etc.“ Vide Bollandistas ad diem xv. aprilis.



### AD CODICEM 19.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Palimpsestus, in quo fragmenta Orationum pro Scauro, pro Tullio, in Clodium detexi, nec non alias aliarum editarum orationum schedas. Codicem descripsi in praefatione ad Fragmenta Ciceronis.

---

### AD CODICEM 20.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana; haud tamen illum vidi. Ex hoc ipso Bobiensi codice Henr. Valesius ad calcem Annot. in Socratem et Sozomenum edidit *Doctrinam iniqui et perfidi Manichei: tum Epistolam Archelai*. Inde etiam Muratorius descripsit, atque vulgavit *Fragmentum, in quo Manichaeorum haeresis damnatur*, vide *Anecd. tom. 11. p. 112*.

---

### AD CODICEM 13.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota §. 55. Membranaceus, 4<sup>o</sup> min. saeculi XI.

In eo sunt.

1<sup>o</sup>. D. Augustini *de peccatorum meritis, et remissione, et de baptismo parvulorum libri tres* in opp. edit. tom. X.

2<sup>o</sup>. Eiusdem *de gratia Christi, et de peccato originali contra Pelagium etc. libri duo* in edit. tom. X. p. 230.

3<sup>o</sup>. *Incipit conversatio beatæ Melaniae.* „Benedictus Deus, qui „suscitavit tuum pretiosum caput, sacerdos Dei sanctissime, scri- „bere ad meam humilitatem, ut exponerem de conversatione sanc- „tissimæ, et cum angelis habitationem habentis matris nostræ Me- „laniae; sed propterea et antea contradixi sanctitati tuæ, quia ido- „neus non eram hoc facere. Sed enim quemadmodum Deus contra- „dicenti Moysi regere populum suum non permisit indulgere ei, sed „suum fratrem dedit ei in auxilium; ita et tu, sacerdos Christi, dedisti „nobis tuas orationes adiuvantes nos, ut aliquid diceremus, mihi etiam

„non sufficienti. Existimo autem, quia nec aliquis enim poterit ipsius  
„virtutes enarrare; aut calidam abrenuntiationem, aut fidem, aut be-  
„neficia tanta, aut vigilantiam, aut in nudam terram iacere, atque  
„alii exitus tollerantiam . . . Timeo autem, ne quando volens eius  
„laudes edicere . . . et ideo existimavi proprium perficere desiderium  
„propriae utilitatis gratia, et eorum, qui muniuntur praesentis con-  
„versatione sanctae matris enarrare. Quae quidem ego videns agnovi,  
„quaedam vero quae a fidelibus animabus recognovi. Igitur de mul-  
„tis pauca, quae ad memoriam redeunt, de eius virtutibus narrare  
„properabo. Primam itaque virtutem eius exponam, meam ipsius sa-  
„lutem. Nam cum sim debitor decem milium talentorum, vel exigui-  
„um meae rusticitatis debitum retribuere festino“ et cetera, in quibus  
S. Melaniae iunioris gesta atque mortem fusa oratione enarrat. Vidit  
hoc opusculum Symeon Metaphrasta, eoque usus est in consarcinanda  
Vita S. Melaniae, quam lege apud Lipomannum; sed, nullo adhibito  
iudicio, omnia turbat, multa depravat, ut illam merito nihili facere  
debeant Ecclesiasticae antiquitatis scriptores. Auctor huiusce *Conver-*  
*sationis* coaevus ipsi Melaniae, multorum eius iterum comes fuit,  
presbyter, atque praefectus monasteriis a Melania Hierosolymae extruc-  
tis. Narrat enim, cum Melania Hierosolymae exaedificare statuisset  
monasterium prope ecclesiam Sanctae Ascensionis, in qua beata eius  
mater, nec non sponsus Pinianus conditi iacebant „prohibebatur a  
„quibusdam dicentibus non posse eam perficere, si coepisset, propter  
„nimiam paupertatem. Et dum cogitaret, ecce non post multum tem-  
„pus quidam religiosus diligens Christum optulit ei ducentos solidos,  
„quos cum accepisset, egit Deo gratias. Et statim vocavit humilita-  
„tem meam, qui ibidem perseverabam, quia et ipsa me de saeculo  
„ausciciens Deo obtulit, et indignum me Christus ad presbyterii gra-  
„dum perduxit. Et dixit mihi, accipe hos ducentos solidos, et pro-  
„vide cito operarios, et congregentur lapides, et incipiat fieri mo-  
„nasterium virorum . . . Ipso anno perfectum est opus magnum et  
„mirabile, quod qui viderunt admirantes non nisi divina providentia  
„habente, et non humano labore consummatum esse fatebantur.“ Tum  
Melania iam iam moritura his verbis eum affatur. „Dicit ad me: com-

„mendata habeto monasteria, licet, et me vivente, ipse curam im-  
„penderes, sed nunc maiorem habeto curam“ Auctor non erat Episco-  
palibus infulis insignitus; Gallicanae opinionis assertor, scribebat „Vi-  
„dete enim principes et singulas dignitates, quia alius aliis imperat;  
„et domibus saecularium alius alio maior est. Considerate et in sanc-  
„tam Dei Ecclesiam, quomodo ipsi Episcopi sub Principe Episcopo-  
„rum sunt, et Princeps Episcoporum sub Sinodo.“ Atque haec sunt  
auctoris notae, quotquot ex opusculi lectione colligere potui. Suf-  
ficiunt illae, ut nemo suspicetur in eo latere deperditam D. Augustini  
elumbrationem de moribus B. Melaniae.

4<sup>o</sup>. *Incipit ad Laetam de institutione filiae.* Est Hieronymi epi-  
stola CVII. ed. Vallarsio.

5<sup>o</sup>. „Vita et Transitus Beati Gaudentii Episcopi et confessoris.  
„Dum sanctorum praecedentium vitam virtutesque enixe considerando  
„intenta mente perpenderem, repente divino nutu. etc.“ edita pri-  
„mum a Mombrizio, tum recusa a Bollandistis ad diem XXII. Ianuarii.

6<sup>o</sup>. Vita S. Innocentii Episcopi Terdonensis, quae incipit: *Ad  
laudem et gloriam D. N. I. C. referre curavimus* etc., vulgata pri-  
mum a Mombrizio, tum a Bollandistis ad diem XVII. Aprilis; in fine  
mutata, ita ut pauci versus desint. Codicem conferenti mihi cum edi-  
tione Bollandistarum nonnullae se obtulerunt variantes; in his.

Pag. 482. col. 2. lin. 15. *appellatur iaca.*

16. Terdonensi [*ita semper*] prope fluvium  
golubrum subtus pontem Adriani, quae  
nunc appellatur villa Innocentii.

Ibid. — lin. 5. & fine *Golubro.*

Pag. 483. col. 1. lin. 7. *foris porta marina.*

Cum Innocentius haberet patrem nomine Quintium, qui in ipso  
narrationis limine commemoratur; tum auctor *Inventarii* scripsit in  
hac codicis parte exhiberi *Historiam cuiusdam quincii viri illustris.*

AD CODICEM 23.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota C. 73. Membranaceus saeculi. vii. 4<sup>o</sup>. Tenet Eugypptii Thesaurum, seu collectanea ex operibus D. Augustini. Incipit a verbis *quam consilium meum quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis conligati si non solum absurdi etc.* nempe a medio capite clvi. Desinit in capite ccxxviii. cui titulus *Ex eodem libro primo*, scilicet ex primo libro de Trinitate.

Constat rescriptis membranis, quarum aliae tenent Anonymi Commentarium in Evangelium Lucae, aliae vetus Testamentum, utraque vero scriptum est saeculi v.

Commentarium in Lucam rimatus iam fuerat, cum inter vivos esset, Caietanus Bugati Collegii Ambrosiani Doctor, neque tamen auctoris nomen assequi potuit. Nihil quoque ipse profeci, licet multa folia exscripserim. Speciminis loco haec exhibeam.

„quod et aliis civitatibus oportet me evangelizare Luc. 17. 43.

„glorificare regnum dei ad hoc enim missus

„sum ut missus mittentem regnator reg

„natorum designaret ut promissio a rebus

„dicta factis determinaret . . . . .

„praeco patris minister al . . . . ntris

„celsitudinis sacerdos dei summi doctor

„beatitudinis et erat praedicans quid praedicavit v. 44.

„dicavit ante retulit dicens . . . . .

„domini acceptum misit me et erat praedicans

„rex constitutus a rege . . . . .

„genitus a genitore qui pro iudaeis et is

„tas gentes in hereditate et possessione

„suscepit erat praedicans praeceptum domini

„non ut vanus sed ut . . . . in synagogis

„galileae ut synagogas galilaeae pietatis

„mendata habeto monasteria, licet, et me vivente, ipse curam im-  
„penderes, sed nunc maiorem habeto curam“ Auctor non erat Episco-  
palibus infulis insignitus; Gallicanae opinionis assertor, scribebat „Vi-  
„dete enim principes et singulas dignitates, quia alius aliis imperat;  
„et domibus saecularium alius alio maior est. Considerate et in sanc-  
„tam Dei Ecclesiam, quomodo ipsi Episcopi sub Principe Episcopo-  
„rum sunt, et Princeps Episcoporum sub Sinodo.“ Atque haec sunt  
auctoris notae, quotquot ex opusculi lectione colligere potui. Suf-  
ficiunt illae, ut nemo suspicetur in eo latere deperditam D. Augustini  
elumbrationem de moribus B. Melaniae.

4<sup>o</sup>. *Incipit ad Laetam de institutione filiae.* Est Hieronymi epi-  
stola cvii. ed. Vallarsio.

5<sup>o</sup>. „Vita et Transitus Beati Gaudentii Episcopi et confessoris.  
„Dum sanctorum praecedentium vitam virtutesque enixe considerando  
„intenta mente perpenderem, repente divino nutu etc.“ edita pri-  
„mum a Mombrizio, tum recusa a Bollandistis ad diem xxii. Ianuarii.

6<sup>o</sup>. Vita S. Innocentii Episcopi Terdonensis, quae incipit: *Ad  
laudem et gloriam D. N. I. C. referre curavimus* etc., vulgata pri-  
mum a Mombrizio, tum a Bollandistis ad diem xvii. Aprilis; in fine  
mutila, ita ut pauci versus desint. Codicem conferenti mihi cum edi-  
tione Bollandistarum nonnullae se obtulerunt variantes; in his.

Pag. 482. col. 2. lin. 15. *appellatur iaca.*

16. Terdonensi [*ita semper*] prope fluvium  
golubrum subtus pontem Adriani, quae  
nunc appellatur villa Innocentii.

Ibid. — lin. 5. & fine *Golubro.*

Pag. 483. col. r. lin. 7. *foris porta marina.*

Cum Innocentius haberet patrem nomine Quintium, qui in ipso  
narrationis limine commemoratur; tum auctor *Inventarii* scripsit in  
haec codicis parte exhiberi *Historiam cuiusdam quincii viri illustris.*

A D C O D I C E M 23.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota C. 73. Membranaceus saeculi. VII. 4<sup>o</sup>. Tenet Eugypii Thesaurum, seu collectanea ex operibus D. Augustini. Incipit a verbis *quam consilium meum quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis conligati si non solum absurdi* etc. nempe a medio capite CLVI. Desinit in capite CCXXVIII. cui titulus *Ex eodem libro primo*, scilicet ex primo libro de Trinitate.

Constat rescriptis membranis, quarum aliae tenent Anonymi Commentarium in Evangelium Lucae, aliae vetus Testamentum, utraque vero scriptum est saeculi V.

Commentarium in Lucam rimatus iam fuerat, cum inter vivos esset, Caietanus Bugati Collegii Ambrosiani Doctor, neque tamen auctoris nomen assequi potuit. Nihil quoque ipse profeci, licet multa folia exscripserim. Speciminis loco haec exhibeam.

„quod et aliis civitatibus oportet me evan      Luc. IV. 43.

„gelizare regnum dī ad hoc enim missus  
 „sum ut missus mittentem regnator reg  
 „natorem designaret ut promissie a rebus  
 „dicta factis determinaret . . . . .

. . . . .  
 „praeco patris minister al . . . . ntris  
 „celsitudinis sacerdos dī summi doctor  
 „beatitudinis et erat praedicans quid prae      V. 44.  
 „dicavit ante retulit dicens . . . . .

. . . . .  
 „dñi acceptum misit me et erat praedicans  
 „rex constitutus a rege . . . . .  
 „genitus a genitore qui pro iudaeis et is  
 „tas gentes in hereditate et possessione  
 „suscepit erat praedicans praeceptum dñi  
 „non ut vanus sed ut . . . . in synagoga  
 „galililcae ut synagogas galilcae pietatis

„gratia enutriet cognitione inlustra  
„ret veritate inluminaret vita aeterna  
„firmaret o praedicatio scientiae cogni  
„tionis salus profectus ita enim suaviter  
„praedicavat . . . dulcius melifluo sermone  
et folio verso

„decurrrens ut non solum convenirent sed  
„inruerent turbae . . . . .

„ad tymum ut flosculos catervatim ita ad  
„rosam salutiferam virginie et lilium odo  
„riferum patris non ut speciosam perso  
„nam viderent aut pulcerrimam tantum  
„facie mirarentur sed ut audirent verbum  
„di non mosaycum et propheticum solum  
„sed evangelicum verbum in quo creata  
„sunt omnia et firmata salvata et repara  
„ta. O auditus credulitatis principium  
„intellectus sacramentum operis virtus  
„virtutis fecundissimus fructus et nos  
„taliter audiamus ut auditum in opere  
„intellectum in facti magnitudine osten  
„damus ut dicatur de nobis non enim au  
„ditores legis iustificabuntur et qui fe  
„cerit et docuerit hic magnus vocavitar  
„in regno caelorum . . . . . conpet  
„let nos evangelicus sermo honorare  
„auctorem glorificare omnium condito  
„rem et ipse iuxta ceteros prophetas

---

Alibi vero haec habet de lacu Genesareth.  
„ . . . . . Genesareth est civitas pales  
„tinae abhaelemnis et palus habet in

„ductum quae argenteo stagnatum co  
„lore possidet aquam. periculosa navi  
„gio. piscibus copiosa naufragio perfida  
„multitudinem fructuum fida . . . . s  
„stabat piscator. fons caelestis portus  
„salutis. Gensareth ipse namque la  
„cus velut quodam maris ambitu si  
„nus amplissimus in longitudine  
„centum quadraginta extenditur  
„stadia. latitudine centum quadra  
„ginta diffunditur crispantibus aquis  
„auram de se ipso excitans. unde gen  
„nesar dicitur greco vocabulo quasi  
„generans sibi auram aqua dulcis  
„et ad potandum habilis ut pro piscibus sua  
„ciperet homines et ex hominibus electos .  
„ministros adsumeret etc.“

Quem locum illustraturus Cl<sup>us</sup> Bugati monuit adeundum esse Isi  
dorum Hispalensem *Origin.* lib. xiiii. cap. 19. Bedam *de Locis sanc  
tis* cap. xi, et prae ceteris Hegeisippum *de Excidio* lib. iii. cap. 18,  
quem Anonymus ad verbum exscripsit.

Vetus Testamentum est ad fidem Italae Veteris. Specimen exhi  
biturus repraesentabo imaginem paginae 79, quae incipit a v. 20. cap.  
xxvii Geneseos.

invenire nate  
Et dixit iacob quod<sup>d</sup>  
direxit dñs ds tuus  
in conspectu . . . .  
Et dixit ad illum isac  
adproxima mihi et  
palpabo te nate si  
tu es filius meus esat  
Et adproximavit ia

cob ad isac patrem  
suum et palpavit eum  
et dixit vox quidem  
vox iacob manus au  
tem manus esau  
Et non . . . . .  
quoniam aversio  
erat de caelo tran  
ferre spiritum eius



et non cognovit  
quoniam erant ma-  
nus eius sicut ma-  
nus esau fratris sui  
pilosae et benedi-  
xit et dixit tu es  
filius meus esau  
Et dixit iacob ego  
filius tuus sum  
Et dixit isac offers  
mihi et manducabo  
de venatione tua  
nate ut benedicat  
te anima mea.  
Et intulit ei et ma-  
ducavit et intulit.

illi vinum et bibit  
Et dixit ad eum isac  
pater ipsius adpro-  
xima te . . . .  
. . . . et ad  
proximavit et os-  
culatus est eum  
Et odoratus est odo-  
rem vestimento-  
rum eius et bene-  
dixit eum et dixit  
Ecce odor filii mei  
sicut odor agri ple-  
ni quem benedixit  
deus et det tibi

Verba *et non cognovit quoniam aversio erat de caelo transferre spiritum eius nihil sunt*, nisi glossa in textum inducta. Qui haec contulerit cum laciniis Italiae Veteris a Sabatierio collectis, nae ille videbit utilem navaturum esse operam, qui singulas membranas perlegerit atque vulgaverit. Sunt etiam folia quae apocryphos Veteris Testamenti libros exhibere mihi videntur. Saltem hoc coniciebam ex pag. 86, cuius non piget specimen dare „patribus illorum, et palam „faciet misericordiam suam. Et temporibus illis et mittit in animam „regis, ut misereatur eorum, et dimittit illos in terram eorum et „regionem. Tunc ascendent aliquae partes tribuum. Et venient in „locum constitutum suum, et circumvallabunt locum renovantes. „Duae autem tribus permanebunt in praeposita fide tristes et gemen- „tes, quia non poterint referre immolationes dno patrum suorum. „Et x. tribus crescent et deveniunt apud natos in tempore tribum, et „cum adpropriabunt tempora arguendi, et vindicta“ etc.



A D C O D I C E M 34.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

A D C O D I C E M 35.

Fortasse delitescit in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

A D C O D I C E M 56.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota D. 268. Membranaceus saeculi ix, longobard. 8°. mai. Muratorius *Anecdot.* 11. 324. descripturus codicem, a quo Symboli Athanasiani exemplar deprompserat ait. „In fronte libri alia, sed antiqua manu haec leguntur: *In hoc volumine infrascripta continentur: Dogmatis liber fidei. Bachiarrii Fides. Sermo de ascensione Domini. Hieronymi Fides. Ambrosii Confessio fidei. Hieronymi Regula catholicae fidei. Libellus de Trinitate. Ambrosii de Trinitate libri tres. Eiusdem libellus fidei.* Ab „sunt a libro quinque postrema opuscula, et quoniam integer adhuc „est codex, et nusquam mutilatus, idcirco numquam adfuisse vi- „dentur“ Maximè adfuerunt, sed codex in duo volumina distractus fuit, quorum alterum est 58 Inventarii, alterum 36; quare auctor Inventarii subdit *Quaere praedicta in littera D. 58.* Semel ac vero novo codici indita fuit nota 58, facile numeris aliorum librorum allata est perturbatio; quare codex 99 Inventarii designabatur olim numero 58, et codex, quem descripturus sum, primis in chartis perspicuum prae se fert numerum 49.

Membranaceus, saeculi ix. script. longobard. 8° mai. In eo sunt  
1° Ambrosii Confessio fidei, quae incipit *Sufficiet et fides con-*  
*scripta.*

2° *Libellus regula fidei catholicae Hieronymi presbiteri. Incipit*  
*credimus*

3<sup>o</sup> Libellus de Trinitate. Incipit *Pater Deus filius Deus, spiritus sanctus deus* etc. tum *Ambrosio religioso sacerdote omnipotentis dei Gratianus augustus* etc. nempe est Gratiani Epistola edita inter Opp. D. Ambrosii tom. II. 1. 752.

4<sup>o</sup> S. *Ambrosii de Trinitate, sive de fide ad Gratianum imperatorem* etc. concinit eum opere Ambrosii de *Spiritu S.* in edit. II. 1. 600.

5<sup>o</sup> *Libellus fidei S. Ambrosii Episcopi.* Incipit: „Unus Deus sicut „scriptum est. Audi israel dominus deus tuus deus unus“

6<sup>o</sup> Epistola de pudicitia et castitate, quae incipit: *Ab origine mundi castitas deo placuit* etc.

---

### A D C O D I C E M 39.

Huius pars servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota H. 78. Membranaceus caractere maiusculo saeculi VI. descriptus 4<sup>o</sup>.

Tenet S. Ambrosii Expositionem in Evangelium secundum Lucam. Incipit a verbis *nam si consules adscribuntur tabulis emtioni se quanto magis libri* II. cap. 2. n. 39. edit. Maur. Desinit in verbis *Lacte inquit vos potavi non esca nondum enim poteratis* libri VI. cap. 9. n. 71. In libris II. IV. V. et VI. lacunas deprehendi. Accuratus amanuensis pauca errata admisit. Perperam auctor *Inventarii* hanc Expositionem Bedae adscribebat; codex insignem praefert numerum 39.

Altera huiusce codicis lacinia servatur in bibliotheca Taurinensi, distincta nota M. IV.; par est character, par membrana, paria omnia; constat foliis 48. Incipit a verbis *ita ergo et tu ad ea quae difficile creduntur* libri VI. N<sup>o</sup>. 106. E; atque desinit in verbis *neque corpori quid vestiamini anima plus est quam esca* libri VII. N<sup>o</sup>. 122. C. Quamvis folia 28, et 29. exhibeant vacua spatia, nihil tamen desideratur. Minimae sunt varietates lectionis; Maurinorum enim editio ad optimos codices adornata fuit.

---

AD CODICEM 40.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota C. 26. Membranaceus, saec. ix. 8<sup>o</sup> min.

Tenet *Interrogationes et responsiones* excerptas ex Regulis S. Basilii, quarum lectio modo sequitur textum *Regularum fusius tractatarum*, modo illum *brevius tractatarum*, ordo Interrogationum differt ab illo editionis Maurimorum. Codex initio et fine mutilus; quippe incipit a media interrogatione VIII, et desinit in CLI.

AD CODICEM 41.

Opportune hic referam de folio, quod ecclesiastico libro Bobiensi assutum reperi atque habeo. Pagina in duas columnas tributa est; scriptura antiquissima, quam auctor Inventarii appellaret *capivers.*, certe est saeculi VI. Tenet Fragmentum Boëtii *de Arithmetica*; pertinet illud ad lib. 11. cap. 35. et 38; quod cum editione conferenti mihi via aliqua sese obtulit lectionis varietas commemoratu digna. Sane hic Boëtii tractatus neque frequentes habuit exscriptores, a quibus corrumpi posset; neque, si menda contraxerat, eorum emendatio in arduo posita erat. Purgatissimo itaque Boëtii textu *de Arithmetica* utimur.

AD CODICEM 42.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota S. 23. Membranaceus, saec. x. 8<sup>o</sup> mai.

1<sup>o</sup>. Calendarium metricum recensens festivitates anni; concinit cum metrico Martyrologio Bedae, quod Mabillonius exscripsit ex Coenobii S. Remigii Remensis apographo exarato manu Bertigarii Monachi, atque D. Achery vulgavit *Spicileg.* 11. 23. ed. Paris. 1723. Ea praecipuam variantem.

Iunius in nonis mundo miratur adeptam

Et summi tadherti animam trans sidere yectam.

*Ciceronis Fragm.*

18

Iam vero editio habet „Iunius in mundo natus... summi Lant-  
berti... sydera verti.“

2<sup>o</sup> *Ordo de celebrando concilio.* Incip. „Hora diei prima ante so-  
lis ortum“ excerptus ex Concilio Toletano IV, atque ab Isidoro Mer-  
catore initio suae Collectionis praefixis.

3<sup>o</sup> *De tumultu concilii definitio Patrum.* Incip. „In loco bene-  
dictionis considentes domini sacerdotes nullis debent aut indiscretis etc.“  
Nempe est Canon primus Concilii Toletani XI.

4<sup>o</sup> *De quatuor synodis principalibus.* Incipit „Canon grece latine  
regula nuncupatur“ Excerptum ex praefatione Isidori Mercatoris.

5<sup>o</sup> *Ratio de canonibus Apostolorum et de sex synodis principali-  
bus.* Incipit „Apostolorum canones qui per Clementem Romanum Pon-  
tificem sicut quidam asserunt dicuntur esse translati“ Par titulus le-  
gitur in Decreto Gratiani p. I, distinct. XVI, et in codicibus laudatis  
a Mansi in *Sacror. Concil. Collect.* t. I, p. 49. in nota.

6<sup>o</sup> *Brevis annotatio de reliquis synodis.* Incipit „Prima annotatio  
anquiranae synodi quae ante nicenam fertur fuisse sed propter auc-  
toritatem maiorem postponitur“ Edita in Decreto Gratiani p. I, distan-  
t. XVI, cap. XI, et in Collectione Isidori Mercatoris.

7<sup>o</sup> *Annotatio de decretalibus apostolicorum.* Incipit „Silvester  
papa a Petro XXXIII congregatis cum consilio constantini augusti  
in urbe Roma CCLXXVII patribus post nicenam synodum.“

8<sup>o</sup> *Sequuntur canones Ecclesiastici diversorum sanctorum Conci-  
liorum collecti a Dionysio Exiguo, cuius praecit praefatio ad Step-  
hanum, ut in editione. Proximi post canones Concilii Neocaesariensis  
veniunt illi Sardicensis; canones Constantinopolitani sunt sex, cum  
editio tres recenseat tantum. Post concilium Constantinopolitanum  
caetera hoc ordine sequuntur.*

*Ephesinum Concilium in primis duodecim capitula synodica beati  
Cyrilli.*

*Tituli Canonum Calcedonensis concilii numero XXII.*

*Capitula XIII sanctorum Patrum sub Iustiniano imperatore habi-  
ta in Constantinopoli congregatorum CX.*

*Tituli canonum Conciliorum diversorum in Africa can. CXXXVII.*

*Constitutio et fides Calcedonensis Concilii*,  
*Symbolum fidei Concilii Cpolitani.*

quae facile quisque conferre potest cum Voëlli et Iustelli *Biblioth. iuris Canonici*.

9°. *Cresconius de concordia canonum*, scilicet *Breviarium canonicum* saepe editum cum praefatione ad Pontificem Liberium.

10°. *Epistola S. Hieronimi pbr̄i ad Damasum papam urbis Romae de tribus hypostasis*; est epistola xv. ed. Vallarsio.

11. *Rescriptum S. Damasi Papae ad petiitum Hieronimi ad Paulinum episcopum urbis Antiochenae*. Incipit „Dilectissimo fratri Paulino, lino Damasus. Et per ipsum filium meum vitalem“ et cetera uti in editione Holstenii an. 1663.

12. *Collectio Decretorum Pontificum*, auctore Dionysio Exiguo. Praecedit eiusdem ad Iulianum praefatio; sequuntur tituli decretorum Sixicii Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Coelestini, Leonis [huius desideratur in codice epistola inscripta *Episcopis Mauris de conservatione et disciplina canonum*] Gelasii, et Anastasii, uti in editione a Voëllio et Iustello curata. Decreta Anastasii consequuntur *Tituli decretorum papae symmachi* vario quidem ordine digesti, iidem tamen ac in *Biblioth. Voëlli et Iustelli* tom. 1. p. 257. ed. Paris. 1661.

13°. *Decretum Gregorii Papae ad clerum in basilica B. Petri Apostoli* editum in D. Gregorii Opp. tom. 11. col. 1288.

14°. *Scripta Gregorii Papae ad Augustinum episcopum quem in Saxoniam direxerat et Britanniam*. Cum Augustinus quaestiones D. Gregorio solvendas proposuisset, Pontifex ad omnia multis verbis rescripsit; responsum a Beda [1] primo vulgatum, sed passim mutilum, omnes fere codices, ipsamque adeo D. Gregorii editionem [2] pervasit, at integrum servat hicce liber Bobiensis, et codex cx1. Rev. Capituli Vercellensis. Integram epistolam primus ediderat Crabbe in sua *Collect. Concil.* atque recudit Labbeus in *Sacror. Concil. Collect.* t. x. p. 415, sed ob varias lectiones licet ad membranarum Bobiensium et

[1] Beda *hist.* lib. 11.

[2] Opp. t. 11. col. 1150. lib. 21. Epist. 111v.

Vercellensium fidem emendare D. Gregorii Epistolam, quae in laudatis codicibus ita incipit.

„Per dilectissimos filios meos Laurentium presbiterum et Petrum monachum fraternitatis tuae scripta suscepi. In quibus a me de nobis capitalis requirere curasti, sed quia praedicti filii mei podagrae me invenerunt doloribus afflictum et cum urguerent citius se dimitti ita relaxati sunt ut in eadem me dolorum afflictione relinquerent singulis quibusque capitulis ut debui lectius [1] respondere non valui.“

„Primo etenim capitulo requisisti ut tibi liber unus transmitti debuisset. in quo contineri possit qualiter episcopus cum suis clericis conversetur vel de his quae fidelium oblationibus accedunt altario, quante debeant fieri portiones. et qualiter agere episcopus in ecclesia debeat. et sacra scriptura testatur quam bene te nosse dubium non est. et specialiter beati Pauli ad Timotheum epistola [2] in qua eum erudire studuit.“

Editio Operum Gregorii.

Codices

col. 1151. lin. 4. monasteri regulis

monasticis regulis

6. nuper ad fidem

nuper adhuc ad fidem.

8. fuit patribus

fuit sub patribus

11.

omnia communia. Si qui vero sunt clerici.

21. quod dividebatur

quod dividebantur.

22. eorum ergo stip.

eorum quoque stip.

26. linguam et corpus

linguam temperent, et corpus

29. et adimplenda

vel implenda

postr. necessitatibus

desideratur.

col. 1152. lin. 2. omnibus dic.

omnium dic.

3. sunt vobis.

Secundo quoque capitulo requiris quia cum una sit fides sunt eccle-

[1] Vercellensis *latius*.

[2] Bobiensis *epistolam malo*.

siarum diversae consuetudines et aliter consuetudo missarum in sancta romana ecclesia atque aliter in galliarum ecclesiis tenetur. atque addidit fraternitas tua rumanae ecclesiae consuetudinem in qua se meminit nutritum ac valde [1] amabilem habeat. Sed mihi placet sive in romana.

	Editio	Codiccs.
col. 1152. lin. 15.	eligas	eligat et in Angl.
	16. in fide	ad fidem
	ib. quae de... pot.	quam de... potuit infundat
	18. pro rebus loca nobis amanda.	pro bonis rebus loca amanda
	20. elige	eligat.
	21. fasciculum	fasciculo.
	22. mentes in	gentem in... depone.

Tertio quoque capitulo requiris quid pati debeat si quis aliquid de ecclesia furto abstulerit. Sed hoc tua fraternitas ex persona furis.

col. 1153. lin. 1.	haec in re. ex. in. del.	haec ex in. delinquentes faciunt
	3. quidam vero le- vius	quidam autem lenius
	5. est et non	est non.
	6. hoc praestatur.. tradatur	hoc potius praestatur... detur.
	14. dictat etc.	dictet. Ita ut... omnino non faciat.
	17. quod ecclesia de damnis quae- rat.	ut ecclesia.

Quarto quoque capitulo requisisti si praegnans mulier debeat baptizari, aut postquam genuerit post quantum temporis possit ecclesiam introire aut etiam baptizari. aut ne morte praeoccupetur [2].

---

[1] Vercellens. nutritam quia valde.

[2] Nempe est x. interrogatio in Editione.



Editio	Codices
col. 1157. lin. 30. carnis copul.	carnali copul.
32. an ecclesiam introire	an in ecclesiam intrare
33. sacramentum per.	sacramenta per.
35. ad ministerium sac. com.	ad mysterium sac. com.
36. quae omnia a rudi Anglorum gente fraternitatem tuam arbitror requisitam. Cui iam te responsum dedisse non ambigo. sed hoc quod ipse dicere et sentire potuisti credo quia mea apud te volueris responsione firmari. Mulier [1] etc.	
col. 1157. a fine 12. culpa fecund.	culpa aliqua fecund.
9. quia itaque	Sed quia isdē omnipotens deus
8. pro culpa	in culpa.
6. benignit.	benignitate sua et pietate fecunditatem sobolis reservavit.
4. ergo naturae ham.	ergo in natura humana ex.
2. illi quippe.	ab illo quippe
col. 1158. lin. 9. intrat	intret.
10. gravatur	praegravatur
12. prolis etc.	prolis prolatione gemitus. unde et ipsi
15. poenam suam	poenam.
17. genuerit.	genuerit si mortis periculo urgetur vel ipsa hora eadem qua gignit vel hoc quod gignitur eadem hora qua natum est.... Quia sancti mysteri gratia sicut viventibus.... discretionique praebenda est. Ita his quibus.
26. paululum morte	paululum mora inv.

[1] Hic incipit responsum.

**Editio**

- col. 1158. lin. 28. quousque
- 36. tempus
- 39. prohibeantur
- 42. dum ex cons.
- 1159.
- 54. Sed dices illam
- 5. Feminis namq.
- 8. infirmanti
- 15. etiam ibi
- 19. comedimus etc.
- 21. videlicet
- 25. in quo seipsam
- 27. portet.
- 28. considerant
- 34. reprimendae
- 35. exteriora
- 40. manducari prae-
- cipiat
- 44. Unde etc.
- 1160.
- 6. praecepit ut
- 8. quod intelligi

**Codicis**

quoadusque prolis quae gignitur tempora transierunt . . . . debent adiungi.

prohibentur.

dum consuetudinem menstruam patitur prohiberi ab ecclesia non debet . . . in culpa non debet computari [1]

Sed dicit aliquis illam.

Feminae itaque menstruus suus sanguis aegritudo est.

infirmas.

desideratur *etiam* comedimus. Ex culpa enim primi . . . esuriamus.

videlicet quae naturaliter accedit in quo seipsa portat.

considerant et in menstrua consuetudine sacramenta dominici . . . accipere non . . . . Dum ad percipiendum vero ex religiosae reprehendendae sicut praediximus. exteriora observantur opera manducari prohibeat.

Ubi aperte indicatum . . . illud apud omnipotentem deum. praecepit dicens ut mixtus quod tamen intelligi.

---

[1] Vercellens. non valet reputari, quod etiam in Bobiensi erat supra scriptum.

**Editio:**

col. 1160. lin. 10. per delectationem

14. gravari

24. sine voluptate

25. voluptas ipsa

31. in delicto se

32. arbor in ramo hum.

35. voluptatem admixtionis

40. tamen tunc

43. Quia enim etc.

5. a fine. molesta

1161. lin. 1. quis ergo

3. profecto

**Codicis**

per deliberationem coniungitur, qui nisi sol occidat ecclesiam non intrat. quia nisi prius ignis.

gravari nequitia pravae . . . videt. Et quamvis hac de re hominum rationes diversa sentiant atque alia custodire.

sine voluntate carnis

voluntas ipsa

a delictis se

arbor in robore hum.

voluntatem commixtionis. Sunt etenim multa quae et licita egimus et tamen

tamen approbabile quod vel in his animus.

Nisi etenim tranquilla mens non valet in contemplatione se lucis supernae suspendere. Ira ergo suum oculum turbatum dolebat. qui dum . . . confundi atque turbari

molesta quia turbat animum. Sic itaque et bonum est coniugium et tamen de voluntate carnis habet apud se aliquem reatum quia legitima carnalis copula oportet ut causa proles sit non voluptatis.

quis vero . . . coniuge nunquam cupidine voluntatis raptus sit.

profecto sive de ingressu seu de sumendo

**Editio**

col. 1161. lin. 6. non debet.

8. voluptas

12. metu

16. licet

26. qui corpus

36. sententiam

**Codices**

non debet qui in igne  
voluntas dominatur commixtionis  
in opere habent

metus animum [1]

licet quia iustum est. quod igitur  
indulgeri

qui verum corpus

sententiam licuerit intrare ecclesi-  
am.

Quinto quoque capitulo requisisti si post illusionem quae... cele-  
brare. Et quidem hunc testamenti veteris lex sicut superiori capitulo  
diximus.

col. 1161. lin. 47. quod etc.

51. veris imaginibus

postr. abluat.

1162. 4. discretio etc.

14. habet etc.

18. mysterium

20. mysterium valeant

28. re unum

quod tamen specialiter populus ac  
spiritualiter intelligens [2]  
vanis imaginationibus.

abluat. et sic prius ignis tempta-  
tionis recedat. et reum se quasi  
usque ad vesperum cognoscat.

discretio ut subtiliter pensari de-  
beat

habet exinde apud se animus  
ministerium pro eo quod  
ministerium valeant

re minus sibi ostenditur ipsa mens  
rea non tamen fit vel suo iudicio  
libera cum etsi dormiente corpore  
nil meminit

[1] Vercellensis meus animum concutit.

[2] Sic Bobiensis, qui in margine habet. quod tamen spiritualis populus. Ver-  
cellensis legit quod tamen spiritualiter sub eodem intellectu accipitur.

**Editiō**

col. 1162. lin. 32. Si vero etc.

14. quapropter,

16. si hoc pugn.

19. diligit

1153. Sexto quoque capitulo requisisti debent duo germani fratres....  
generationes. Sed hoc fieri modis omnibus... videtur.

Septimo quoque capitulo requisisti usque ad quotam generationem  
.... copulari. addens quia in anglorum gente novercis et cognatis libere  
misceantur. Et quidem terrena lex in romana republica concedit ut sibi  
fratris aut sororis seu duorum etc.

1154. 13. revelare.

15 nam

postr.

1155. 3. pro etc.

22. quaedam etc.

- 32. metuunt scien-  
do praevaricari.

**Codices**

Si vero... illusio dormientia.  
etenim patet animo reatus suus ex  
qua radice inquinatio processerit  
quia quod

quapropter et captivus erat et pug-  
nabat. Igitur legi mentis.

Si autem repugnabat capt.  
diligit volens captivus... perfert  
invitus.

revelari... ut iam quarta gene-  
ratio [1]

nam a secunda quam praediximus  
omnimodo debeat abstinere  
desideratur tamen.

pro veritate Iohannes occisus est  
videlicet pro christo sanguinem fa-  
dit. Quia autem sunt multi in An-  
glorum gente qui dum  
quaedam etiam per mansuetudinem  
.... dissimulat atque ita portat et  
dissimulat ut saepe

[1] Vercellensis revelari... ut iam tertia vel quarta generatio.

Octavo quoque capitulo requisisti si longinquitas itineris... ordinari. Et quidem in Anglorum etc.

Editio

Codices

1155. lin. 41. non etc.  
 42. —  
 45. ut ipsi  
 1156. 10. coniugati  
 14. profectu

non aliter nisi sine alio episcopo  
 potes  
 venient qui in ordinatione [?]  
 ut ipsi sibi longo intervallo mini-  
 me disiungantur quatenus nulla sit  
 necessitas ut in ordinatione Epis-  
 copi. Pastores quoque alii quo-  
 rum praesentia valde est utilis fa-  
 cillime debeant convenire  
 coniugati quique coniunguntur ut  
 qui in via [?]  
 sequentis quoque copulae gaudio mis-  
 ceantur  
 profectu... fundant.

Nono quoque capitulo requisisti qualiter debeas cum Galliarum... agere. Sed in Galliarum episcopis.

1156. lin. 23. arelat.  
 32. fuerit  
 34. compescatis  
 postr. agatur

arelatensi episcopi acceperunt quam  
 nos privare auctoritate per prae-  
 cepta minime debemus  
 fuerit ipse tota mentia unitate sub-  
 veniet  
 compescat  
 agatur, ut nec praetermitti possit  
 hoc quod oportet fieri nec trans-  
 gredi videatur hoc quod antiqua  
 petram constitutio invenit. Bri-  
 tannorum vero omnes episcopo tuae

[1] Vercellensis venerit.  
 [2] Vercellensis quia in via.

fraternitati committimus ut... in-  
firmi per suggestionem roborean-  
tur..... corrigantur.

Decimo quoque capitulo petisti ut reliquiae beati Syxti martyris trans-  
mitti debuissent. Fecimus quae petisti quatenus populo qui in loco quo-  
dam sancti Syxti martyris corpus dicitur venerari. quod tuae fraternitati  
utramque veraciter sanctus sit videtur incertum. sanctissimi et

**Editio**  
col. 1157. lin. 16. quia  
22. nec

**Codices**  
quia si corpus quoddam a populo  
esse cuiusdam martyris creditur  
nec permittatur populo.... incerta  
venerari.

Haec sunt praecipuae variantes Epistolae D. Gregorii, quae in voce  
venerari finem facit in utroque codice.

15°. Germanum D. Gregorii, textum consequuntur duae Bonifacii  
epistolae, quae tum ineditae sint, atque ecclesiasticam chronologiam  
suppleant, tum illas describendas duxi.

„Epistola Bonifacii Papae directa de Roma ad Archiepiscopum Ar-  
„latensem in provincia ubi Genesius martyr iacet.

„Reverentissimo fratri Floriano coepiscopo Bonifacius servus ser-  
„vorum Dei. Multum, frater Karissime, sinceritatis tuae bono congau-  
„deo, quod gravitatem, qua praeditum te dudum audieram, praecellen-  
„tissimorum regum, atque electionis tuae epistolae, nec non dilectissimi  
„filii nostri Candidi presbyteri testimonium confirmavit; qui tanto lec-  
„tius [1], quanta in vos sollicitudo ecclesiastici ordinis, quantaque cura  
„sit rectitudinis indicabant. Unde etsi corporaliter te nescio, caritate  
„tamen et opere scio; quia nisi in vos omnipotentis gratia flagraret, us-  
„que ad me vitae vestrae opinio minime pervenisset. Qua de re ab  
„eodem omnipotente Deo quantum valeo precibus exoro, ut sua te manu  
„protegat, et caelestis in te gratiae dona multiplicet, quatenus in aeter-

[1] Vercellensis quia tanto latius.

num perficiat bona, quae in te temporaliter ostendit. Officium et enim sacerdotis assumere, si interiori vigilantia perpendimus [1], plus est oneris quam honoris, quippe cui propria curare non sufficit, nisi et salubriter gesserit aliena. Nam, si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, ut ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant, quanto sudore quantaque sollicitudine debemus esse pervigiles nos, qui pastores animarum dicimur; attendamus, et susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne inde post desidiam nostram ante summum patrem negligentiae reatus excruciet, unde modo honoris reverentia sublimiores inter caeteros iudicamur. Sic itaque nos oportet esse sollicitos, ut callido antiquoque humani generis inimico aditum praecledamus, et totis contra eius voracitatem viribus obsistamus, ne nostra, ut diximus, forte desidia, rabida, quod absit, quemquam fauce deglutiat, et eius ad nostram non immerito applicetur poenam perditio, qui commissos sollicita custodire cautela negleximus. Exhibeamus ergo quod dicimur, et quibus Divini dispensatione consilii praeesse nos contingit, prodesse quantum possumus festinemus; ut dum creditor rationes nobiscum positurus advenerit, lucrum fecisse reperiat, et sua nos, sicut promisit, remuneratione laetificet. Scriptum namque est Isaie LII. 11. *mandamini qui fertis vasa Domini*. Domini etenim vasa ferunt qui proximorum animas ad aeterna sacraria perducendas in conversationis suae exemplo suscipiunt; apud semetipsum ergo quantum debeat mundari conspiciat qui ad aeternitatis templum vasa viventia in sinu propriae conversationis portat. Hinc divina voce praecipitur, ut in Aron peccatore rationale iudicii vitis ligantibus imprimatur; quatenus sacerdotalis cor nequaquam cogitationes fluxae possideant, sed ratio sola constringat; nec indiscretum quid, vel inutile cogitet qui ad exemplum aliis constitutus ex gravitate vitae semper debet ostendere quantam in peccatore rationem portet. Haec itaque, frater Karissime, tota virtute considera, et locum, quem adeptus es, non ad requiem, sed ad laborem

[1] Vercellensis *perpendamus*.



te suscepisse cognosce. Adhortationis ope fideium corda corroborata,  
 infidelium vero converte; quod ut facilius assequi merearis, praedica-  
 tionem tuam vita commendet, ipsa eis instructio; ipsa magistra sit.  
 Ad desiderium aeternae vitae te docente suspirent, tuo viventes ex-  
 emplo perveniant. Quia ideo Divina gratia suffragante ad hoc hono-  
 ris culmen vocatus es, ut fraternitatis tuae doctrina, quae soli sibi  
 utilis prius inter caeteros latebat, iam nunc in altum ducta multis pro-  
 ficiat [ ], et Divinae scientiae radios spargat. Sed hac de re omni-  
 potentia Deo magnas gratias agimus, cuius pia dispensatio illos ad sol-  
 licitudinem carae pastoralis provehit, qui episcopatum non honorem,  
 sed onus existimant, ut quantum in altiori loco profecerint, tantum  
 humiliter vivant, et sic semetipsos in labore exerceant, quatenus ad  
 honorem solidum illi perveniant. Pallium propterea iuxta antiquam  
 consuetudinem fraternitati tuae transmissimus, quo ita ut innumeris,  
 sicut praedecessores nostri tuis praedecessoribus concesserunt, privi-  
 legiorum tuorum scilicet integritate servati; cuius quae indumentum ho-  
 nos modesta actuum vivacitate servandus est; hortamur; ut colorum  
 tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo recte ac sapienter  
 possis esse conspicuus. Cor ergo tuum neque prospera quae extol-  
 lerantur blandiantur, extollant, neque adversa deiciant, sed quod-  
 quid illud fuerit virtute patientiae devincatur. Nullum apud te locum  
 odia, nullum favor indiscretus inveniat. Benignum te boni sentiant,  
 districtum mali cognoscant, insontem apud te culpabilem suggestio  
 mala non faciat, innocentem gratia non excuset, remissum te delinquen-  
 tibus non ostendas, non quod ultus non fueris perpetrari permittas.  
 Sit in te et boni patris dulcedo, et contra prave agentes iudicium aequa  
 districtio; quatenus Deo miserante talis possis existere, quae homo sacra  
 esse lectio profertur. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem  
 esse. Sed his omnibus uti salubriter poteris, si magistram caritatem  
 habueris, quam qui beatus fueris, a recto aliquando tramite non re-  
 cederet. Ecce, frater Karissime, inter multa ista sacerdotis, ista sunt  
 pallii, quae si studiose servaveris, quod forte accepisse ostendis,  
 intus habebis. Praecipue autem observare non convenit, ut illud rem-

[1] Bobiensis praeficiat.

per ad memoriam redeat, quod veritas praecipit dicens Matth. x. 8.  
 „*gratis accepistis gratis date*; quod idem Dominus et redemptor no-  
 „ster ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit, et  
 „nummulariorum effudit aes. Qui namque sunt in templo Dei hodie,  
 „qui columbas vendunt, nisi qui in ecclesia impositionem manus ad  
 „pretium tribuunt, perquam videlicet impositionem Spiritus Sanctus  
 „desuper datur? Columba igitur venditur, quia manus impositio, per  
 „quam S. Spiritus accipitur, ad pretium praebetur. Sed redemptor noster  
 „cathedras vendentium columbas evertit, quia talium negotiatorum sa-  
 „cerdotium destruit. Et quidem hi nonnumquam ante humanos oculos  
 „videri sanctos se simulant, atque in occultis suis apparere perversi in  
 „conspectu interni arbitri non erubescunt. Sed veniet, veniet dies ille, nec  
 „longe est, in quo pastorum pastor appareat, et uniuscuiusque facta  
 „in publicum deducet, atque ostensa omnibus insaniabiliter [1] damnet.  
 „Unde et per semetipsum quasi flagellum de resticulis fecit, et de do-  
 „mo Dei prava negotiatores expulit, quia subditorum quidem culpas  
 „plerumquemodo per eos qui praesunt percutit, pastorum vero vitam  
 „postmodum per semetipsum ferit. Admonendi itaque sunt qui hoc  
 „agunt, ne per appetitum praemiorum deorsum tendant, cum alios per  
 „officii sui ministerium sursum mittant. Per ea namque sancta mysteria,  
 „quae agunt, multos a peccatis suis diluunt, eosque ad appetendam cae-  
 „lestem patriam erudiunt [2], et ipsi per vitam reprobam ad inferni  
 „supplicia festinant. Cui ergo, cui tales sacerdotes similes dixerimus?  
 „Nisi aquae baptismatis, quae peccata baptizatorum diluens illos ad reg-  
 „num caeleste mittit, et ipsa in cloacam descendit. Vos itaque studium  
 „doctrinae vestrae ostendite, et a pastoribus vestrae dioceseos haec,  
 „de quibus praefati sumus [3], damnosa lucra removete. Sermone ve-  
 „stro cottidie hi, qui vobis caelesti gratia commissi sunt, erudiantur,  
 „ut discant terrena despiciere, caelestia amare, ut in dilectione invis-  
 „bilium ferveant, et ex bono vestro semine ante omnipotentis Dei ocu-  
 „los segetes suorum operum reddant. Quatenus de ipsis ac de vobis

[1] Vercellensis insatiabiliter.

[2] Vercellensis eosque caelestem patriam erudiunt.

[3] Vercellensis praefatus sum.

„impleatur quod scriptum est Proverb. xiv. 4. ubi plurimae segetes tibi  
 „manifesta fortitudo bouum. Sancta Dei trinitas fraternitatem vestram  
 „gratiae suae protectione circumdet, atque ita in timbris sui via nos di-  
 „rigat, ut post vitae huius amaritudines ad aeternam simul pervenire  
 „dulcedinem mereamur. Praeterea patrimonium ecclesiae nostrae  
 „in illis partibus constitutum quemadmodum olim habuistis in omnibus  
 „commendatum quaesumus, ut in eo se fraternitas vestra amplius de-  
 „beat commodare. Deus te incolumem custodiat, reverentissime fra-  
 „ter. Data decimo Kl. septembris, impp dd nn piissimis augustis He-  
 „raccio ann xix, pc. eiusdem ann ii, et Heraclio Constantino novo filio  
 „eius an primo, indictione prima.

„Item eiusdem Bonifacii Papae.

„Domino gloriosissimo, atque praecellentissimo filio

„Theodorico Regi Francorum

„Bonifacius Episcopus servus servorum Dei.

„Scripta Excellentiae vestrae cum ea, qua [1] deicit, dulcedine et  
 „veneratione suscepimus, in quibus nobis de fratris et coepiscopi nostri  
 „Floriani ordinatione signastis, atque ut ei secundum antiquam consue-  
 „tudinem pallium deberemus transmittere scripsistis. Unde omnipotenti  
 „Deo gratias agimus, quia ita vos vestrum sua protectione disponit, ut  
 „inter caeteras regni vestri sollicitudines, etiam de ecclesiarum sua-  
 „rum vos faciat ordinatione tractare. Sed quid maius, quid uberius,  
 „quid etiam poterit laudabilius reperiri, quam recta fides in regibus,  
 „quae non solum hic eos tranquille vivere, sed etiam in aeterno regno  
 „faciet participes inveniri. Ergo cum notum sit omnibus vestram ex-  
 „cellentiam integram professionem vehementer amplectere, ac toto corde  
 „diligere, oportuuum est voce clamare prophetica incundeter caelum  
 „desuper, et fundant montes incunditatem, et colles laetitia laetabitur [2];  
 „nam meritorum vestrorum actus vocem vos pastoris egregii audire  
 „fecit et assequi, idcirco in sua vos tranquillitate custodit. Igitur  
 „quia, excellentissime fili, Deus noster vos elegit de regibus, vocem

[1] Sic etiam Vercellensis.

[2] Sic etiam Vercellensis.

„eius libenter audientes creatorem et auctorem luminis estis sine du-  
„bio assecuti, quatenus per religionem orthodoxae fidei tenebras futuri  
„supplicii evadatis. Ut autem sicut fide, ita et actione, vincatis, ne-  
„cessarium esse valde prospeximus ecclesiasticas vobis utilitates, quas  
„et diligitis, commendare; ut quod pauperes beati Petri Apostolorum  
„principis vestro sunt largitatis munere consecuti, vobis suffragantibus  
„valeant augmentari. Paterno itaque affectu vestram excellentiam sa-  
„lutantes, creatoris nostri misericordiam exoramus, ut sua vos a malis  
„omnibus protectione custodiat, atque post multa annorum curricula in  
„aeterna faciat vita regnare. Incolumem excellentiam vestram gratia  
„superna custodiat, Domine Fili.”

Utraque Epistola eodem anno, fortasse etiam die, data est. Altera litteris Theodorici respondet, qui Bonifacio significaverat Florianum ad Arelatensem archiepiscopatum fuisse erectum, simulque pallium de more petierat. Prima Florianum ipsum de inito munere pro rei sanctitate explendo admonet. Iam vero cum annus Heraclii tertius, seu alter *post eiusdem consulatum*, et primus Heraclii Constantini, qui in societatem Imperii a patre assumptus fuit die 22 Ianuarii anni 613, incidant in annum 613, quo Theodoricus Francorum Rex abiit e vita, tum iure statuo hasce Epistolas ineunte anno 613, indictione prima, datas fuisse, atque adeo anno 612 Florianum designatum Archiepiscopum Arelatensem. Hunc Florianum sola diptycha Arelatensia commemorabant, quare ex eorum fide illum laudarunt Saxius, Cointius, et Sammarthanus [1], qui addit purum putum Floriani nomen proferri, *nullo assignato tempore, quo sederit, nisi quod ponitur inter S. Vigilium et Theodosium*. Falsus ergo est Mabillonius, qui mortem S. Vigilii praedecessoris Floriani contigisse putat anno 616; longiusque a veritate aberrat Bailletus qui eandem anno 624. assignat [2]; sane post annum 601. nulla Vigilii mentio occurrit in Epistolis D. Gregorii.

16°. *Quia liceat monachis cum sacerdotali officio ubi ubi ministrare.*

---

[1] Gallia Christiana t. 541.

[2] Lege Sammarthanum Gall., Chr. t. 1.

Ciceronis Fragm.

incipit „Sunt nonnulli fulti nullo dogmate” quae habes in Concilio Romano a Bonifacio IV. coacto, confer Labbeum v. 1618.

17°. Nonnulla *Dicta beati Gregorii Papae*.

18°. *Regulae papae Hilarii Flavio Basiliense et Herminrico vv. cc.*, quae leguntur in Voelli et Iustelli *Biblioth. Iuris Can.* 1. 249.

19°. *Constitutum papae Simplicii*; lege ea in eadem *Biblioth.* 1. 254.

20°. *Constitutum papae Felicis*; confer laudatam *Biblioth.* 1. 255. in codice tamen desideratur recensio Episcoporum et presbyterorum.

21°. Decreta Hormisdæ papæ mutila uti in praedicta *Bibliotheca* 1. 272.

22°. *Constitutum papae Gregorii minoris*, uti in laud. *Biblioth.*; 1. 272; pars magna subscriptionum deest.

23°. *Concilium habitum sub papa Eugenio*; canonum xxxvi, quos refert Labbeus VII. 104, brevium tantum exhibetur.

24°. „Indictione xii, Imperante Adargasto eiusque filio Nicifero Zacharias ter beatissimus papa in concilio ait. Non est silendum fratres, „quod in Germaniae partibus etc.” Eiusmodi praefatio desumitur ex canone xv. Concilii Romani a Zacharia S. P. coacti anno 743, cuius subiiciuntur priores quatuordecim canones breviati; integros lege in Labbei Collect. Concil. XII. 381. ed. Florent. 1766. Titulus in Labbeo est „Anno Domini DCCLIII, indictione xii, anno tertio Artabadi, et Luitprandi regis xxxii.” Iamvero Antonius Pagi adnotat col. 369. „Nicephori imperatoris annus in hac synodo non memoratur, quia post Kalendas septembris Romae adhuc ignorabatur Artabas dum patrem eum ante „Kalendas maias in imperii consortium adscivisse.” Quod fide maius mihi videtur; quare opportune. Bobiense et Vercellense Nicephorum quoque commemorant, licet in orthographia nominis Artabadi peccent.

25°. *Manusmissio sine qua ex familia nemo propria ad sacros ordines promovere valet*. Incipit „Auctoritas ecclesiastica patenter” Hanc ex hoc ipso codice edidit Muratorius *Anecdota* II. 187.

26°. „Item alia manusmissio ex beati Gregorii sumpta registro quam „ore idem proprio dictavit. Gregorius Montana et Thomae. Cum redemptor noster” et cetera, quae vide inter Gregorii opera II. 800.

27°. *Principium translationis historiae.* Incipit „Postquam beati Nicolai substantia incorporea et invisibilis“.

28°. Formula *Excommunicationis*, tum alia *Reconciliationis*.

De codicis donatore nos monent hi versus, qui in una postremarum chartarum leguntur.

- „Obtulit ut maneat sacrum per tempora munus
- „Supplex ac humilis abba agilulfus aeris
- „Christe tibi magnoque patroni nempe columbae
- „Quo miserante iugi floreat auxilio.
- „Divinis librum constat dogmatibus auctum
- „Exerat hinc pectus quique Deo militat.
- „Sedulo quem volvens Christum petat ore modesto
- „Pavendis flammis eripiat famulum

---

## AD CODICEM 44.

Huiusce codicis nonnulla folia servat bibliotheca Taurinensis a me non ita pridem detecta inter Bobienses chartas. Tenent aliquot capitula collationum abbatis Danielis, Paphnutii, aliorumque. Palimpsesta sunt; atque supposita scriptura exhibet fragmenta libri xvi. Codicis Theodosiani. Sed haec fusius enarrabo, quum ipsa fragmenta edam. Altera codicis particula delitescit in bibliotheca Vaticana, quod duplex ratio mihi suadet. Primum enim, uti constat ex mea Comment. de bibl. Bobiensi, sunt in Vaticana *Collationes Patrum sine principio ex membranis in folio parvulo tomas unus*; deinde Cl. Mai [*Giornale. Arcadico di Roma 1821. Settembre p. 366*] testatur se invenisse fragmenta palimpsesta libri xvi. Codicis Theodosiani. Auguror itaque ea delitescere in paribus schedis huiusce codicis Bobiensi; quod facile Vir Cl. dignoscere poterit ex hoc singulari scribendi genere *q'ibus, q'ia* etc. pro *quibus, quia*.

---

C O D. 45.

At tam remotam antiquitatem non ostentat, quantam ei tribuit auctor *Inventarii*.

---

C O D E X 46.

Sex huius codicis folia servat Taurinensis bibliotheca. Sunt membranacea saeculi VIII. 4<sup>o</sup>. Character idem est ac ille Chalcedonensis concilii in Ambrosiana asservati, ex quo codice palimpsesto Cl<sup>us</sup> Mai eruit atque edidit Scholiastam in Ciceronis Orationes, qui Asconius Pedianus videtur. Noster non palimpsestus incipit a verbis *nativitate sed ut et ipsum essentiae nostrae benedicat initium*, quae sunt in Veteri Concilii Ephesini latina versione apud Mansi *Sacr. Concil. nova et ampl. Collect.* tom. v. col. 510. Sequuntur Anathematismi, Epistola Cyrilli ad clerum et populum Cpolititanum; hanc excipit illa Coelestini papae ad Nestorium mutila, folium enim sextum desinit in verbis *universalis recusat ecclesia symbolo ab apostolis tradito*, quae vide in Mansi op. l. tom. IV. col. 103q.

---

A D C O D I C E M 47.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus saeculi VI. characteris italici, nulla verborum interposita distinctione; characteris autem imaginem aere incidendam curavi in tabula N<sup>o</sup>. 3. foliorum 21, folio parvo. Complectitur epistolas D. Cypriani, quae sequuntur.

Fol. 1<sup>o</sup>. codex incipit a verbis *obtemperantes iudiciis*, quae pertinent ad epistolam IV. pag. 175. lin. 10 edit. Dodwelli Oxonii 1700, quam sequor. En variantes, inter quas etiam errata admittam, ut quid de amanuensis auctoritate statuendum sit, facilius innotescat.

Pag. 175. lin. 10. *obtemperantes iudicii sui tempus constituit non oboedientibus et tunc quidem.*

13. esse ad fideles.

- Pag. 175. lin. 18. Turpiter ergo ne — Scilicet vox turpiter ad Cypriani textum pertinet.
- ib. disciplinati consummantur
  19. consiliis salubribus
  20. per quam ingrediuntur ad vitam
  22. per omnia Deo placeant
  23. aut per ecclesiam scandalos et fratribus offerant et ad praesentia nobis contristari videatur nonos tamen salubri persuasione moneamus
  25. factus sum verum praedicans vobis
  26. nobis gratissimum est stantes eos ad salutem dignatione nostri sermonis formavimus
  28. noluerint secundum apostolum
  30. xpi dñi et dī nostri . . . servantes
  31. carissime ac desideratissime in dñm semper.

Codicis fol. 2 = Ad stephanum expl incip ad lucium de exilio reversum = Tum eodem folio, sed altero laterculo = XLIII Cyprianus cum collegis lucio fratri salutem = scilicet est epistola LXI. Cum huic epistolae recentior manus praemisit numerum XLIII, liquet codicem olim exhibuisse universas Cypriani epistolas, quarum haec erat quadragesima tertia. En variantes.

- Pag. 272. lin. 4. eodem gloria
12. et magnalia
  13. repraesentandum — 16. ut quos
  16. In verbis *de camino ignis eximeret deest* folium.
- 273.
4. oculis adhaeruntium — 6. *secura xpo*
  7. adpropinquavit — 8. brebuis veniens
  12. claritatis expromimus — 17. exemplum et virtutis
  18. fidei praesente plebe possit celebrari optamus

Codicis folio 3 verso = ad lucium de exilio reversum exp incip de victore qui faustinum pr tutorem nominavit = Tum fol. 4 = XLIII Cy-



prianus praesbyteris et diaconibus et plebi furnis consistentibus salutem  
scilicet in editis Epistola I. En variantes

- Pag. 170. lin. 6. terram viderent et — 7. vacabant nihil  
8. alimentum suum ab — 10. decimas perciperet  
12. revocarentur — 13. nunc oratio  
13. ordinationem cleri-  
cam — 14. ne molestiis  
16. et diae ac — 18. episcopi et anteces-  
sores.  
20. quis fecisset — 22. voluit avocari  
23. concilio sacerdotibus — 25. aliqua in nomine eius  
27. ad saecularem molestiam evocet.  
28. hoc faciat circa

Codicis folio 5 verso = ad clerum et plebem de victore qui fau-  
stinum pr tutorem nominavit exp incp ad maximu et nicostratum =  
Tum fol. 6. = XLV. Cyprianus maximo et nicostrato et ceteris confes-  
soribus salutem = quae est XLVI. editionis. En variantes

- Pag. 232. lin. 2. fraternitatis conexas dilectionis servaverim  
3. queso adquiescatis — 3. quibus vos et  
4. scribo... et fideliter — 5. deest et ante vocem  
intolerabilis  
5. pene rostrati — 5. praestringit  
6. contra ecclesiasticam dispositionem *desunt haec  
verba.*  
8. fieri in ecclesiam alterum institui  
9. animam... discessa  
233. 2. nec potestis sic — 4. in domestica  
5. providere possimus nam  
5. unianimes et concordia monstrascindi omnino non  
debeat  
7. ad vestram fraternitatem.

Codicis folio 7. = ad maximum et nicostratum exp incp ad fortu-  
natum et ceteros de his qui per tormenta superantur = Tum eodem fo-

lio = Cyprianus fortunato haummo optato privatiano donatulo et felici  
fratribus salutem = quae est LVI. En variantes

- Pag. 251. lin. 1. capsensi civitatis — 2. superfrater  
5. vicerunt — 6. et a gradu  
7. adq. plena fidei virtutem tenebant  
8. non voluptate  
8. ad paenitentia . . . triennium non destitisse  
9. putastis sane eos — 11. constet stetisse  
11. nomen dei confessos — 14. cruciatibus  
15. in nobissimo infirmitatem carnis  
16. reveletur — 18. aestimamus  
19. triennium iugiter et dol.— 20. incaute temere  
22. agentes infirmitatis — 26. sed iamdiu fessos  
27. quae victa est — 29. et res ita ut exigit
- Pag. 252 lin. 1. me venerint tractabo — 2. consulistis refera-  
turu aput

Codicis folio 8 verso = ad fortunatum et ceteros de his qui per  
tormenta superantur explicit incip ad maximu pr = Tum folio 9 incipit  
*dignitas videbatur quando milites quae habentur in media Epistola LIV.*  
pag. 240; desideratur ergo folium. En variantes

- Pag. 240 lin. 24. in ecclesia esse cer-  
nimus — 28. quedam inhonorata  
32. vindicare ut se putet  
33. palam ventitabrum iam ferre se putet posse  
34. separare pro eo quod est in ed. segregare  
35. dum sibi deest dominum.

- Pag. 241. lin. 3. librabimus — 4. quos his nuper  
7. quam libellum — 8. verbis vos deest con-  
scripsimus.  
10. remeabunt  
10. ac desideratissimi desunt haec verba.

Codicis folio 10 = ad maximum pr et urbanum et sidonium et macarium  
exp incip ad clerum romae = Tum eodem folio verso = XLVIII. Cy-

prianus pp rr et dd romae consistentibus fratribus salutem = Quae est  
xx. in editione. En variantes

- Pag. 199. lin. 8. nec molestis meis de-  
cui quominus — 10. et quod egerim  
11. nec confessionibus exh. — 15. vero tormenta  
15. tormentis fratribus — 16. et confortandos  
25. quantis potuimus animum
- Pag. 200. lin. 1. alio incitatore — 2. audacia flagit.  
2. proruerint  
5. exhomologesis facta et manus ei in paenitentia  
imposita  
8. comprimendum — 9. quae ad deest huc  
9. crementium — 10. ut his qui  
14. mandavi ut in nostra praesentia res.  
16. vel reformare — 16. optamus vos

Codicis folio 12 verso = ad clerum romae expl incp cypriano papae  
pp rr et diaconi romae consistentes = Eodemque folio = XLVIII. Cy-  
priano papae pr et dd romae consistentes salutem = Quae est xxx. edit.  
En variantes.

- Pag. 209. lin. 1. rigore subnixus — 2. soleat se solo  
8. et in tuis rebus — 9. inveniremus tuorum  
10. possumus — 10. omnes eadem cen-  
surae  
11. confesuoene solaci — 15. gubernaculorum na-  
vem  
15. inlidant in — 22. protulit dicendo  
23. laudes et gloriae... fuissem  
27. sine praeiudicione virtutum
- Pag. 210. lin. 3. quasi hoc evasuri  
7. impetravit nec — 8. non admissum  
12. quo videri — 16. ei nervos  
25. gloriose semel

Pag. 210. lin. 27. ne si hoc facile fecissent disciplinae evangelicae  
ruinas non facile sarcirent.

29. illibatam dignitatem servare

32. qui id quod habet — 33. *deest alterum* violat

37. prosecutus accendisti — 38. quod in nos inpulisti  
quodve credimus

Pag. 211. lin. 2. venire videar — 14. videtur fuisse et in  
unum

15. quoniam nec firmum decretum potest esse *desunt*  
*haec verba.*

20. ruerunt hoc ruerunt — 29. et paenitentia aut  
intell.

30. nobis praestare paenitentiam

Pag. 212. lin. 2. dismissa sed — 9. et ut scriptum

9. sicut scriptum

12. ad convivia vocat sic habitu nuptiarum non habentium  
manib. et pedibus extra sanctorum coetu foris iactat.

15. sed et parabit etiam perpetuae

18. deiecerat ante

23. dolentes ac vere paenitentes . . . prodiderunt.

28. semper in dno bene

Codicis folio 19 = Cypriano papae pp rr et dd romae consistentes  
exp incp cypriano papae moyses et maximus pp rr = Eodemque folio  
= L Cypriano papae moyses et maximus p r et nicostratus et rufinus et  
ceteri qui cum eis confessores salutem = Quae est xxxi. edit. En variantes

Pag. 213. lin. 1. nos no tamdiu

4. serenitas ut in . . . ut in laboribus

10. condignus est qui fecit quam qui et docuit non

11. qui et exortavit nisi — 14. dicemus frater

19. constitutos quasi contemplati

- Pag. 213. lin. 20. aput patrem suum — 21. perhibentem reddens  
testimonium auribus  
22. animum inde erigit — 23. quidve facilius  
25. saevientes quod positum pro saevientis  
38. putare vixisse adhuc enim  
41. me dignus et qui plus diligit animam suam quam  
me non est me dignus et qui non tollit  
43. iustitiam quoniam ipsorum est ... beati estis  
44. et hodie habuerint  
45. fuerunt. Et quoniam ante reges et praesides sta-  
bitis ... in mortem ... in finem.  
49. nos inquit separabit  
51. sumus ut oves occisionis sed ... superamus pro-  
pter eum qui

- Pag. 214. lin. 3. sed et provocamus — 8. moram martyres  
10. illustret viribus .... ut qua optimus  
14. perforari gladium — 15. magis nec ut  
21. quod in omnibus  
21. quodammodo semper praebuisti quod  
23. qui in omni voce nostra te testimonio  
26. domini et margaritas prona facilitate ... cum tam  
grande  
31. parare ubi enim vidimus metus relinquatur si tam  
.... praestatur  
33. scripturis quia ingens — 37. sed poenitentia  
38. de suo actu sustinuisse  
40. aestuantium morbum restinguit et ... non enim  
ea quae  
43. quod potius sed maturius ieiunio adtesuante sa-  
nari videatur per impatientiam longius passa cru-  
ditate produci.

- Pag. 215. lin. 2. patientiae sunt  
3. et conserendus ... cebris patientium gemitus au-  
deat et iterum

- Pag. 215. lin. 5. quae illicite ... satisfactionibus  
 6. non est impatientia timor necessaria  
 9. praestantur — 10. flammam revocaretur  
 11. restinguitur  
 12. consili et et fidelio. — 14. ut quod  
 ra de necess.  
 15. dei tenuerunt — 16. detenti gloriosas  
 18. praeferunt intolerabilem festinationem communica-  
 tionis exposcunt.

Codicis folio 24 verso = cypriano papae moyses et maximus pr̄ exp  
 incp pp rr et diaconibus fratribus =. Ita desinit mutilus codex.

Inter variantes sunt quae nativum Cypriani textum repraesentent; at plerasque induxit librarius literarum latinarum imperitus. In diphthongorum ratione quandoque anceps haeret, saepe peccat in rem orthographicam; in grammaticam plus semel offendit, ut particulam *ab* cum ablativo casu coniungat, vel *ad* cum nominativo; contextum plerumque exhibet absurdum; tandem semel in epistola XXXI. pag. 213. lin. 2. edit. Dodwelli in verbis *voto proniore ad coronam destinatam possemus pervenire*, improbabiliter periodum dividens ita novum exorditur caput *Proniore ad coronam* etc. Quare codex etsi antiquam ostendet notam, tamen multum auctoritatis ei detrahit amanuensis latinae linguae inexplens.

Huic, iubente Inventario, addam alterum fragmentum rerum Cypriaticarum, Membranaceum, saeculi VI., characteris italici atque superiori simillimi, nulla verborum distinctione interposita, foliorum 30, in 4° parvo. Tenet integrum tractatum *de Opere et Eleemosyna*. Folio 29 = caecili cypriani de opere et elemosynis explicit incipit de sacramento calicis = quae est Epistola LXIII. Dodwelli. Ea codicis ad editionem Dodwelli collati variantes.

- Pag. 137. lin. 3. filium misit — 4. filius vocari voluit  
 6. nostra curaret — 9. et hominis ... plenius con-  
 solatur  
 11. serpentis antiqua  
 16. quascunque protrahimus .... in scripturis spiritus  
 19. sic et elemosyna — 21. atque operationibus iustis

- Pag. 137. lin. 23. indulgentiam largiatur — 31. misericors monet misericordiam
- Pag. 138. lin. 1. immaculato pectore blandiatur  
3. mundus esse a peccatis — 4. quoniam peccatum  
5. si autem confessi ... peccata dimittat *desunt haec verba*  
7. quisque se — 8. *desideratur integrum folium*  
36. ac divina ope impetranda  
44. ni factorum .... accessione satientur revelat  
49. sed et a prima — 52. Petrus accersitus est  
54. defuncta vocibus sed ipsis operibus  
57. et viduarum ac
- Pag. 139. lin. 2. statim perferret — 5. operae iustae  
6. largita fuerant .... meruit in hanc vitam  
13. exterminat — 15. nec furantur *desunt haec verba*  
16. tuus illic erit et eor tuum — 18. et da pauperibus  
22. homini negotianti — 26. et dixit *desunt haec verba*  
28. et reputatum est — 33. misericordes ad regnum  
35. quod est vestrum quis — 36. quod vestrum est  
38. operatione finiatur ad  
49. actionem domini *sic prima manu*  
55. primo regnum et iustitiam dei et omnia  
60. salus deficiat — 61. nequit de rebus
- Pag. 140. lin. 1. patrimonium perdas ... patrimonio pereas  
2. apostolus paulus clamat — 3. auferre possumus  
7. inserunt se — 9. vitae *deest*  
12. operanti et deo promerenti — 21. sacrilega illa meditatio  
27. eum *deest* — 30. in tractibus servum

Pag. 140. lin. 31. tibi cum istis ... plaudes — 39. gravius *deest*.

41. a te *desunt*

42. incumbas ... patrimonii pondus

44. divide cum deo tuo — 47. quisque te

50. miser et pauper — 51. ut non appareat

53. tibi a me aurum

56. in ecclesia christi *desunt*

Pag. 141. lin. 1. dum et operibus et moribus promereris — *at secunda manu* et dominum operibus et moribus bonis ornaris

2. talis non es *sic ex 2<sup>a</sup> manu*

3. oculi superfusioni cru- — 4. dives dominicum oris tenebris

4. quae corban omnino — 5. in dominico

8. fuerant area minuta — 14. atque infelicitatis suae

15. *larga deest* — 18. quisque *haec*

19. xps illud dona dei viduam — *at 2<sup>a</sup> manus xps illud* dei munus appellat et in dona dei viduam

20. domino faenerat — 28. patri et matri

29. hii custodiunt ... serverunt

32. habuerint .... viderint ... cluserit viscera sua quomodo caritas manet in illum

38. cinerium panem quo absumpto ... cum filiis esset

41. sit immo — 42. que petebatur

postr. fidelia farinae non deficiet et nec in vas oleum non minuet

Pag. 142. lin. 8. antepraeponens — 11. atqui hoc *2<sup>a</sup> manus* atquin

16. sic iob — 19. quibus possint

20. divina *deest* — 25. illum pares

31. et numquam vidi .... eius quaerentem panem

33. benedictione erit — 34. beatos filios



- Pag. 142. lin. 36. quid studes — 41. ille mandavit  
42. mando vobis servite deo ... et facite ... placeat  
filiis vestris mandate et faciant  
45. dilectissime *deest*  
50. cum facis elemosynam praemium bonum
- Pag. 143. lin. 6. robor caedat — 14. muneris compara-  
tionem  
16. praeceptis tuis .... recepturos *desunt*  
22. prostrantium *pro edit.* frustrantium  
24. perdentibus at 2<sup>a</sup> manus pereuntibus  
25. sacrilegas sterilitates — 26. defendimus  
27. qua diaboli — 28. nec in modicum  
29. servos ejus — 36. dicit rex eis  
37. suam sunt venite — 38. esurii enim  
39. abduxistis me — 39. infirmatus sum et vi-  
sitastis  
42. et abduximus  
42. vidimus infirmari aut in carcerem  
43. dicit eis  
44. tunc dicit illis qui ad sinistram sunt discedite  
47. hospes fui et non suscepistis me nudus et non co-  
operuistis me infirmus et non visitastis me in car-  
cerem et non venistis ad me tunc respondebunt.  
52. isti in ignem aeternam
- Pag. 144. lin. 1. quidquid egenti prae- — 5. pronius, 2<sup>a</sup> manus  
statur promptus  
9. et isac  
13. *post metemus* 2<sup>a</sup> manus *addit* non fatigati  
23. dei filium fieri — 39. salutaris oratio sola-  
cium  
43. adiutus perferri — 47. si celerius si  
48. inveniat nusquam
- Codicis folio 29 = caecili cypriani de opere et elemosynis explicat

incipit de sacramento calicis = Tum eodem folio = Cyprianus caecilio fratri salutem = Quae est epistola LXIII. En variantes

Pag. 276. lin. 8. necessarium potavi de hoc ad vos: *vocabulum potavi addidit 2<sup>a</sup> manus*

8. si qui in ... tenebatur

9. atque ad originem

10. nos hoc putes *sic ex 2<sup>a</sup> manu*

11. audaciter

— 12. deo inspirante

16. nobis nisi quod: *at 2<sup>a</sup> manus nobis quam quod*

16. prior fecit

21. effusus *deest*

21. praedicetur *sic 2<sup>a</sup> manus*

22. enim in genesi circa sacramentum noe

24. fuit recubans

25. et foras nuntiata a duo: *in his verbis mutilas codex finem facit.*

Diligentem atque doctum amanuensem nactus est iste codex, quem adeo ingeminata antiquitatis et auctoritatis praestantia commendat.

---

### A D C O D I C E M 47.

Codex servatur in bibliotheca Vaticana; uti constat ex mea Comment. de bibl. Bobiensi.

---

### A D C O D I C E M 48.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota B. 102. ord. super. Membranaceus, saec. XI. 8<sup>o</sup>. inter scrinia Bobiensis Bibliothecae praeferebat olim numerum 146, quem insignem ostentat in primis chartis; sed evidenter respondet n<sup>o</sup>. 48. nostri Inventarii.

Tenet *Dungali responsa adversus perversas Claudii Taurinensis sententias*. Codex acephalus incipit *rationem litterarum significationes proprietatesque ignorans verborum genera generibus numeros numeris*,

et caetera quae leguntur lin. postr. pag. 204. tom. xiv. *Biblioth. Vet. PP.* Lugduni 1677.; quare pauca desiderantur.

Proximum est opusculum, cui titulus „Incipiunt pauca excerpta un-  
„de supra. Inprimis de pictura ex libro Ecclesiasticae historiae vii.  
„capl. xv.“ Nempe narratur historia, quam Eusebius *Hist. Eccles.*  
lib. vii. cap. xviii. literis prodidit, de imagine mulieris profluvio san-  
guinis laborantis, et a Christo sanatae; eadem etiam subjungitur ad fi-  
dem *libri tripartitae historiae*. Sequuntur excerpta ex Augustino, car-  
minibus prudentii, aliisque, quibus Iconoclastarum error coarguitur.

---

### A D C O D I C E M 52.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota D. 23. Mem-  
branaceus saeculi viii. 8<sup>o</sup> min.; character est longobardicus, nonnulla  
tamen vestigia quadrati servat; amanuensis accuratus.

Tenet Pauli Orosii Chronica. In fine mutilus, quippe desinit his  
verbis capituli xiiii. lib. ii. *montem aventinum occupavit armatus*. Ad  
calcem libri primi haec leguntur: „Ormistae [sed in margine Orosii]  
„explicit volumen primum de trium partium terrae indicio. incipit eius-  
„dem secundum de mundi erumpnis.“

---

### A D C O D I C E M 53.

Hunc in Ambrosiana bibliotheca delitescere suspicor distinctum no-  
ta S. 70., ex quo Muratorius Anecd. iii. 211. decerptum dedit librum  
*de Computo*. Primo enim codicis characteres perantiqui sunt, atque  
adeo Bobiensi tabulario digni; tum exhibetur liber *S. Cyrilli Alexandri-  
ni Episcopi de ratione Paschae*, cuius primum caput pag. 118. est *Com-  
potatio Graecorum vel Latinorum qualiter calculare debemus omnibus  
annis*; praeterea pag. 204. *Tractatus S. Athanasii Episcopi Alexandri-  
ni de ratione Paschae*; Postremum est p. 208. Opusculum S. Isidori Hi-  
spalensis *de Rerum Natura*, quod recte etiam de Astronomia inscribi  
posset.

Revera Tractatus Victorii ad Hilarium [quem editum habes in Doctrina Temporum Bucherii Antverpiae 1634.] desideratur in codice.

## A D C O D I C E M 55.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota D. 30. ord. infer. Membranaceus saec. ix. 8<sup>o</sup>. mai. charact. longobard.

Priora duo, atque duo postrema folia referunt laciniam codicis Bibliici saec. vi., atque tenent Ecclesiastici capita 46. 47. 45. etc. Lectio cum Vulgata nostra consentit.

In codice haec habentur.

1<sup>o</sup>. Kalendarium, in quo hasce festivitates memoratu dignas adnotavi.

Non. Iulii. Dedicatio altaris sancti Florenti

III. Kalend. Octobris. Dedicatio basilicae Sancti Angeli.

II. Kalend. Novembris. Sancti Quintini cuius corpus p' an LV. ab angelis revelatum VIII Kal. iul.

2<sup>o</sup> Decennovales circuli. Incipiunt ab anno domini DCCCXXXVI., seu a circulo XLV. Bedae Opp. t. I. p. 332., atque finem faciunt in anno MLXIII., seu in circulo LVI. Bedae.

3<sup>o</sup>. Primus ciclus decennovalis ab anno domini DXXXII. usque ad annum DCCCXXXV., seu a Bedae circulo XXIX. pag. 324., usque ad circulum XLIV. pag. 331.

4<sup>o</sup>. Bedae de temporum ratione. Incipit: *De natura rerum et ratione temporum* etc. Opp. t. II. pag. 49. Iam vero huiusce operis caput primum est *de computo vel loquela digitorum*, quod veluti distinctum opusculum habes Opp. t. I. pag. 165. Caput secundum *de trimoda temporum ratione* quod est primum *de ratione temporum* in editione. Sic porro cetera sequuntur capita, quae sunt LXXII. in codice. Capiti LXVIII. [nempe LXV. editionis] quod inscribitur *decursus etatum earundem* attextitur Bedae *Chronicon* [quod lege Opp. t. II. pag. 174.] incipiens a verbis *Adam annorum centum et triginta genuit Seth*, ac desinens in epocha Leonis iis verbis *honore recondidit*, uti in editione. Deinde sequitur caput LXVI. *de reliquiis sextae aetatis*.

*Cicero's fragm.*

Visio fratris Vuetini, ab Inventario commemorata non apparet in codice.

---

A D C O D I C E M 57.

Servatur in bibliotheca Vaticana distinctus numero 5751. Cum ita describit Faustinus Arevalus *S. Isidori Hisp. Opera omnia Romae 1797. p. III. pag. 287.*

Membranaceus in fol. parvo, corrosus, et mutilus. In Inventario notatur esse in hoc codice Poenitentiale Romanum genuinum, a Morino editum. Inscribitur: *Anastasius bibliothecae Pontificiae. Initio Synodus Agathensis: Quum in Dei nomine, et permissu Domini nostri etc. Pag. 2. initio: Liber S. Columbani de Bobio caractere veteri, ut in Sedulo Taurinensi, de quo cap. 3. Proleg. Seduli dixi. Pag. 3. terg. subscriptiones Ego ... in Christi nomine etc. subscripsi ... anno xxii. regni Domini nostri Alarici regis. Finit. Sequitur quoddam Poenitentiale: Quotiescumque christiani ad poenitentiam accedunt etc. non quia in vino est luxuria, sed in ebrietate. Explicit prologus. Si quis forte non potuerit ieiunare etc. Pag. 8. Incipit Synodus Arelatensis: qui ad dedicationem basilicae S. Mariae convenerunt ... Hoc inter se observandum esse diffiniunt.*

Pag. 9. rubrica: *Incipit de utilitate poenitentiae, et quomodo credendum sit de remissione peccatorum per poenitentiam. Excepto baptismatis munere etc. Desinit censuram Canonum aestimare.*

Pag. 11. terg. *In Christi nomine incipit de poenitentia Ioannis os aurei: Provida mente, et profundo cogitatu cognoscere debent etc. Desinit et invenies requiem in vitam aeternam: amen.*

Pag. 14. terg. *Incipit de octo vitia capitalia: Octo sunt vitia principalia, quae humanum genus infestant. Desinit sentiendum est. Pag. 15. Quomodo debent consilium christiani dare: insinuamus charitati vestrae, quoniam multi etc. Desinit: Dominum deprecantes. Pag. 16. Incipit de sacrificiis et remissione fratrum: sed fortasse dicant auditores ecclesiae etc. Desinit a licitis coercere se debet.*

Pag. 18. De poenitentis utilitate excerptio [forte excerptio] Alitparii [al. Alitgarii] Episcopi: Quamvis originalia et in coelo solutam promittitur. Sequitur fragmentum iam comprehensum in opusculo pag. 9. De utilitate poenitentiae etc. Pag. 19. terg. rubrica: Incipit libellus de vitis octo principalibus, eorumque remediis, quem de libris Gregorii, Augustini, nec non et Prosperi excerptimus: A Paradisi gaudiis. Lib. 2. de virtutibus. Desinit: Nunc iam qualiter unumquodque iudicio sacerdotali purgandum sit vitium, breviter est in sequentis operis libello inserendum. Rubrica Explicit liber secundus. Hoc capitulum est de epistola S. Gregorii Papae ad secundinum Inclausum, sive Inclausum, Dilectissime etc. Dilectionis tuae literas et .... redimere venit.

Rubrica eodem caractere: „Incipit Epistola Hysidori ad Masonem Episcopum: Domino vero sancto meritisque beato Masoni Episcopo „Hysidorus Episcopus in Domino salutem: Veniente ad nos famulo vestro, viro religioso Nicetio, literas etc.“ desinit aut antiquior aut potior extat auctoritas. Explicit epistola. Hae duae epistolae Gregorii et Isidori videntur esse tertius liber operis de vitis et virtutibus. Character est clarus gallicus minutus seculi X. circiter. Sequitur simili caractere rubrica: „In nomine D. N. I. C. incipit Excerptum de canonicis sententiae tantum [forte sententiarum] ex libro Bracarense Martini Episcopi Gallitiae de diversis conciliis“ Extat in collectionibus Conciliorum. Succedunt Excerpta Canonum in pluribus conciliis, etiam Barcillonensi. Item ex epistola Clementis Papae: Episcopus irreprehensibilis sit. Siricii, Innocentii, Zosimi, Caelestini, Leonis, Gelasii.

Pag. 41. terg. rubrica: Excerpta Theodori de Canonibus: In ordinatione Episcopi ipse debet missam cantare. Poenitentiale Theodori dictum. Rubrica aliquando: Item unde supra, iudicium Theodori Archiepiscopi. Item unde supra, iudicium Commeomi. Desinit Evangelium legens super humeros ponat. Sequitur epistola Clementis Papae de Sacramento Dominici corporis: Quoniam sicut a Patro. Item: Ordo ad dandam poenitentiam: Primum interrogas eam. Synodus Romana Bonifacii Papae II. Post Consulatum Lampadii etc. Pag. 62. terg. ode sapphica Adelardo Episcopo. Siderum fautor dominusque coeli etc. fortasse Alcuini.

Pag: 71. terg. caractere veteri, sed alterius manus elegia: *Lamentum R ... cuiusdam [forte Religiosi] literae fere iam evanuerunt. Incipit: Nocte dieque gemo, quia sum peregrinus et egens [forte aeger] Attritus febribus nocte dieque gemo. Distichum 3, et 4. Magne Columba, roga Dominum, ne spernar ab ipso. — Quo reddar sibi met, magne Columba, roga. — Sancte Zeno, famulum miserum ne despice, quaeso. — Redde Columbano, Sancte Zeno, famulum. Intermiscetur in hoc codice quaedam Decretales Romanorum Pontificum, et epistolae Imperatorum*

### AD CODICEM 58.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana, haud tamen illum inter immensas codicum scriptorum opes offendere mihi contigit. *Ante annos minimum mille conscriptum ex characterum forma augurabatur Muratorius, [1] qui miscellaneum volumen ita recensebat = Dogmatis liber nullo auctore notatus alius non est, quam Liber de Ecclesiasticis Dogmatibus, qui olim sub S. Augustini nomine circumferrebat, nunc ab omnibus Gennadio Massiliensi Presbytero adscribitur. Nonnullas in hoc Opusculum Observationes meas expectet Lector in libello quodam propediem typis commendando. Post Bachiarium Apologiam et Symbolum Quicumque [2] haec subsequuntur. Incipit de Ascensione Domini N. I. C. Sermo dicendus. Domini N. I. C. Adventus ac Ascensio multas fratres Carissimi nobis praestitit festivitates; nascitur enim primum, Magis ostenditur, post paulo patitur, resurgit, ascendit, ut nos cum eo nasceremur etc. Deinde fragmentum subiicitur, cuius initium ita se habet: Deus Trinitas invisibilis est, invisibilis etenim atque immensa paternae bonitatis maiestas nullis antiquitatibus cognita, nec praeteritis aeternitatibus visa divinitate tantum intra se omnia continens sibi soli quid sit, et quanta sit, nota est etc. Ita vero concluditur: nam*

[1] Anecd. II. 8.

[2] Bachiarium Fidem seu Apologiam edidit Muratorius Anecd. II. 9. sq. Symbolum vero Athanasianum ib. 225,

*fides plus sentit, quam disputari queat.* Ad quemnam auctorem sermo sit referendus, me fugit. Fragmentum fortassis ex operibus S. Ambrosii desumptum est, quod in praesentia examinare non vacat. His additur *Hieronymi Fides*, eadem omnino, quae sub Damasi Romani Pontificis nomine inter S. Hieronymi opera olim fuit evulgata = Hucusque Muratorius *Anecd. II. 224.* Vide nos ad codicem 36.

---

### A D C O D I C E M 59.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota M. 77. Membranaceus, saeculi XII. 4<sup>o</sup> min.

Tenet Anastasii Bibliothecarii Vitas Romanorum Pontificum, quibus hic praefigitur titulus „Incipit liber in quo continentur acta beatorum pontificum urbis Romae.“ Multa de hoc codice disserit Muratorius *Rerum Italic. III. p. VII.*, qui characterum specimen aere incidendum curavit, atque varietates lectionis cum fide excerptas dedit.

Primum ac postremum folium in libro compingendo ex alio codice huc traductum exhibet fragmentum S. Augustini *de doctrina Christiana* his verbis incipiens *quae tamen plena sunt omnia pestifere curiositatis et cetera quae lege sis lib. II. n<sup>o</sup>. 37.* Scriptura eius generis est, quod sexto saeculo facile adscribitur.

---

### A D C O D I C E M 60.

Chartam geographicam huic parem vidi in bibliotheca Parmensi, ad quam facile a Bobiensi coenobio migrare potuisse quisque sentit.

---

### A D C O D I C E M 178.

Membranaceus fol. parvo. haec habet adnotata: „Hunc modicum „libellum Smaragdus ex diversis virtutibus collegit, et ei nomen diademata monachorum imposuit; quia sicut diadema fulget gemmis, ita et „hic libellus fulgeat ex diversis virtutibus.“



· A D C O D I C E M 62.

Servatur in bibliotheca Taurinensi huius codicis lacinia multorum foliorum in 8° minimo, quam inveni inter Bobienses membranas. Scriptura facile pertinet ad saeculum XIII. Commentarium contuli cum illis Bedae, Ambrosii Ansberti, Andreae Caesareae archiepiscopi, Victorini, Aretae, atque ab his plane differre vidi. Multa habet, quae congruunt cum Anonymi commentario in Apocalypsim edito inter opera D. Augustini tom. III. in Appendice. Iam quum Anonymus breviter Primasium episcopum; iure videor asserere Bobiensem nihil esse, nisi aliam epitomen Commentarii Primasii, quod vide in *Biblioth. Patrum Lugd.* tom. X.

---

A D C O D I C E M 156.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota F. 60. Membranaceus, saec. VII., charact. longobard. 4° min., sed bene multas membranas minoris moduli, informes etiam, atque orbiculares contulit amanuensis, quem adeo maxima membranarum inopia laborasse existimo.

Manus saeculi XI. in prima pagina titulum universo codici fecit scribens *sententiae sanctorum doctorum*; nec a vero ablusit. Hunc codicem breviter attigit Montfauconius *Diar. Ital.* pag. 18. lin. postrema; fusius vero enarravit Muratorius *Antiq. Ital.* III. 844., qui multa exscripsit, ediditque fragmenta Philippi, Cassiani, Iuliani Pomerii, aliorumque. Alia vidi Paulini, Hieronymi, Augustini, quorum authenticae eadem fiducia concedenda est, quae Catenis. Ex hoc eodem codice excerptisse credo Muratorium fragmenta S. Paulini, quae in *Anecd.* tom. I. p. 215. vulgavit.

---

A D C O D I C E M 66.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana distinctus nota C. 74. Membranaceus „codex venerandam sapit vetustatem. Characteres quadrati,

„ac minutissimi, miraque venustate rectis lineis inter se distincti, saeculo, ut arbitror, nono elaborati fuere“ ita Muratorius [1]

Tenet

1<sup>o</sup>. *Venanti Honori clementiani fortunati presbyteri italici carmina* in libros undecim tributa. Omnia fere poëmata, quae Michaël Angelus Luchi Romae edidit anno 1786., exhibentur in codice, paucis exceptis; sic carmen viii. ix. et x<sup>um</sup> libri secundi non habet codex. Absoluto libro undecimo librarius adnotavit *explicit in quantum habuit auctor usque finem.*

2<sup>o</sup>. Absque ullo titulo incipit prologus, quem consequuntur libri iv. de Vita S. Martini editi ab eodem Angelo Luchi.

3<sup>o</sup>. Nulla praemissa epigrapha, incipit

„Lingua prophetarum cecinit de virgine partum“ nempe carmen vi. libri viii. editionis Luchi, adeo rarum, ut ex fide duorum tantum codicum prodierit. At Bobiensis finem facit in altero versu distici xvi.

„Quod [sic] Deus complexus carnem est caro“

4<sup>o</sup>. „Temporibus Vigilii Papae obsessa est urbs Roma aggoetis et longobardis in qua erat arator subdiaconus qui hoc opus composuit, qui captus ab ostibus ductus est ad aulam regis qui praedictam urbem obsidebat ad serviendum in servitute .... tale votum fecit beatis apostolis ut si eum liberarent metrico carmine eorum actus componeret [2] quod votum liberatus complevit.“

Tum incipit

„Qui meriti florem maturis sensibus ortum“ nempe est Aratoris subdiaconi carmen, quo librum suum Floriano Abati nuncupavit; proximum est aliud Vigilio Pontifici inscriptum; tandem „Incipit liber Actuum Apostolorum secundum Aratorem versificatorem subdiaconum Ecclesiae Romanae. Incipiunt capitula“ quae historiae summam referunt: haec desiderantur in editione Aldina, contra codex non habet prosaicas enarrationes carminibus insertas, quae textus Aldinus praefert. Lectionis varietates haud contemnendas identidem vidi

---

[1] in *Prolegom. in S. Paulini natales nunc editos. Anecd. tom. i.*

[2] codex *componere*

5°. Paulini Natales libris xii. comprehensi. Incipiunt

„Quid nūc ih̄m n̄ vinc̄ta voce professus

„Contemnendo truces meruisti evadere poenas scilicet exordiantur a 4°. versu natalis primi [Biblioth. PP. tom. vi. p. 272.

Liber xii. desinit hoc versu

„Nominis obtineat felices vivere felix.

Ad huius codicis fidem Muratorius [1] vulgavit ineditos S. Paulini Episcopi Nolani Natales, nec non *Poēma Ultimum*, quod libro xii. attexitur.

6°. *Incipit opus Paulini Petrecordias de vita S. Martini episcopi versibus.*

„Sparserat in toto lumen venerabile mundo etc. editum, confer etiam Muratorium. [2]

7°. *Incipiunt Epigrammata Prosperi viri eruditissimi Agastini de florata*, quae vulgata prostant in *Bibliotheca* PP. tom. viii. pag. 86 sq. In fine. *Explicit epigrammata Prosperi.*

8°. *Incipit exortatio eiusdem ad uxorem.*

„Age jam precor mearum comes in remota rerum

„Trepidam brevemque vitam domino deo dicemus.

In Biblioth. PP. tom. viii. p. 97. sine titulo prostat

Versus Anonymi Epigrammatibus S. Prosperi subiectos edidit ex hoc codice Muratorius *Anecdof.* ii. 210.

9°. *Hec hic sunt evangelia iiii. versibus G. Vetti Aquilini iuveni ac presbiteri.* Iuveni Evangelica historia in libros iv. tributa saepe lucem vidit. Ad calcem „G. Vetti Aquilini sive Iuveni p̄bri evangeliorum liber iiii. explicit feliciter Amen Am Amen.

10°. *Incipit liber Catonis primus*

„Si Deus est animus nobis ut carmina dicunt etc., nempe Catonis disticha quatuor libris comprehensa, ac saepe edita.

11°. Sine titulo sequitur Theodulfi Aurelianensis Episcopi Paraensis ad Iudices libro primo carminum edita. De ineditis versiculis lege Muratorium *Anecd.* ii. 211.

[1] *Anecd.* tom. i.

[2] l. i. praefat. ad Op. S. Paulini.

120. *Ysydori Spalensis epi extant versus titulis bibliothecae.*

„Sunt hic plura sacra sunt hic mundialia plura

„Ex his si qua placent carmina tolle lege

et cetera quae primus edidit Muratorius, [1]; et recudit Arevalus [2].

Poëma, atque codex desinit in versu

„Pigmenta gerimus pocula nulla damus“

Caetera, quae Arevalus attextuit, desiderantur in codice.

### A D C O D I C E M 67.

Servabatur in bibliotheca R. Taurinensis Athenaei, atque adeo descriptus est inter *Codd. Mss. biblioth. R. Taur. Athenaei* tom. 11. pag. 268. sq. Nunc, quod iure mireris, iacet in scriniis Regii Tabularii, quod appellamus *Archivii di Corte*, cum diplomaticis rebus.

### A D C O D I C E M 68.

Servatur in bibliotheca Taurinensi Membranaceus saeculi XI. fol. max. Tenet decem et octo priores S. Gregorii Papae libros Moralium in Iob. Praeit carmen recentiori manu descriptum, quod incipit

Sedis apostolice rector gregorius ille

Dogmatis eterni spargens hec semina genti

Apposuit supplex sacientque fercula mentes

Conditosque cibos variis dulcoribus aptos

etc.

In extrema pagina.

Obtulit ut maneat sacrum per tempora munus

supplex ac humilis abba agilulfus acris.

Christe tibi magnoque patroni nempe columbe

[1] *Anecd. II. 208.*

[2] *S. Isid. hispal. Opera omnia recens. Faustino Arevalo. Romae 1803. tom. VII.*

pag. 179.

*Ciceronis Fragm.*

Quo miserante iugi floreat auxilio.  
Divinis librum constat dogmatibus auctum.  
Exerat hinc pectus quique deo militat.  
Sedulo quem volvens christum petat ore medeste

---

A D C O D I C E M 71.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

A D C O D I C E M 72.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

A D C O D I C E M 74.

Vel iste, vel sequens 75, ille est codex palimpsestus, qui Ulphilas fragmenta exhibet supposita Homiliis D. Gregorii in Ezechielem. Vide Cl<sup>m</sup> Mai in *Ulphilae part. inedit. specim. Mediolani 1819 n<sup>o</sup>. xi.*

---

E X C U R S U S

A D C O D I C E M 77.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota B.. 159. ord. super. Membranaceus, saec. VIII. 4<sup>o</sup>., charact. maiusc.

Tenet D. Gregorii libros IV. Dialogorum a diligenti librario exaratos, quos adeo germanam tanti operis lectionem exhibere facile credo. Praeunt capitula; illa libri IV. sunt LXII., tot etiam enumerat Graeca versio, cum editio LX. recenseat. Sub finem libri haec grandioribus litteris epigraphe legitur. „Expliciant dialogorum Gregorii Papae urbis romae libri numero III. Deo favente Anastasio Abbate ioven- „[scil. iubente] Georgione peccatore scrivente legentibus aperiat Deus

„sensem scriptori tribuat indulgentiam rogo ut qui legerit non me esti-  
„met adolotorem sed oret pro me peccatore sicut nauta desiderat ad-  
„propinquare ad prosperum portum ita scriptor ad ultimum versum.“  
Iam vero Anastasius Abbas Bobiensis commemoratur in diplomate  
Flavii Bachis Longobardorum regis, anni 747., confer *Rossetti. Bob-  
bio illustrato* III. 59.

---

## A D C O D I C E M 81.

Servatur in bibliotheca Taurinensi Membranaceus saeculi. XII. 4<sup>o</sup>.  
Prima tamen undecim folia, atque postremum, quae supplevit Abbas  
Gregorius de Crema, pertinent ad saeculum XV.; usus hic est mem-  
bris cultro evasis nullius antiquitatis atque momenti. Tenet

1<sup>o</sup>. Vitam S. Gregorii Papae a Iohanne Diacono comprehensum  
quatuor libris. Maxime consonat cum edita, quam vide in postremo  
volumine. Operum D. Gregorii Magni.

2<sup>o</sup>. „Incipit sermo Bede de eo qui in provincia Nordannimbrorum  
„a mortuis resurgens multa et tremenda et desideranda que viderat  
„narrabat“ etc. nempe est caput XIII. libri V. *Ecclesiasticae Historiae  
Gentis Anglorum* ven. Bedae, paucis tamen demtis, quae ad Henigils,  
Regem Alfridum, et Drithelmum spectant.

---

## A D C O D I C E M 82.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota G. 58. ord.  
super. Membranaceus, saeculi XI. 8<sup>o</sup>.

In eo sunt.

1<sup>o</sup>. *Regule definitionum Beati Papae Gregorii maioris*. Harum  
regularum ad res canonicas, potissimum vero ad episcopos, pertinens  
tium elenchus praemittitur tributus in titulos XXXI., quibus totidem D.  
Gregorii vel epistolae, vel epistolarum fragmenta respondent id decla-  
ratura, quod in titulis propositum est. Primo titulo: *Quod non sit no-  
vum in eligendo episcopo populi se vota in duas partes dividere et ta-*

lis eligatur qui non solum de salute animarum verum etiam de extrinseca subiectorum utilitate et cautela sciat esse sollicitus, respondet illa Gregorii Epistola *Nec novum nec reprehensibile*, quae est LXII. lib. I. ed. Maur. Postremo titulo, nempe XXXI.: „Interrogationes beati „Augustini episcopi Cantuariorum ecclesiae et responsiones beati Papae „Gregorii ad consulta eiusdem antistitis libro superscripto tit. XXVII.“ respondent Gregorii responsa ad Augustini quaestiones, quae incipiunt: „Interea vir Domini Augustinus venit Arelas et ab archiepiscopo eius civitatis Aetherio. iuxta quam iussa sancti Papae Gregorii acceperat“ et caetera, quae excerpta sunt ex Bedae *Ecclesiastica Historia Gentis Anglorum* lib. I. cap. XXVII., atque consequitur Gregorii Epistola LXIV. lib. XI. ed. Maur.

2°. Incipit *Epistola Zosimi episcopi ad presbyteros Ravennae directa*, quae incipit: „Zosimus commonitorium presbiteris et diaconibus, qui Ravennae sunt ex relatione fratris nostri Archidami etc.“ inter Zosimi Papae epistolas edita a Mansi in *Sacror. Concil. Nova Collect.* tom. IV. col. 349.

3°. *Excerpta ex libro Legum Novellarum et codicis ad Episcopos et clerum pertinentia.*

4°. *Rabani Magonciacensis archiepiscopi Synodus anno 847. celebrata. Praeit Epistola Rabani archiepiscopi pro synodo sua ad dom. Hladonnicum impm.* tum sequitur ipsa Synodus in capita XXXI. tributa. Omnia edidit Mansi op. cit. tom. XIV. col. 899.

5°. *Incipiunt quaedam capita moderna, nempe excerpta ex variis conciliis.*

6°. *Incipit de consuetudine triduum ieiunii; de diversorum temporum ieiuniis; de modis poenitentiae inquisitio; de potente quomodo se redimat; inquisitio S. Hieronimi presbiteri.*

7°. *Incipit Liber poenitentialis. Pastoralis sollicitudine, ac devota fratrum postulatione constrictus ad componenda spiritualium vulnenum medicamentum parvitatem peritiae meae temerarius medicinatum medici pigmentorum collector ultra vires contuli etc.* Liber poenitentialis, quantum ego video, ineditus.

8°. *Incipit excarpsum de poenitentia Bedae presbiteri. Incipit:*

*De remediis peccatorum*, uti in edit. Opp. Bedae tom. VIII. col. 1127. Sequitur *De fornicationibus et earum poenitentia*, incipit *Adolescens* etc., uti in edito col. 1129. Quare codex non habet *Excerptum de canonibus catholicorum patrum*, quod paullo infra codex tribuit Eichberto; tum sequuntur alia capita, quorum pleraque leguntur in editione Bedae.

9°. *Excarpsum de canonibus catholicorum patrum vel poenitentiae ad remedium animarum domini Liberchti archiepiscopi Ebaracis*. Incipit: *Institutio illa quae fiebat in diebus patrum nostrorum rectas vias nunquam deseruit* etc., uti apud Morinum *de Poenitentia* pag. 11. [edit. Bruxellis 1685.] Praefationem consequitur caput *De capitalibus criminibus*, uti ibid. pag. 12. Deinde *De minoribus peccatis idest furto*, quod vere concinit cum extremis versibus capitis *de capitalibus criminibus* apud Morinium p. 34. ex Poenit. Andegavensi. Sequitur *De patricidiis fratricidiis quidam VII. an quidam XIII. et VI.*, uti cit. 1. pag. 34. Tum *Item cupidus aut avarus vel ebriosus* etc., uti ibid. p. 34. Postea veniunt alia capita prorsus uti in Poenitentiali Andegavensi edito a Morino. Excipe tamen, praeter varias lectiones, integram caput *De iuramento*, quod habet codex, tum etiam nonnulla ad calcem poenitentialis, quae fusiora habet codex.

10. *Incipit liber beati Augustini sive ut alii volunt Gemnadii presbiteri Massiliensis vel certe diffinitio dogmatum aeclesiasticorum Niceeni concilii in regulis LVII. ad edificationem catholicae fidei de trinitate quia non est confusa in una persona*; inter opera D. Augustini tom. VIII. pag. 75. append. In margine recentior manus adnotavit: *caute lege quia etsi dicitur aeclesiasticorum dogmatum in quibusdam dubias videtur*. Post extrema verba editionis *in moribus inveniri ineditum additamentum* exhibet codex.

11. *Incipit Tertulliani diversarum rerum necessariarum*, nempe excerpta ex Tertulliano in XXI. capitula tributa, quae edidit Muratorius in *Anecd. tom. III.*

12. *Incipit Synodus Ephesina*. Haec versio maxime facit cum illa Marii Mercatoris edita a Labbeo *Concil. tom. V. col. 725. sq.*

13. *Incipit Synodus Grangrensis*, sed pagina vacua est.



14. Synodus Romana anno 863 sub Nicolao I. celebrata. Synodē referuntur *capitula seu decreta*, uti in editione Labbei *Concil.* tom. xv. col. 651. Codex tamen singulis decretis titulos praeponit, quos editio desiderat. Post quintum decretum leguntur capita septem, quae Muratorius detexit in codice Ambrosiano D. 76., atque Labbeus edidit ib. eq. 658.

15. Synodum excipit haec allocutio: *Quod vestra Deo digna paternitas ac in Christo diligenda fraternitas etc.* edita a Muratorio *Rerum Ital. Script.* tom. 11. par. 11. p. 135. sq.

In fine codicis assuta sunt duo folia scripta caractere maiusculo saeculi vi., quae exhibent fragmentum libri S. Augustini *de Doctrina Christiana*. Prima verba *secundum linguas suas fit* respondent lib 111. cap. 36. pag. 48. tom. 111. edit. Antwerp. En venerandum antiquitate librum miserrime distractum!

Codicis vero initio alia duo assuta sunt folia, quae illud exhibent *Laudationis* fragmentum, quod Cl<sup>us</sup> Mai edidit ad calcem *Q. Aurelii Symmachi Orat. inedit.* pag. 59. sq. Vehementer animi pendebat Vir Cl. secum deliberans, quemnam huiusce orationis auctorem esse diceret; tandem fragmentum assignabat Symmacho enarranti laudes Serenae Theodosii ex fratre neptis; sed coniectura sua diffusus, iterum in pristina dubitatione manebat. Mihi quidem in eo fragmento latere videtur ignobilis orator laudes ignotae mihi reginae persequens, qui, cum magnificum stilum, simulque venustioris hominis argutias consecraretur, evasit tumidus, inflatus, inconcinnus, atque absurdus, ut adeo ne Symmacho quidem comparandus mihi videatur.

His gemina duo folia inveni inter Bobienses membranas. Par est character, par membranae altitudo, pares lineae, omnia paria. En illa.

#### Folium primum

„... pyrro testante praeconium, in quo tantum valere virtutes,  
„ut eum in acie positus laudaret inimicus. Regulum affectata poena  
„concelebrat. Deciorum famam ['] mors devota vivificat. Fabius ef-

---

[a] Codex *famamors.*

„faci cunctatione laudatur. Quid Catonem [b] repetam disciplinarum  
„libros moribus transeuntem? vel nostrum Tullium armis omnibus ac-  
„loquentiae viribus fortiorem? Quos mihi ita difficile est numerare,  
„ut vobis facile datum est felicitate superasse.

Gratam quidem oratio nostra opus in laude priscorum, quorum la-  
„voribus contiterunt [c]; sed tantum est praesentis boni publici decus,  
„ut feliciter maiores suos inumbret fortunata successio, et posteritati  
„libenter cedant qui suis saeculis homnia humana transcendunt. Nam  
„ut [d] Aventini turbam cibica dissensione pollutam, et volubilis ur-  
„nae vertiginem, totumque in campo venale taceamus; pares ne fue-  
„runt in religione maiores, cum simulacris sensu carentibus rationabi-  
„les supplicarent? Petebantur vitae remedia, quae vitae munera non  
„habebant; et, si causam antiquae fœditatis excutias, plus ille poterat  
„qui rogabat.

„Veniat nunc betustas ad medium, et, si audeat, prudentiam sivi  
„cum nostris vincet, [e] quae divina nescibit.

„lactent se prisci consules praepetum initiati semper auspiciis, qui  
„motus [h] avium etiam hominum iudicia captabunt. Firmabat tre-  
„pidum candidatum errans volatus [i]; et iudicium erat publicum, quod  
„venisset ad casum. Et nos gloriamur de sententia [l] boni Principis,  
„laetamur de consensu Senatus

*auspiciis  
quam illum*

Folium alterum.

„tenuis munera laudatoris, et, cum desiderio vestro de illo satisfieri  
„cupitis, immense praedicationis obsequia postulatis. O quam nimium  
„est amorem publicum ieiuna oratione satiare! quam [n] arduum de

[b] Codex *catonem*. Scilicet, disciplinas, quas libris illustravit, moribus  
luculenter expressit.

[c] Quis haec expediat? *Veni: consiliorum!*

[d] Codex *nam aut aventini turbam cibica*.

[e] Lege *sibi cum nostris vindicet ... nescivit*.

[h] Lege *pelmotus*.

[i] Nempe *volatus*, ut alibi saepe *b* pro *v*.

[l] Codex *desentia*

[n] Codex *satiareturque*, ut litera Q imponatur litterae E. *tul. Veni: saturare*

Humiles

quod

„celsis principibus loquitur ut quae bestia solet oratio comere audiant incauta desideris vota laudare. [o]

„Sed iustitiam vestram postulo, proceres viri, ne ab uno exigatis quod debetur ab omnibus. Cavet culpa necessitas; nec possum esse in reatum vocari, cum omnes insolenter bidentur obnoxii. Habemus quendam iustitiam, quae a me postulet infinita [p]. Quis exigat quae numerare non sufficit? repetitionis [q] inexplicabilis non tenet; de iudicem in membra semper absolunt; et magnitudo rerum respicit compensationis angustum. Patimini [r] ergo, principes viri, ut qui satisfacere cunctis non possumus, offeramus devotis viribus quae valeant. Quis enim momento omne recolligat, [s] quod tot saeculorum manus [t] larga profudit, hoc sacrarium vestris [x] implet honoribus, plebem [a] astatu pascit impensis, provincias iustitiae serenitate tranquillat, fraenat superbas gentes imperio, et illud ad solam videtur esse epussum, quod ab eius regno cognoscitur alienum?

„Macte infatigabilis triumphator, quo pugnante fessa reipublicae membra reparantur, et ad saecula nostra antiqua beatitudo reberitur. Galliam quandam [b] fuisse Romanam solis tantum legebamus annalibus, aetas non erat iuncta notitiae, credulitas incerta vagabatur.

Primum fragmentum pertinet ad Orationem, in qua laudatur Anonymus gratias Imperatori agebat pro Consulatu sibi collato. Neque Anonymus illum praetermisit tritissimum locum, quem Ausonius et Mamerianus in sua quisque *Gratiarum actione* effusa atque servili adulatione persecuti sunt, commiserantes tristem praedecessorum suorum

- [o] Quam intricate!
- [p] Haec non expedit. pro quibus *Vesme* scripsit. *quibus* puncto ante posito.
- [q] Lege *repetitio*.
- [r] Codex *partimini* ad *Vesme*
- [s] Codex *moment* \*\*\* ne recolligat, ut extrema lineamenta litterae M super sint ante syllabam NE. *Vesme* *capitulum* *momentis* *omne*
- [t] Codex *saecul* \*\*\*\*\* *anus*
- [x] Codex *sacra* \*\*\*\*\* *vestris*.
- [a] Codex *pl* \*\*\*\*\* *m*.
- [b] Sic quandam *Vesme* *compositio* *quondam*

conditionem, quos ad Consulatum evexerat non Imperatoris gratia, sed populi suffragium. Alterius fragmenti Oratio laudat Principem, qui de Galliis triumphum egerat. Stilus non aeque mihi inconcinuus et improbabilis videtur, ac ille fragmenti Ambrosiani. Ex verbis *pares ne fuerunt in religione maiores* etc., tum ex aliis *quae divina nescivit*, apparet auctorem vellicasse primaevae Ethnicorum superstitiones nondum ad philosophiae scita temperatas; sed nemo recte colliget illum fuisse Christianum. Ego vero universas huius sequioris aetatis elumbrationes, quae foetidam adulationem redolent, et a pulchri sensu, non secus ac a purgato sermone longissime absunt, haud magni facere soleo, nisi temporum historiam, leges, instituta me doceant. At quis vel in re historica illorum sinceritati fidat? In altero fragmento ille laudatur infatigabilis triumphator, qui Galliam vere Romanam fecerat. Subit animum verissima coniectura haec assentatorie magis, quam sincere dicta esse ab eo, qui coram Imperatore Imperatoris laudes celebrabat; quare incertus haereo, utrum Aureliani triumphus innuatur de tyrannis Galliarum prostratis, an ille Probi aut alius Imperatoris, qui Galliam a Germanorum aliarumve gentium servitute vindicaverit. Sed nec opus est inter historica monumenta quaerere aut verum triumphum, aut veram Galliae libertatem; cum orator facile pro adulatorio suo atque saeculi ingenio potuerit oratorie magis, quam vere Principem compellere triumphatoris nomine, atque adsertoris Gallicae libertatis. Mihi vero animo recolenti patientissimam atque laboris plenam diligentiam, qua Puteanus, Schwarzius, Livineius, Iaegeus, aliique perpetuis adnotationibus ita illustrant Panegyricos Veteres, ut minima quaeque verba pensarent, semper visum est inutilem saepe operam collocasse. Longe rectius parem provinciam administravit Angelus Mai V. Cl. cum Fragmenta Frontonis atque Symmachi suis adnotationibus exornaturus, id sibi maxime negotii datum credidit, ut historica quaeque expenderet atque enarraret; neque enim Fronto, aut Symmachus ea elocutione atque eloquentia praestant, quae lectorem cum fructu morari debeat. Magna, fateor, de horum Rhetorum excellentia praedicarunt coevi atque posteri sermonis nitorem, figurarum vehementiam, sententiarum lumina, atque universam, qua late pa-

let, oratoriam artem ipsis adeo tribuentes, ut Ciceronem ipsum felicissime aemulatos esse affirmarent. Coaevi, inquam, atque posterum, quorum animos par, immo deterior corruptio infecerat, hoc tulerunt iudicium. Nihil sane optabilius contigit, quam laudari a laudato viro. sed quis post renatas literas recenseat Ausonium, Prudentium, Cassiodorum, aliosque illius aevi inter auctores merito laudandos, atque aequos pulchri artisque rhetoricae aestimatores? Scimus omnes post auream Augusti aetatem literas sensim sine sensu corrumpi ac depravari coepisse, donec penitus conciderint; a qua corruptione nemo non exemerit Ausonium, Prudentium, aliosque, quos adeo numquam sibi imitandos sumserit. Corrupti ergo scriptores nequibant, quin corruptum iudicium proferrent, maxime in iis, quae ad pulchri sensum pertinent. Scio eosdem maximis quoque laudibus extulisse Ciceronem. Quae laudes mihi videntur depromptae non ex intimo sensu Tullianae praestantiae, quam penitus introspicerent, sed ex traditione a superioribus saeculis accepta, quae iubebat Tullio concedendum esse principem inter Oratores locum. Si enim recte animo percepissent eximiam Ciceronis eloquentiam, numquam illam cum ampullis Symmachi comparassent; lege Macrobius *Saturnal.* v. 1. Quorsum haec disputo? Ut pateat me non multi facere inedita fragmenta, quae paulo supra vulgavi; iisque hanc tantum utilitatis speciem tribuere, ut valeant oratoriae artis depravationem sensim sine sensu delabentem ostendere.

### AD CODICEM 83.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota C. 243. Membranaceus saeculi x. 4<sup>o</sup>. Lexicon latinae linguae ad ordinem alphabeti digestum; sed unaquaeque alphabeti littera pro vario rerum declarandarum genere in varias sectiones tribuitur. Incipit: „Incipiant glose „de diversarum rerum significationibus sed primum de nominibus quae „in Deo proprie et secundum quandam similitudinem dicuntur“ Declarantur itaque 1<sup>o</sup>. Dei nomina, 2<sup>o</sup>. *vocabula et officia angelorum*, tum agitur 3<sup>o</sup>. *de hebreorum nominum interpretationibus*, 4<sup>o</sup>. *de ecclesia*

*sticis ordinibus et ministeriis*, 5°. *de libris ecclesiasticis*, *de apocriphis*, 6°. *de humanis membris*, 7°. *de linea genealogia*, 8°. *de dignitatum nominibus*, 9°. *de agonibus* etc., horum tamen vocabulorum ea tantum proponuntur, quae a littera *A* incipiunt. Lexicographus multa tacite mutuatus est a Nonio Marcello, Festo Pompeio, atque Fulgentio; quare saepe fragmenta antiquorum laudantur neque tamen emendate. Inter glossarum auctores commemorat Plinium, Catonem *in libris ad filium de agricultura*, Servium ad Virgilium, *Librum medicinale Ypocratis*, Orosium [vel Eurosium] *de natura serpentum*. Ecclesiasticos scriptores laudat Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium, Bedam, Cassiodorum, Isidorum, Alcuinum, Ravanum [nempe Rabanum], collationem Abatis Theodori, librum primum canonis Halitgarii episcopi de avaritia, librum Smaragdi in Evangelio etc., quorum nemò saeculum x. attingit. Multa legi, sed quae proba essent iam ab aliis praeoccupata vidi atque edita. Sequiores manus recentioris aetatis multa passim addiderunt.

Huc referre placet codicem Ambrosianam H. 68. nulla Bobiensis Coenobii nota insignitum, sed quem Bobiensibus Monachis acceptum esse referendum testatur Olgietus in praemisso folio. Membranaceus saeculi xi. 4°. min. Tenet Lexicon rerum praesertim sacrarum, atque vocum sequioris latinitatis, quibus passim graeca vocabula, uti *Amar-tetes*, *Anorexia*, *Apoleterium*, *Asceterium* etc. inserantur. Glossae contractiores sunt, quam in praecedenti Lexico. In margine citantur Isidorus, Virgilius, de Glossis, Ypocras, Orosius, Augustinus, ex libris medicinalibus, liber officiorum, Ambrosii Moralia et Exameron etc. Auctor multus est in ecclesiasticis vocabulis declarandis; tum ad calcem cuiusque alphabeti litterae addit varia excerpta ex operibus SS. Patrum, nec non scholia in varia Sacrarum literarum loca. Animantium nomina atque indolem exponens narrat mira atque absurda. Incipit: „*A*, „littera in omnibus gentibus ideo prior est litterarum, prout ipsa prior „nascéntibus vocem aperiat. Abba syrum nomen est. significat in la- „tinum pater. quod Paulus Romanis scribens exposuit dicens. in quo „clamamus abba pater in uno nomine usus duabus linguis“ etc. Glossam ad litteram *A* descripsit auctor ex Isidoro *Etymolog.* I. 4.; aliam

ad vocem *Abba* ex eodem Ispalensi doctore Etymol. vit. 13. Dicta sufficient, ut quisque videat hoc Lexicon abesse ab Inventaria; neque enim congruit cum codice n<sup>o</sup>. 34.

---

A D C O D I C E M 86.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

A D C O D I C E M 87.

Ulphilae fragmenta detexit Cl<sup>us</sup> Mai [*Ulphilae part. inedit. specimen. Mediolani 1819. pag. xvi.*] in codice Bobiensi palimpsesto inter Ambrosianos distincto nota S. 45. part. sup., qui complectitur S. Hieronymi explanationem in Isaiam, fuitque saeculo viii. vel ix. exaratus.

---

A D C O D I C E M 88.

Membranaceus 8<sup>o</sup>. mai. optimae notae. Spem facere potest optimae lectionis.

---

A D C O D I C E M 89.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota C. 301. ord. infer. Membranaceus saec. viii.; character longobardus, seu, uti reor, Saxonicus ad romanum iam inclinans; folio.

In prima libri charta haec adnotavit antiqua manus Monachi Bobi-ensis. „In hoc volumine continetur Hieronymi presbiteri Expositio „super psalterium non tamen a primo psalmo prius sed quosdam alios „indirecte prius exponere videtur. deinde ad psalmorum ordinem id- „est a primo incipiens et demum subsequenter procedens usque ad fi- „nem psalterii“ quae cum consonant cum adnotatione Inventarii.

Codex tenet 1<sup>o</sup> editam Praefationem Hieronymi in Psalmos; 2<sup>o</sup> Prologum *David filius Jesse* vulgatum inter opera Bedae tom. viii.; 3<sup>o</sup> Prologum Hieronymi ad Sophronium; 4<sup>o</sup> Expositionem in psalmum xvii. xviii. xxi. xxv. xxviii. xxix. xxxiv. xxxv. xxxvi. xxxix.; 5<sup>o</sup>. Expositionem totius Psalterii a psalmo primo usque ad postremum, codex tamen est in fine mutilus. Ita codicem describebat Muratorius [Antiq. Italic. iii. 857. sq.] qui Commentarii specimen exhibiturus integram priorum psalmoren enarrationem edidit. Dum haec a Muratorio vulgabatur, Vallarsius suam operum D. Hieronymi editionem adornaturus, multa etiam de hoc codice disseruit [in Praefat. ad Appendicem tomi vii.], atque textum subdidit Commentarii in Psalmum i. iii. et xv. Si tanti res esset, possem lectorem monere de erratis a Muratorio, potissimum verò a Vallarsio admissis in codice legendo. A. D. Hieronymo abiudicandum esse hoc Commentarium merito statuerunt Cl. Dumviri. Vallarsii animus inclinabat, ut crederet adscribendum esse D. Columbano, quem memoriae proditum est operam posuisse in psalmis enarrandis; eius vero Commentarium inter codices Bobienses servatum fuisse docet Index Muratorii [Antiq. Ital. t. iii. col. 819.] Sane stilus Commentarii consonat cum illo operum D. Columbanus. Hic graecis literis tinctus quandoque solebat graeca verba scriptis suis inserere; iam vero Commentarium interdum graeca verba laudat. Hebraice quoque scivisse Commentarii auctorem suadere possunt nonnulla loca, in quibus Hebraica veritas in medium affertur; verum praeterquamquod hanc eruditionem D. Columbanus mutuari potuerat ex Hieronymi libris, haud ille mihi videtur Hebraice doctus, qui linguam Hebraicam cum Syriaca perpetuo confundit, atque primigenium textum commemorans non assequitur germanum eius sensum.

Rectissime Muratorio animadversum est codicem scateri glossis lingua septentrionali, fortasse Scotica, descriptis. Praeter exempla a Cl. viro col. 871. allatis alia proferam

in iurgia	in immur —	obsuratione solis	vintemul
committit	dorogaib —	osanna in excelsis	slunvigthe
narraverunt ut absconderent laqueos	sechisdorigensat	son	



comminatur	dēmnaithi	—	insigniorum	curationum	innufertaie
ab excelsis	honaib idlaib	—	in excelsis		isnaib tel divib
impugnatio	ontogail	—	his verbis		usberum
percutiebat	nosenned	—	conrasit		roscaird
viros proferre	constituit	—	collundorucht.		

Sed praestat longiorem glossam ad psalmum xxxiii. exscribere, utinam recte! neque enim vel syllatam intelligo: „Ps. dd [quod vocis com-  
 „pendium notat david] rt niderb linnt in sendias canone dunaith me-  
 „nadaris intsa<sup>l</sup>so acht [vel adit] masued fonaith mentur and dialvid dd  
 „for longais co. iadomdu. tco am mondu. resaul, brethae hosvidiu mor-  
 „dusetaib doabi meleach hiterfodiraic marbtha [vel manbtha] david.  
 „conranait side laithe nand iarsin fri dd et ninaithgair et leicsi huad  
 „airducoras tar dia deilb mordraige et firboith forsinni david diadham-  
 „lad connach nin geuin inti abimelech ciadud futharcair abas et is  
 „ducalugud buide dodia iarsint soiradsin rond so er rogab dd in salm-  
 „so sis. i. bencicart.“ Huius partem vulgaverat Muratorius, qui haud  
 vidit in prima libri charta haberi poëma hac eadem lingua conscriptum,  
 quod decem et septem strophis constat. En postremas, quas facili-  
 us legi.

[1] la. theglus corm roch  
 los irna fil aet oendo  
 ros istech ndagsor dath  
 atchi intdichon adorsid

Denuas dotiagas hisatech [vel hisutech]  
 indichec tegde doichlech  
 sis iarsindiu segde chludo  
 Gigar assimmurgu.

---

[1] Evanida est littera.

Seilt insin anmin nimete  
isthomnissid cose nas  
min. emin hita tégilassa  
calchondaresa.

Christianum esse poema liquet tum ex codicis natura, tum ex nomine ihu, quod in una stropharum legi.

Apposite hic referam de similibus codicum laciniis, quas inter Bobienses chartas a me inventas non ita pridem in Taurinensem bibliothecam intuli.

Primum codicis fragmentum constat foliis octo a manu Saxonica exaratis, saeculo ix., 8<sup>o</sup> mai.; atque tenet eandem ipsam Enarrationem in Psalmos, de qua supra post Muratorium ac Vallarsium disserui — Fol. 1<sup>o</sup>. Psalmus xvii. xviii. Enarratio Psalmi xx. incipit a verbis *Longitudinem dierum in saeculum* — Fol. 2<sup>o</sup>. Psalmus xxi. Enarratio Psalmi xxii. incipit a verbis *Duxit me super semitas iustitiae*. Psalmus xxiii. Enarratio Psalmi xxiv. incipit a verbis *Confundantur iniqua agentes* — Fol. 3<sup>o</sup>. Psalmus xxv., in quo haec praeter alia leguntur: „Iudica mihi domine quoniam ego in innocentia ingressus. non „est legendum sicut quidam legunt iudica me domine si enim ita legatur iudica me intellectum facit longe contrarium ut videatur dicere „condemna me. sicut et in quinto psalmo quibusdam imprecatur ac „dicit iudica illos deus hoc autem oranti pro se non convenit dicere „postulare legendum ergo iudica mihi idest iudica pro me et in ultionem meae oppressionis accensere.“ Enarratio Psalmi xxvi. incipit a verbis *A quo trepidabo*. Psalmi xxvii. unicus verans et adsimulabor *descendentibus* etc. declaratur. Tandem Psalmus xxviii. — Fol. 4<sup>o</sup>. Psalmus xxviiii. Enarratio Psalmi xxx. incipit a verbis *In manus tuas commendo* etc. Tum Psalmus xxxi. — Fol. 5<sup>o</sup>. Enarratio Psalmi xxxii. incipit a verbis *Quia rectum est verbum domini*. Tum illa Psalmi xxxiii. exorditur a verbis *In domino laudabitur etc.* — Fol. 6<sup>o</sup>. Psalmus xxxiiii. — Fol. 7<sup>o</sup>. Psalmus xxxv. xxxvi. xxxvii. xxxviii. — Fol. 8<sup>o</sup>. Enarratio Psalmi xxxviiii. incipit a verbis *Aures autem perfecisti mihi*. Tum Psalmus xl.

Alterum codicis fragmentum constat sex foliis ab eadem manu exaratis, ac superius, in 4<sup>o</sup>, atque tenet ejusdem anonymi Enarrationem in Psalmos — Fol. 1<sup>um</sup> incipit a medio commentario Psalmi XIII. Tum Psalmus XIII. — Fol. 2<sup>o</sup>. Psalmus XV. — Fol. 3<sup>o</sup>, verso Psalmus XVI., in quo haec leguntur ad vers. 14. „Filius posuit non ut quidam aestimant carnes, qui quidem error natus est una littera addita vel prolata ut per *ovm* quod est filiorum *ovm* scriberet quod est porcorum, sed in hoc loco filios evidenter posuit“ — Fol. 6<sup>o</sup>. Psalmus XXXVII. Eodem folio verso Enarratio versus 19. Psalmi LVII, alia manu descripta. In utroque codicis fragmento sunt loca a Muratorio edita. [1]

Tertium codicis fragmentum constat foliis duobus a manu Saxonica exaratis, sed diversa ab illa superiorum fragmentorum, saeculo IX., fol. parvo. Incipit „antes caritatis manipulos cum gaudio metamus in coelo. Explicit prologus, Initium evangelii ihu xpi filii dei usque semittis eius, evangelium grece dicitur latine bona adnuntiatio interpretatur quod ad regnum dei et ad remissionem peccatorum pertinet unde dicitur penetramini et credite evangelio et adpropincavit regnum caelorum. ihu xpi salvatoris uncti. in abreo ihs missias. in greco *corap* xps. in latino salvator unctus id est rex et sacerdos dicitur dum de genere david etc.“ Anonymi Commentarium in Evangelium Marci ab eodem auctore profectus, qui superiores Enarrationes in Psalmos elucubravit. Multis glossis interlinearibus Saxonice scatet. Hunc codicem credo fuisse 93. Inventarii, in quo habetur „Hieronymi commentariolum in marcum idest Expositio super Evangelium sancti Marci, glosata in cartis grossais, et in littera longobarda“ Revera membrana est crassa.

## AD CODICEM 93.

Confér adnotata ad codicem 89.

[1] Conjectio haec facilius pertinuisse ad codicem 141, in quo habebatur „Expositio psalmorum XXX, videlicet a psalmo VII<sup>o</sup> usque ad psalmum CIV<sup>um</sup>, in littera longobarda medioc. vol.“

AD CODICES 93. 94.

Alteruter horum codicum servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

AD CODICEM 96.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota I. 101. Membranaceus saeculi VIII. 8<sup>o</sup>. litteris maiusculis et quadratis descriptus.

Liber mutilus incipit „descendit super montem sion. Item in aliam partem profetam ne quando offendant pedes vestri ad montes galigosus“ et cetera, quae sunt Eucherii Lugdunensis Episcopi *Formulae Spiritualium* cap. IV. [*Bibl. Patrum* tom. VI. p. 829. col. 2.] Consequitur caput de animantibus, aliaque ordine veniunt, quae Muratorius *Antiq. Ital.* III. 851. hunc codicem recensens, descripsit. Veror tamen, ne aurentiam fragmenti Cui omnibus approbet,

AD CODICEM 97.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota R. 12. ord. super. Membranaceus, saeculi XI. 8<sup>o</sup>. mui. Eandem codicis recensionem, quae in Inventario legitur, exhibet prima libri charta iisdem omnino verbis conclusam:

1<sup>o</sup>. Liber Chrysostomi de reparatione lapsi incipit „*Quis dabit capiti meo aquam*“; nempe est Paraenesis prima ad Theodorum lapsum ex Anonymi interpretatione, quam parvi pendit Montfauconius *Opp. Chrysost.* I. 1.

2<sup>o</sup>. In nomine Christi, Iesu, . . . incipiunt Psalmi quos beatus Hieronimus ordinavit pro penitentia esse canendos. Textus modo facit cavedito *Breviario in Psalterium*, modo longe diverius abit; edito contractior est Bobiensis.

3<sup>o</sup>. Expositio B. Hieronymi in psalmum CXVII. incipit „Centessimus octavus decimus psalmus magnum in se mysterium continet,

Cicero's fragm.

25

„sed quum continetur in eorūq. mandata. iustificatiōis testimonia. iudicia. quae utique inter ea“ Nonnihil ergo variat ab edito inter Hieronymi opp. ed. Vallarsio Veronae tom. vii. col. 323. „sed in fine prologi omnino dissidet, legit enim: „Et hoc similiter ad finem usque „textatur. Ab exordio suo magna psalmus iste Karissimi exortatur nos „ad beatitudinem quam nemo est qui non expectat. Quis enim unquam vel potest vel potuit vel poterit inveniri qui nolit esse beatus. „Qui dirigitur exortatione opus est ad eam rem quam sua sponte appetit animus humanus. Nam profecto qui exortatur id agit ut excitetur voluntas eius cum quo agit at illud propter quod exortationis „adhibetur alloquium. Ut quid ergo nobiscum agitur ut velimus quod „nolle possumus. nisi quia omnes quidem beatitudinem concupiscunt. „Sed quonammodo ad eam perveniat nesciunt. Ideoque hoc docet „iste qui dicit.“

*Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini.* Beati „esse „non possunt nisi qui in via ambulant. Via ergo non est nisi lex dei, „Quaerens ergo beatitudinem immaculatus in via sit. Et in lege domini quae beatorum via est ambulet. Non sit otiosus sine macula. „hoc est sine mortali crimine. Sed tamen discretionem facit inter maculam“ iterum haec cum editione concinit, sed post pauca rursus dissentit, ut facilius esset integrum codicem describere, quam singulas varietates proferre. Laudavit hunc Bobiensem librum Cl. Vallarsius [*Admonitio in Breviarium subsequens tom. vii. par. ii. p. xix. opp. Hierony. ed. Venet. a. 1769.*] enumeraturus varios textus *Expositionum* Hieronymi super Psalmos.

49. *Incipit liber Sci Augustini ad Simplicianum successorem beati Ambrosii. de epistola Pauli apostoli ad Romanos.* Praeest epistola praevia, quae incipit *Plenas bonorum gaudiorum litteras*; sequitur liber primus, uti in editione Opp. Augustini Venet. a. 1767. tom. xi. 411.; desideratur alter.

5. *Omelia Sci Augustini de festivitatis.* Incipit *Mignum mihi gaudium est fratres Karissimi atque deo gratias ago quia in sanctis festivitatis pia devotione ad ecclesiam convenitis.* Desinit *Let nobis concedat vobis cum complere posse quod predicamus adiuvante dno.*

„nostro ihu xpo qui vivit et regnat in secla scloꝝum“ Est Caesarii Ser-  
mo editus inter Opera Augustini tom. xvi. p. 1448: edit. Venetae, mul-  
tis variantibus scatenis.

66. *Omelia Scti Augustini de die iudicii.* Incipit „Audivimus cum  
„in Evangelio legēsetur terribilē vocē metuentiam“ Caesarii Sermo  
inter: *Opera D. August. tom. xvi. p. 898.*

7. *Sermo Scti Augustini quales sint Christiani boni et quales sint  
mali.* Incipit „Gaudemus fratres karissimi et deo gratias agimus“ *Caes-*  
*arii Sermo inter Opera D. Augustini tom. xvi. p. 1368.*

8. *Omelia ad populum.* Incipit „Igitur fratres karissimi si quis  
„vult discipulus Christi esse mandata ipsa custodiat humilitate discat  
„quia ipse ait discite a me quia mitis“ Desinit „et vitam aeternam pos-  
„sidebitis auxiliante dno nro ihu xpo cuius est honor et gloria in secla sclo-  
„ꝝorum amen“

9. *Sermo S. Augustini de dilectione dei et proximi.* Incipit „Di-  
„lecta dilectioni vestrāe de ipsa dilectione de qua dominus ait diligis  
„dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua“ Desinit  
„haec via qua ambulat dominus noster ihu xpo ipsum sequamur ut  
„non inaniter christiani vocemur. Praestante domino nostro ihu xpo  
„cum quo est do patri in unitate sps sci honor et gloria in secla sclo-  
„ꝝorum. Amen.“

10. *Omelia Scti Augustini de die iudicii.* Incipit „O fratres  
„karissimi quam tremendus est nobis dies ille“ inter *Opera spuria Au-*  
*gustini scripta celi. tom. xvii. p. 1038.*

In fine

„Hunc tibi christe deus librum theoderus offert  
„Mercedem tribus pro munere tali.“

**E X C U R S U S**  
**A D C O D I C E M**

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota C. 77. Memo-  
branaceus, saeculi VII., in 48. litterae sunt quadratae exceptis a, d,  
e, h, m, p, q, quae ad minusculam Germanam vergunt. C. 77.

*Incpt: liber. sci. isidori. epi. spalensis.* Scilicet tenet Isidori *Sententiarum* libros tres. Codex recensens *Capitula libri primi*, caput XVI. de *Ecclesia et haeresibus* bifariam distinguit, quorum alterum XVI. est de *Ecclesia et haeresibus*, alterum XVII. de *haereticis*. In libro II. enumerat capita XLV.; nam caput XLIIII. de *abstinentia*, et XLV. de *ieiunio*, respondent uni eidemque capiti XLV<sup>o</sup> editionis. Paria dic de libro III. cuius capita LXVI. recenset codex; nonnulla enim bifariam, vel trifariam dividit, uti caput LII. editionis de *iudicibus*, quod tria in capita tribuit de *iudicibus*, de *pravis iudicibus*, de *verbosis et iracundis iudicibus*. Ut adeo codex, licet maiorem capitulorum numerum prae se ferat, nihil tamen supra editionem habeat. In fine: „expt li-  
ber tertius sci isidori episcopi hic liber sancta continet dicta opus  
est eius doctrinam frequenter audire et corde tenere.

„Deo favente nazeris peccatore scribente legentibus aperiat deus  
sensum. scriptori tribuat indulgentiam.

„Rogo. ut qui legeris ores pro scriptore. simul et peccatore. si  
propitio habeas dnm. salvatorem.

„Sicut. nauta desiderat adpropinquare ad prosperum portum. ita  
scriptor ad ultimum versum.

Isidorum consequuntur *Sermones*, qui *Severiano* adscribuntur; ita enim recentior manus adnotat: *Capla Sermonu sancti Severiani. idest // deficiunt XIX.* Tum eadem manus, quae codicem exaravit, sequentem epigraphen praemitit, atque *Sermonum alienorum.*

„breb sermonum sci severiani. idest.“

1. de *homine a nativitate caeco.*

Incipit „Dominus quotiens desperatas humanorum curat corporum  
passiones deitatis suae potentiam pandit. sed in una eademque infir-  
mitate quando ordinem suae curationis inmutat causas propter quas  
hoc facit noluit nos altius perscrutari.“ Desinit „et quod seminatum est  
in contumelia resurgit in gloria.“ Nempe est *Sermo CLXXVI.* S. Petri *Chrysologi* pag. 251 ed. Venet. 1750. Vel in tantillo specimine insignes lectionis varietates deprehenduntur.

2. de *spina inmandam sardum et matum.*

Incipit „Quis solito plus sese terris aestas infuderat diu tacui. nec

„conpraessio q. ex desiderio nascitur audiendi“ Desinit „dno secuturo  
„sermone pandemus“ Est sermo LI. Petri Chrysologi pag. 81.

3. de resurrectione dni sec. mattheum sermo. II.

Primus sermo incipit „Quantum a vobis ego. a me tantum pere-  
„grinatus est sermo“ Desinit „aduc recens itineris prohibet lassitudo“  
Est sermo LXXV. Petri Chrysologi pag. 117.

Alter sermo incipit „Superiorem sermonem mariam et alteram ma-  
„riam ecclesiae“ Desinit „Iudaeae christus vivit tu et te et tuos poste-  
„ros occidisti“ Est sermo LXXVI. Chrysologi pag. 118.

5. de resurrectione dni sec. marcum sermo. II.

Primus incipit „Quoniam mattheus sanctus iam nobis q. de resur-  
„rectione dni cognoverat indicavit“ Desinit „quod sequitur proximo  
„sermone dno revelante cognoscemus“ Est sermo LXXXI. Chrysologi  
p. 127.

Alter incipit „Hodiae beatus evangelista“ Desinit „de nostra con-  
„scientia gloriemur“ Est Sermo LXXXIII. Chrysologi pag. 128.

7. de resurrectione domini sec. lucam sermo. II.

Primus incipit „Quoniam matthei et marci „Desinit „iubante do  
„quod remansit de serie lectionis“ Est sermo LXXXIX. Chrysologi pag. 123.

Alter incipit „Dum rebellis Iudaea creatorem suum debellare con-  
„tendit“ Desinit „ipse nos capere per se sentire concedat“ Est sermo  
LXXXI. Chrysologi pag. 126.

9. de evangelio sec. iohannem.

Incipit „Saepe diximus quod ds corporeis oculis non videtur“  
Desinit „ds rebellem non vult perdere cum declinat“ Est sermo CXXI.  
Chrysologi pag. 194.

10. de muliere peccatrice secundum lucam sermo. III.

Primus incipit „Ad prandium et ad pharisei prandium venisse Chri-  
„stum“ Desinit „tunc dicemus quando ea q. sunt exquentibus expo-  
„nentur“ Est sermo XCII. Chrysologi pag. 143.

Alter incipit „Quoniam sermone proximo“ Desinit „ex sequentibus  
„do auctore pandemus“ Est sermo XCIV. Chrysologi pag. 144.

Tertius incipit „Omnia q. a christo corporaliter gesta referantur“



Desinit „auctore ipso christo domino nostro cui est gloria in saecula saeculorum amen“ Est sermo xc. Chrysologi pag. 146.

13. *de eo quod dicit ego sum pastor bonus.*

Incipit „Ubi vernalis auras tempus“ Desinit „et quod in pulo de-  
„bet gaudebit in fructo“ Est sermo xl. Chrysologi p. 65.

14. *de mattheo de avaritia.*

Incipit „Dum mattheum publicanum dñs ad apostolatus fastigium“  
Desinit „debitam siue sine acutentiam“ Est sermo xxix. Chrysologi  
pag. 49.

15. *de muliere a profluvio sanguinis curata.*

Incipit „Omnes evangelicae lectiones magna nobis“ Desinit „sto  
„exclusit aeternitas tempus“ Est sermo xxxiv. Chrysologi pag. 57.

16. *de servo centurionis.*

Incipit „Christus in corpore nostro manens“ Desinit „signa et vir-  
„tutes lassant et nil proficiunt in iudaeis“ Est sermo cii. Chrysologi  
pag. 155.

17. *de ieiunio quinquagesime.*

Incipit „Suscepturi sanctum quinquagesimae de more ieiunium sc̄i-  
„re debemus quia quod corporibus humanis nitrum praestat hoc iei-  
„unium confert mentibus christianis. sensuum sordes mundat. delicta  
„labat animorum“ In fine mutilus; desunt enim nonnulla folia, quod  
ex iudicio sermonum facite intelligitur. Fragmentum huiusce sermonis  
edidit Muratorius Antiq. Ital. III. 923,

18. *de ieiunio et elemosinis.*

19. *de laude infanctum.*

20. *de mattheo publicano.*

Desinit „denique mattheus mox factus est terrae pauper et dives  
„haberetur in caelo“ Est sermo xxxiii. Chrysologi pag. 48.

21. *de natale ecclesiae.*

Incipit „Sicut magnae promissionis longa expectatio accendit ani-  
„mum“ Desinit „omnes ad cumgaudendum sui gremio caritatis includat“  
Est sermo cxxx. Chrysologi p. 193; sed in editione alia adtexuntur,  
quae Mita opinatur respicere Gallam Placidiam Theodosii imp.  
filiam.

22. *de laude episcopi.*

Incipit „Gratia vobis et votiva solemnitas ad vestrum me conven-  
tum“ et caetera quae ex hoc ipso codice vulgavit Muratorius An-  
tiqu. Ital. III. 924.

23. *de ordinatione episcopi.*

Incipit „Nemo miretur si sancta ecclesia“ et caetera quae Murato-  
rius edidit l. op. p. 926.

24. *de natale dñi sec. carnem sermo. II.*

Primus incipit „Quotiens transcurri me dies dominicae nativitat-  
is, adventat et virtutum partus fulgor orbe toto diffundet“ Desinit „hodie  
dominicum sufficiat sacramentum“ Est sermo cXLVI. Chrysologi p. 212.

Alter incipit „Audistis fratres quemadmodum nobis odie beatus ev-  
angelista generationes rettulit sacramentum christi inquit generatio  
sic erat“ Desinit „quem deum magus adoravit in terris. amen“ Est  
Sermo cXLV. Chrysologi p. 210.

26. *de fuga dñi. in aegypto.*

Incipit „Si conceptum virginis virginis partum“ Desinit „iohannes  
ne abnegaret aufugit“ Est sermo CL. Chrysologi p. 216.

27. *de pascha sermo.*

Incipit „Hodierna festivitas fratres novis vetera“ Desinit „donec  
plenitudo gentium introiret“ Est sermo LXXIII. p. 114.

28. *de patre et duobus filiis sermo. V.*

Sunt sermones I. II. III. IV. V. Chrysologi p. 1—9.

33. *de vilico iniquitatis sermo. II.*

Sunt sermones CXXV. CXXVI. p. 186—189.

35. *de scandalis quod impossibile sit non veniant.*

Incip. „In procinctu belli“ Desinit „superna sapientibus computari“  
Est sermo XXVII. p. 46.

36. *de evangelio si peccaverit in te frater.*

Incipit „Sicut in terra latit aurum“ Desinit „haec bona credere  
et videre possimus per christum dñm nostrum“ Est sermo. CXXXII.  
pag. 292.

37. *de pascha idem.*

Incipit „Plenum satis est perfecta devotionis“ Desinit „et rursus  
„concilium detulisti“ Est sermo LXXVII. p. 120.

38. *de arboris fidei*

Est sermo CVI. p. 161.

39. *de resurrectionem dñi sec. iohannem sermo. III*

Sunt sermones LXXVIII, LXXIV, LXXX.

42. *de divite et lazaro.*

Est sermo CXXIV. p. 184. In medio sermone finem facit mutus  
codex.

43. *de epifania.*

44. *de Kalendis ianuarii.*

45. 46. 47. 48. *de fide cum praefatione sermo. IIII.*

49. *de unitate baptismi.*

50. *de illicito baptismo.*

51. *de aequalitate christi et spiritus sancti.*

52. *de oratione dominica expositio.*

53—64. *de symbolo et oratione pro pentecoste sermo. XII.*

65. *de Kalendis ianuarii.*

66—70. *de ieiunio sermones V.*

71. *de iussione dñi transfretare discipulos.*

72. *de regione gerasenorum.*

73. *de eo quod dñs dormiebat in navi.*

74. *de profluvio sanguinis mulieris.*

75. *de infirmitate mulieris annos XVII.*

76. 77. *de zacharia sermones II.*

78. *de diversis parabolis.*

79. *de christo cum discipulis ascendente in navi.*

80. *de apostolo tractatum sermones VIII.*

Sunt omnes sermones LXXXVIII.

Hunc indicem sermonibus praemissum iam vulgaverat Muratorius  
*Antiq. Ital.* III. 931, qui multa de sermonibus Chrysologi tribus Se-  
veriano disputat, nec non sermones 22. et 23. ineditos Archiepiscopo  
Ravennati vindicat. At Muratorius, qui sola Severiani opera expen-  
denda susceperat, haud quaquam monuit primam codicis partem, quae

*Isidori Sententias* tenet, esse palimpsestam. Antiquior nempe scriptura subest Isidoro, quae *Recognitiones S. Clementis*, nec non *Clementinas* sistit; sic fol. 124. legi finem Praefationis Rufini, tum initium libri primi *Recognitionum*; folium 39 respondet n<sup>o</sup> LIV. libri I. edit. Cotelier; in folio 156. rimatus sum n<sup>o</sup> xv. libri III.; folio 36. desinit *Epistola Clementis ad Iacobum* his verbis *clementis itinerariam praedicationis petri sed et nunc exponere iam quae praecipiat incipiam amen* [in edit. Cotel. I. 620.]. Unum et alteram folium contuli cum editione, sed nullam offendi variantem commemoratione dignam.

Codici assuitur folium mirae antiquitatis, quod prae se fert pericopam *Esaiæ* a vers. 14. capitis LX. ad vers. 1. cap. LXXI.; textus cum *Valgata* consentit, hisce exceptis levissimis variantibus.

cap. LX. v. 15. codex legit ponam te superbia . . . in generatione  
et generatione  
20. quia dñs erit in lucem sempiternam  
et complebuntur.

Atque haec dicta sint de hoc codice Ambrosiano, quem ideo esse nonagesimum nonum Inventarii existimavi, quia Inventarium unicum hunc librum recenset *Sententiarum Isidori*. Ceterum, ut verum fatear, in alia bibliotheca vidi codicem Bobiensibus notis insignitum, et numero 99., in 8<sup>o</sup> mai. qui *Isidori Sententiarum* libros tres complectebatur, nullo praeterea addito opusculo. Quare suspicor Ambrosianum librum praetermissum fuisse a Monacho-descriptore; idem etiam in quinta voluminis membrana praeferebat numerum 58. porro codex 58. Inventarii omnino differt ab Ambrosiano.

---

## A D C O D I C E M 101.

Servatur in bibliotheca Vaticana distinctus numero 5764. Eum ita describit Faustinus Arevalus *Isidori Hispal. Opera Omnia. Romae* 1797. p. III. p. 290.

Membranaceus in 8<sup>o</sup> caractere longobardico. In prima pagina notatum est veteri manu: *Hic liber S. Columbani est.* Postea: *in hoc vo-*

*Cicaronis Fragm.*

26

lumine ista continentur. *Ysidori Éthimologiarum libri III. videlicet octavus, nonus, et decimus.* Deinde caractere antiquiori seculi fortasse noni: *Esidori Aethimologiarum libri octavi incipiunt capitula.* Post tabulam capitum caractere veteri, ut in *Sedulio Taurinensi liber S. Columbani de Bobio.* Capita tabulae sunt 56., scilicet 15. prima capita comprehendunt librum, non 8., sed 6. De novo et veteri Testamento etc., cum aliquibus interpolationibus, ut cap. 2. De historia, et scriptoribus, et vocabulis sacrorum librorum. Incipit: „Historia est „narratio rei gestae, per quam ea, quae in praeterito gesta sunt, dignoscuntur. Dicta autem graece historia *ΔΙΣΚΑΜΩΗ ΙΣΤΩΡΙΝ*, id est „audire, vel cognoscere. Historiae autem ideo MONUMENTA vocantur eo, quod memoriam tribuant rerum gestarum. Veteris Testamenti „secundum hebraeos hi prohibentur Auctores etc.“ Cap. 7. in fine: *prius epistolae: Breulius prius epistolarum colloquia.* Cap. XI. *Carmina, quas ignes novimus aërios.* Cap. 14. *quorum gesta in hoc coepta corpore condita continentur.* Ibid. *unde et concilium consilium, c in s littera transeunte.* Caput 15. codicis desinit in *Amen significat . . . in caelo resonant, quod pertinet ad caput 19. Breulii.*

Sequitur in codice cap. 16. *Cassiodori de titulis psalmodum.* In primo libro *Paralipomenon etc.:* usque ad cap. 27. de psalmis disscribitur ex Cassiodoro, ut videtur. Caput 26. est de psalmo cxxviii. *Psalmus iste hebraeis est elementis etc.*

Sequitur cap. 27. *Item de officiis: Osanna in alterius linguae significatione in toto transire non potest etc.,* ut cap. 19. Breulii. Ibid. *sacrificium dictum quasi sacrificatum, quod prece mystica etc. . . . et sanguine Christi,* ut Breulius: *ibid. sunt autem sacramenta baptismum, corpus et sanguis Domini, quae ob id etc.* Breulius *baptismum, et chrisma, corpus et sanguis.* Sequitur cap. 28. de Trinitate. *Trinitas appellata, quod sit totum unum ex quibusdam tribus etc.* Est cap. 4. lib. 7. Breulii, usque ad *Ego dixi, Dii estis.*

Caput 29. de Angelis, apud Breulium est caput 5. lib. 7. In eo omittitur *Uriel . . . praeceptum est.* Caput 36. de homine *Homō dictus, quia ex humo factus.* Haec excerpta sunt ex cap. 1. lib. XI. apud Breulium. Caput 31. de Apostolis *Apostoli missi interpretantur.* Excer-

ptum ex cap. 9. lib. 7. Sic alia capitibus sequentibus ex eodem libro 7.

Caput 37. de Ecclesia et Synagoga *Ecclesia graecum est etc.* ex libro 8. cap. 1. Ita alia capita ex eodem libro. Caput 40. Expositio Symboli ex S. Augustino homil. 23. in Ioan.

Caput 41. exhibet rubricam: *De Cathecumenis Ysidori in libro officiorum.* Sic alia ex aliis Patribus: et caput 43. de pompa ex Hieronymo, et *Hysidoro.* Capitibus 16. 47. 66., quod est ultimum *De impositione manus Pontificis* laudatur Ysidorus. Sequitur pagina 71. sine titulo tabula capitum 84. *De disciplina et arte etc.* Prima sex capita excerpta ex libro 1. et 2. Etymol. Alia sex capita seqq. ex libris 3. 4. 5. Etymologiarum; et quaedam ex Beda nominatim. Sic fere procedit compendium Etymologiarum, sed non servato ordine librorum. Caput 83. de triumphis: *Omne regnum seculi huius bellis quaeritur, victoriis comparatur. Victoria dicta, quod vi, id est virtute adipiscatur etc.*

Caput ultimum 84. Descriptio provinciarum Italicarum: *Prima igitur Italiae provincia Venecia est etc.* Sequuntur alia excerpta ex Isidoro de homine et eius partibus, de aetatibus etc. Alia, fortasse ex aliis, De vitiis et virtutibus. Pag. 191. *De septem regulis legis: Ysidori: Septem esse inter ceteras regulas etc.* ex libro 1. sententiarum cap. 19.

## AD CODICEM 103.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota 2. 99. Membranaceus a librario longobardicae atque latinae linguae imperito exaratus saec. IX. in 4<sup>o</sup> [si bene memini].

Tenet Isidori Hispalensis Etymologiarum libros x. Praeit index librorum. Tituli codicis non examussim respondent illis arevali, quod etiam dictum velim de recensione capitum; scilicet contractior est in codice capitum numerus, ut paria argumenta sub uno eodemque capitulo concludantur. Nihil tamen in codice desideratur; at lib. II. cap. xxvii. abest additamentum Grialii *haec omnia in libro perihermeniarum... reperitur*, quod Arevalus recepit.

Codex habet folia decem et septem palimpsesta, quae graecam scripturam antiquissimam a longobardica obrutam referunt. Huius specimen exhibuit Cl<sup>us</sup> Mai in *Ulphilae partium inedit. specim. Mediolani* 1819. p. 36., tabula altera, quae integram codicis paginam 123<sup>am</sup> aere incisam refert. Versatur illa circa mechanicum problema, quod post Archimedia atque Apollonii demonstrationes solvitur. In antecessum enim constituitur quodcumque solidum corpus paullo in altum levandum esse, atque in centro gravitatis appendendum, ut facilius trahi atque exportari possit. *Πρῶτον μὲν γῶν, παντὸς σειρεῦ σχήματος αἰρούμενου πρὸς τι μετέωρον, ἐυχερесеρα γίνεται [supple ἢ ἀναγωγή] διὰ τῆς μηχανικῆς ὀκλήης, ὅποταν ἐκ τῷ κέντρῳ τῷ βάρους ὄπλον ἐξαφθῇ μὴ γινομένου γὰρ τότε δυσχερῆς τοῖς ἔλκεσιν ἢ ἀναγωγή παρακολουθεῖ. Πᾶν γῶν ἔτως βάρος κῆφος τε κὶ ῥαδίως μεταγέσθαι δύναται πρὸς ὃν ἂν τις προαιρηται τόπον, ὅποταν ἐκ τῷ κέντρῳ τῷ βάρους ἄγηται κ. τ. λ.* At cuinam peculiari problemati haec aptentur constare nequit ex hoc solo fragmento; pagina autem proxime praecedens legi nequit.

Bene vero legi potest extrema pars paginae 113, atque integra 114, quae in theoria speculorum comburentium versantur. Ita enim Anonymus auctor: *τὴν ἔξαψιν ποιεῖσθαι περὶ τὸ κέντρον τῷ κατόπτρῳ. τῦτο δὲ ψεύθος Ἀπολλώνιος, μάλα δὲ ον . . [deest integra linea] . . κὶ περὶ τινὰ δὲ τόπον ἢ ἐκπυρωσις [supple ποιεῖται] διασεσάφηκεν ἐν τῷ περὶ τῷ πυρὸς ὃν δὲ τρόπον ἀποδείκνυ . . [desideratur integra linea] . . . δυσέργως, κὶ διὰ μακροτέρων συνίεσην. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὰς μὲν ὑπὲρ αὐτῶ κομιζομένας ἀποδείξεις παρῶμεν, ἄς δ' αὐτοὶ προεισεφέροντο [codex προεισεφερον] ἐκφέσθαι πειραθῶμεν ἕχ ὡς ἀντιπαρατιθέντες ἐκείναις ταῖς ἀποδείξεσιν [τὸ γὰρ ὡς ἀληθῶς λύγνοιο χελειδόνες ἰσον ἔλθειν] ἀλλ' ὡς αὐτοὶ δεδουημένοι προυποθέσθαι τοῖς χρησμοαθῶσιν ἐμμαθῆμασιν εἰρημηνοῖς.* Sequitur ipsa geometrica demonstratio, quae tot geometricis siglis atque scripturae compendiis scatet, ut lectu difficilis difficilior declarari possit. Vidi tamen agi de radiis solaribus in speculum incidentibus, eorumque refractione, tum de varia speculi inclinatione. Differunt ista a Fragmento Anthemii, quod Cl<sup>us</sup> Dupuy edidit in *Memoires de l'Acad. des Inscrip. et B. L.* tom. xlii. p. 392. sq., neque facile patet cuinam ex multis mechanicae rei scriptoribus graecis assignanda sint.

A D C O D I C E M 104.

Servatur in bibliotheca Vaticana distinctus numero 5763. Eum ita describit Faustinus Arevalus *S. Isidori Hisp. Opera Omnia. Romae 1797. p. III. pag. 289.*

Membranaceus in fol. characteres Longobardico, simillimo illi, qui in papyris antiquis observatur. Initio *Liber S. Colambani de Bobio*, ut in Sedulio Taurinensi: titulus recentior: *Ysidori Ethimologiarum libri 21*. Alius: *Tractatus Ysidori Ethimologiarum*. In ima pagina characteres gallico saeculi XI. circiter: „Obtulit hunc librum Boniprandus „mente libenti — Columbae eximio patri; qui legeris ergo — Dic, veniam largire, Deus, meritumque repende“ Epistolae Isidori et Braulionis: 1. *Omni desiderio*: 2. *O pie etc.* in titulo: *Christique electo*; Bignaeus: *Christoque electo*. Ibi: *in qua Sinthaurius*: Bignaeus *in qua Sintharius*. 3. *Quia te incolumem*. 4. *Solet repleri*. 5. *Tuae sanctitatis*. Ibi: *et licet inemendatum prae valetudine, tamen tibi modo ad emendandum studueram offerre, si . . . pervenissem*. Desinit: *remittantur facinora. Explicit Epistola Ysidori ad Braulium Episcopum*. Rubrica. *Incipiunt libri Ysidori, characteres recentiori supra Iunioris Spalensis Episcopi ad Braulium Caesaraugustanum Episcopum, vel ad Sesibutum suum scilicet Dominum, et filium: En vobis, sicut pollicitus sum, misi opus de origine quarumdam rerum ex etc.* ut Bignaeus. Rubrica *Haec sunt capitula libri primi*. Sunt 24. Ultimum est *de Storia*.

De notis militar. cap. 23. ab. 24. *T tau nota etc. Quum autem imperitiam significare vellent, lamda littera usi sunt*. Desinit liber *contra naturam sunt. Etymologiarum liber primus explicit. Incipit capitula libri secundi*. Numerantur capita 22. Desinit *tertium nihil habet. Explicit liber secundus. Incipit liber tertius. Praefatio de 1111 sequentibus disciplinis. De Mathematica. Mathematica latine dicitur etc.* Capita XI. Liber quartus de Musica: capita 10. Non sunt notae musicae. Liber 5. de Astronomia, capita 44. Desinit *abducat et in superna contemplatione attollat. Breulius abduceret . . . collocaret* lib. V. De legibus capita 28. Desinit *concessum est, ut capite 27. lib. 5. Breulii*. Rubrica. *Explicit liber quintus. Incipit liber sextus. De*



Medicina etc. capita 19. Desinit corpus curetur: *Explicit de medicina liber vi. Incipit de Temporibus* lib. VII. tabula capitum XII, quorum ultimum *de discretione temporum*; sed codex imperfectus est, avulsis foliis a capite 2. huius libri. Codex est rescriptus: textus primum scriptus erat caractere romano quadrato maioris modi, una tantum linea, sive columna: pauca verba intelligi possunt, ut capite 38. de Prosa terg. *Ea misit nuncios ad Regem. In fine lib. 1. tradiditque eum Dominus in manus. Postea occurrit et castrametatur . . . Et dixerant eidem . . . Noluitque acquiescere. Videtur esse aliquid e sacris literis. Verba textus primum scripti inter se connexa sunt.*

---

### AD CODICEM 106.

Servatur in bibliotheca Vaticana distinctus numero 5765. Eum ita describit Faustinus Arevalus *Isidori Hisp. Opera omnia Romae 1797. p. III. pag. 293.*

Membranaceus in fol. parvo, caractere romano quadrato. Aliquando pro rubrica titulus capitis colore viridi exprimitur. Interdum margini duae virgulae affiguntur, quum scilicet verba aliqua aliorum describuntur, ut nunc fieri solet: sunt puncta, virgulae, duo puncta. Scribitur *ob-oedientiae*. Aetas codicis ad seculum octavum, aut nonum revocari potest. Initio, . . . nota haec *Liber S. Columbani de Bobio. Rubrica Incipit liber secundus Sancti Ysidori: caractere recentiori de ministris ecclesiasticis: Quoniam originis causas officiorum, quae in commune ab ecclesia caelebrantur [sic] . . . eorum, qui divino cultui ministeria religionis impendant, ordine persequimur. Prologus lib. 2. de offic. eccles. aliquantulum ab editis diversus. Subiungitur tabula capitum 26 eiusdem libri 2, quorum ultimum est *De manus impositione, vel confirmatione: sed codex deficit capite 19 de coniugatis ad verba quum etiam gentiles feminae viris suis serviant communi lege naturae. Ergo lex naturae.**

---

AD CODICEM 110.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota P. 40. ord. super. Membranaceus, saec. xii, 8<sup>o</sup>.

Tenet librum Prognosticorum Iuliani Toletani episcopi. De hoc libro in bibliothecis obvio, ac saepe vulgato nihil attinet dicere.

AD CODICEM 111.

Membranaceus saec. x. fol. foliorum 257. Tenet Origenis Homelias, quae in Inventario recensentur. Post illas in Hieremiam adde Homeliam 11. in Ezèchielem, quae incipit *Nullam speciem peccatorum*, atque eodicem claudit. Omnia sunt edita.

AD CODICEM 112.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota A. 135. ord. inferioris. Membranaceus saeculi xi., caractere minuto sed quadrato descriptus, fol. parvo.

Tenet 1<sup>o</sup>. Tractatum *Origenis in epistolam ad Romanos* in libros decem tributum, ex versione Rufini, cuius praecit praefatio, et librum claudit *peroratio*, perinde ut est in Editione tom. xv. p. 458. 688. In praefatione Rufini deprehendi probatorum membranarum lectionem *quindecim eius volumina*.

2<sup>o</sup>. *Commentarium Iohannis episcopi Constantinopolitani in epistola beati Pauli apostoli ad hebreos* ex versione Mutiani Scholastici saepe editum. Commentarium consequitur sequens adnotatio „explicit „commentarium Iohannis episcopi constantinopolitani in epistolam Pauli „ad Ebraeos ex notis aeditum post eius obitum a Constantino presbitero „Antiochano et translatae de graeco in latinum a Mutiano scolastico. „Deo gratias. Amen.“

Codicem, cui contigit diligens ac studiosus amanuensis, claudant tres donatoris versiculi.

„Sancte Columba tibi Scotto tuus incola Dungal  
„Tradidit hunc librum, quo fratrum corda beentur  
„Qui legis ergo deus pretium sit muneris ora.

---

A D C O D I C E M. 114.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus fol. saec. XII.  
Post *Omeliarium Dominicale Aymonis* sequuntur Homiliae de Comuni  
Sanctorum ex operibus potissimum Aymonis, Rhabani, et Bedae de-  
cerptae. Nonnulla desiderantur in fine.

---

A D C O D I C E M 115.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus fol. saec. XII.  
Tenet Sermonarium ab Adventu Domini ad Pascha, seu Homilias va-  
riorum Patrum, praesertim Leonis, Ambrosii, Gregorii Papae, Au-  
gustini, Origenis, Maximi, Fulgentii, Hieronymi, ac Iohannis Chryso-  
stomi. In fine desunt multa folia, quare desideratur *Vita et Ortus*  
*B. M. V.*

---

A D C O D I C E M 116.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus fol. saec. XIII.  
Passim mutilus, maxime vero in fine.

---

A D C O D I C E M 117.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus fol. saec. XIII.  
Passim mutilus, maxime vero in fine. Tenet Homilias eorumdem fere  
Patrum, ac in praecedenti codice, scilicet Augustini, Ambrosii, Ma-  
ximi, Gregorii Papae, aliorumque.

---

AD CODICEM 118.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus, fol. saec. XII. Revera tenet Aymonis, seu Haymonis, Homilias in Evangelia a die Paschatis ad extremam post Pentecostem Dominicam. Sequuntur Homiliae Ambrosii, Leonis, aliorumque in Evangelia, quae leguntur festis diebus Apostolorum et Martyrum. Nonnullae chartae in fine desunt.

AD CODICEM 119.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus fol. saec. XII. Tenet variorum Patrum, praesertim Bedae et Gregorii Papae Homilias in Epistolas, atque in Evangelia & vigilia Nativitatis Domini ad Pascha.

AD CODICEM 120.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus saec. XII. fol. Ea tenet, quae Inventarium diligenter enumerat.

In tot codicibus nullum vidi folium rescriptum, quod iniquae nostrae fortunae vertendum est. Hos aliosque codices Bobienses in Taurinensem bibliothecam nuperrime a me illatos commemoranti mihi percommodum accidisset, si sua quaeque nota designare potuissem, qua in pluteis nostris servatur distinctus. Verum bibliotheca Taurinensis Athenaei iam a multis annis adeo perturbata est [neque causas dicere vacat], ut libri eorum scripti tum editi ab eis viginti annos acquisiti, nedom ordine dispositi sint, suaque nota discernantur, sed vel licenter vagentur, vel in struem coacervati meliora expectent tempora, novamque aulam. Quare licet equidem enixe efflagitassem, ut hi codices sua nota donarentur, nihil tamen impetrare potui.

AD CODICEM 121.

• Ciceronis Fragmenta. In Bibliotheca Taurinensi. Membranaceus, fol. saec. XII. Tenet Ciceronis Fragmenta, quae leguntur in fine chartae.

A D C O D I C E M 121.

Membranaceus fol. tenet passiones Abelsami, Longini, Irenaei, Marciani, aliorumque; tum vitas Filberti Abatis discipuli D. Columbani, Otmaris discipuli S. Galli, Unalarici discipuli B. Columbani, aliorumque.

---

A D C O D I C E M 122.

Servatur in bibliotheca Vaticana; nam Montfaucon in *Bibl. Bibliothec. tom. 1. p. 126.* haec habet codices Vaticanos recensens = Codex 5771. Legendarium „est vetus saeculo nono scriptum, olim bibliothecae Monasterii S. Columbani de Bobio n. 122. Refert passionem SS. „Apostolorum Petri et Pauli, sed initium deest. Sequuntur vitae Sanctorum Andreae, Iacobi, Iohannis, Thomae, Iacobi, Philippi, Bartholomaei Apostolorum, et aliorum — Fol. 209. Passio S. Desiderii „episcopi et martiris Lingoniensis 3<sup>o</sup> idus februarii. Incipit: *Tempore „illo sub Arcadio et Honorio Christianis imperatoribus* — Fol. 238. „Gesta Sylvestri papae, Incipit: *Sylvester cum esset infantulus.* — „Fol. 256. Incipit vita B. Gregorii papae a ven. Beda presbytero conscripta. Incipit: *Gregorius urbe Romulea patre Gordiano.* Sequitur „Severi sulpicii ad Desiderium de vita S. Martini. Item et ad Aurelium epistolae et ad Bassulam.“

---

A D C O D I C E M 126.

Suspicio cum delitescere in bibliotheca Vaticana; vide quae dñi in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

A D C O D I C E M 21.

Membranaceus in 4<sup>o</sup>. Tenet Pauli Diaconi Expositionem super regulam S. Benedicti. Quaedam de taciturnitate. Capitula 70. Ludovi-

ci xv. Imperatoris de rebus monasticis; seu canones pro monachis statutos Aquisgranis ab abbatibus eo convocatis anno 817. Pauli Diaconi Epistolam ad Carolum regem. Ordinem in monasterio servandum.

---

AD CODICEM 129.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus saeculi xi. 8<sup>o</sup> maj. Praeter lectiones Veteris et Novi Foederis multas tenet Augustini, Gregorii, aliorumque PP. homelias.

---

AD COD. 131.

Membranaceus 8<sup>o</sup>. revera *modici valoris*.

---

AD CODICEM 132.

Membranaceus 8<sup>o</sup> min. Epistolae seu sermones sunt quatuordecim.

---

AD CODICEM 133.

Servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi.

---

AD CODICEM 135.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota G. 147. part. sup. Palimpsestus, e quo studio Cl. Mai, emergerunt Frontonis fragmenta, tum illa Symmachi. Idem etiam decem habet paginas, quae splendorem granditatemque scripturae gothicae sub minuitiore latina vix occultunt, vid. Mai in *Ulphilae part. ined. specim. Mediol.* 1819. pag. xviii.

---

AD CODICEM 136.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota M. 67. ord. super. Membranaceus, saec. XII. 4<sup>o</sup>.

Tenet Synodi VI<sup>te</sup>. Constantinopolitanae actiones XVII. Caetera congruunt cum editione Labbei, hisce exceptis, quae Anonymus Bibliothecarius Ambrosianus in schedula codici praefixa adnotavit. = Actione XVI. col. 1012. E, post illa verba *Unigenitus Dei patris filius* etc. sequuntur ea quae habentur col. 1020. D. post eadem verba usque ad col. 1044. D. *domini nostri Iesu Christi Dei nostri anathema*. Deinde sequitur actio decima octava, ut in edito. Ea vero, quae habentur a col. 1020. usque ad col. 1044 in edito, habentur iterum suo loco in mssto, exceptis subscriptionibus, quae ibi omittuntur.

A col. 1056. E. *dominus omnipotens* usque ad col. 1084. C. in nomine domini desunt in mssto Ambrosiano.

Ab initio col. 1100. usque ad 1104. E. *exemplar divinae iussionis* desunt in mssto.

Col. 1109. D. *Exemplar, etc.* usque ad *servorum Dei* desunt in mssto.

Interspersae saepe videntur in mssto voculae graecae scriptae, quae in edito nec latino nec graeco non habentur. Si quae varietates inter editum et msstum maxime in nominibus, alibi levissimae occurrunt =.

Sextam Synodum consequitur *Liber S. Augustini de bona vita*, uti in edito I. 297; tum *Aurelii Augustini de duobus animis liber contra Manichaeos* in edit. VII. 75.

In postrema charta haec legitur epigrapha

- „Obtulit ut maneat sacrum per tempora munus
- „Supplex ac humilis abba agilulfus aeris
- „Christe tibi magnoque patroni nempe columbae
- „Quo miserante iugi floreat auxilio
- „Divinis librum constat dogmatibus auctum
- „Exerat hinc pectus quique deo militat
- „Sedulo quem volvens christum petat ore modesto
- „Pavendis flammis eripiat famulum

A D C O D I C E S 134. 138.

Uterque servatur in bibliotheca Vaticana; vide me in Comment. de bibl. Bobiensi —

A D C O D I C E M 145.

Laciniam huius codicis inveni inter Bobiensia volumina, atque servat Taurinensis bibliotheca. Octo priora folia supersunt Membranacea in 8<sup>o</sup> min. saeculi xiii. Incipiunt *Hodie fratres Karissimi assumptionem sancte dei genitricis*, etc.

A D C O D I C E M 146.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota C. 48. ordin. infer. Membranaceus, saeculi viii. 4<sup>o</sup>. character ad longobardicum accedit.

„In hoc volumine infrascripta continentur Sermones „primi in „diversis festivitibus et de diversis matris. Incipiens in „coena do- „mini.“ Haec in prima charta adnotavit antiqua manus; quare suspi- cor esse codicem 146, qui, quamvis teneret *Sermonarium praedicabile incipiens ab adventu Domini*, tamen ob chartas male avulsas merito dici potuit *Incipiens in coena Domini*. Plures inde Sermones S. Maximi excerptis atque vulgavit Mabillonius *Mss. Italic.* tom. i. par. 4. praefat, et Muratorius *Anecdot.* iv. 3. Lege etiam Romanos editores Operum S. Maximi p. xviii. praefat., quos nollem scripsisse „pertinuisse codicem ipsum olim ad monasterium Bobiense, excidisse inde, „magnoque diu post pretio ab Eminentissimo . . . Cardinali Federico „Borromeo partum fuisse, inlatumque in percelebrem Ambrosianam „bibliothecam.“

Hic enim codex, uti et caeteri, a religiosissimis S. Benedicti Patribus munere vicissim ab ipso Illustr<sup>o</sup> [Cardinali Fed. Borromeo] donatis humanissime oblatus anno 1,606. fuit, quemadmodum Antonius Olgiatus Bibliothecae praefectus in praemisso folio adnotavit.



A D C O D I C E M 141.

Servatur in bibliotheca Taurinensi Membranaceus 4<sup>o</sup> min. foliorum 28, saeculi VI, quae veneranda codicis aetas persuasa fuit vel ipsi incredulo Mansi, vide eum ad Fabricii *Biblioth. med. et inf. latin.* t. VI. p. 158. ed. Venet. 1754. Tenet *Opus Paschale Sedulii*. Incipit a verbis: *ab scripturis celsioribus vacant humilioribus te quoque libenter impertias* etc., quae habentur in Dedicacione carminis p. 140. ed. Arevalo. In fine *explicit epistola sedoli ad macedoneo pbi feliciter*.

Fol. 3. incipit carmen Paschale. Nonnullas lectionis varietates enotarunt auctores catalogi *Codic. Manuser. biblioth. R. Taurinensis Athenaei*. Taurini 1749. tom. II. p. 245. sq., sed bene multas praetermiserunt probabiles, immo optimas. Iidem neque monuerunt quamnam libri editionem secuti fuerint in collatione instituenda. *Uberiorem magisque exactam codicis descriptionem* accepit Arevalus a comite Galeano-Napione de Coeconato [*Prolegom. in Sedulium* p. 40]. Ei tamen, qui novam Sedulii editionem molitur, auctor sum, ut novam ex integro collationem paret, atque spondio aperam ad irritum casuram non esse, multa enim sese offert eximiarum variantium messis; sunt etiam lectiones, quas Arevalus codici Taurinensi assignat, sed perperam. Probe vero secernantur quo a prima librarii manu profecta sunt, ab iis quae sequior emendatoris manus reposuit.

Fol. 7. verso. Ad calcem libri primi longobardica manus saeculi IX. scripsit *contuli*; tum librarius qui universum codicem exscripsit adnotavit

„expl. liber. primus. veris. testamenti

„incp. liber. primus. novi. testamenti

„legenti vita perpetua

Fol. 11. verso. Ad calcem libri secundi eadem longobardica manus iterum monuit *contuli*; tum librarius

„ . . . exprimus novitestiamenti

„incp. liber secundus legenti vita perpetua

Fol. 16. Ad calcem libri tertii

„expl. lib. secundus inc lib. III. ego abundantius

„istum librum contulifeliciter

Fol. 20. verso. Ad calcem libri quarti.

„expl. lib. iiii. inc. lib. quartus ego abundantius hunc lib. contuli.

Fol. 26. Ad calcem libri quinti

„expl. liber quintus novitamentifeliciter

Eodem verso. Incipit absque titulo

„cantemus socii dominum cantemus honorem

nampe est *Elegia* eiusdem Sedulii, quam vide p. 361. ed. Arevalo.

Fol. 28. Sic

„robeoprefatio operis sacri librorum

„novi et veteris testamenti

„pascales quicumque dapes conviva requiris

scilicet est Sedulii *Prologus* p. 151. ed. Arevalo. Ad eius calcem haec legitur epigrapha.

„EXPLICIT

„robeoincipetratum opus id est ex veteri

„testamenti liber primus et ex novo quattuor

„quod Sedulius inter cartolas suas sparsas re-

„liquid et recollecti adunatique sunt a Tuscio Rufo

„asterio et ex consolaris patricio suprascriptorum

„meditore librorum

Quae ita distinguenda atque emendanda videntur: „Robio. Incipit „sacrum opus, id est ex veteri testamento liber primus; et ex novo „quattuor; quod Sedulius inter cartolas suas sparsas reliquit, et recol- „liti [np. *recolleiti*] adunatique sunt a Tuscio Rufo Asterio V. C. et „ex consolari ordine patricio suprascriptorum; editore librorum“ Are- „valus pro *Robio* reponit *Bobio*, erat enim liber Bobiensis monasterii; „equidem credo haec voce moneri librarios de hisce versibus *rubro* at- „ramento pingendis, quom colorem revera ostentant multa huiusce epi- „graphiae vocabula. Neque rectius cetera epigraphiae verba interpreta- „tus est Arevalus, quippe qui eam mutilam acceperat a Cl. comite Ga- „brielle Napione. Sedulii libri ita distinguantur, ut primus ad vetus „testamentum pertineat, ceteri ad novum spectent; quam distinctionem „confirmant epigraphae librorum superius descriptae, ipsaeque Sedulius

significat lib. i. v. 291. sq. De Asterio-Sedulii editore vide Arevalum *Prolegom. in Sedul. p. 71. sq.*

Sedulio attechabatur sequens Opusculum Cerealis, quod non ita pridem disiunctum seorsum compactum est. Constat foliis octo ab eadem manu, quae Sedulium exaravit, descriptis, Fol. 1.

„incipitaltercatiointercatholicusetericicus arrianus

„I. quiaaequalispateretfilius

„II. deunitatequiaunus estpateretfiliusetpses

etc.

Sic porro sequitur index capitum XIX. Deinde opusculum incipit his verbis: „qualis patri filius sic dicitur apostolus paulus dixit de sen-  
„tite de nobis quod et in etc.“ Nempe est *Cerealis Episcopi, contra Maximinum Arianum* disputatio, quae habetur in *Biblioth. Max. PP. Lugduni* tom. VIII. p. 671. De auctore, eiusque sede episcopali, et de opusculi editionibus adi Fabricii *Biblioth. med. et inf. latin. ed. Mansi* t. I. p. 370. In codice desideratur edita praefatio, in qua scribendi occasio Maximino oblata, tum auctoris mens atque consilium exponitur; deest etiam brevissima illa narratio de concertationis exitu, quae sub finem editi opusculi incipit *Propositionibus istis Maximinus Arionita* etc.; cetera concinunt cum editione, si nonnullas varietates, maxime vero permulta librarii menda excipiat.

AD CODICEM 14a.

Servatur in Bibliotheca Ambrosiana. Membranaceus saeculi XII. in 8o. Palsimpsestus; a quo Gius Angeles Mai eruit, ediditque fragmenta Orationum pro *Scavo*, *Tullo*, et *Flacco*. De Tullianis reliquiis aliae erit dicendi locus, dum de Romanis Cl. Mai; nunc de Sedulio referam. Praebet Carissimi Paschalis fibrarum 1120. ad finem, tum fibrarum v. In extrema pagina *Expti operis huius sacri librorum novi et veteris testamenti libri quatuordecim*. Quibus librariis ad palterio libri 1120. adnotavit *expt. libro 1120. novis testamenti*. Codex habuit amanducan, supra quam legi potest indiligenter, atque latini

sermonis ignarum, ita ut ad singulos fere versus bis terque peccet in certissimas orthographiae et syntaxis rationes. Diphthongos absurdissimas obrudit, casuum desinentias multat, verborum coniugationes turbat. Sunt quae fortasse ex vernacula pronuntiatione depromsit, uti *sinsu*, *vindere*, *redimptor*, *en*, *ler-tea*, *magestas* pro *sensu*, *vendere*, *redemptor*, *in*, *linter*, *maiestas*. Saepissime *o* vertit in *v*, et contra, sic *globu*, *lupu*, *urbis*, *auctur*, *perjussum*, *tumolatus*, *monimen*, *titolus*. Vetustam orthographiam sapiunt *inicus*, *capud*, *adque*, *reliquid*, *sangxit*. Secunda manus codicem emendavit multis in locis, sed non omnibus. Librum contuli cum editione Sedulii a Faustino Arevalo curata Romae 1794. Praeter multa librarii errata, hasce vide lectionis varietates.

	<i>Edit.</i>	<i>Codex.</i>
lib. 17. vers.	140. luctum	ductum
	146. imperiosa sacri	imperium sacri
	160. tantum hoc gaudete	tantum gaudite
	162. scripsit	scribat
	174. facili	facile
	175. perspicuo	perspicuus
	195. dixere	dixerunt
	203. tramite pronus	tramitae planta
	225. qua	quia a prima manu
	229. inhexausti	inexausta
	254. conditor humani	conditus humanis — 2 <sup>a</sup> manus emendavit conditor
	255. haberi	habere
	257. hominem	homini
	296. mandentia . . . aurum.	madentia . . . auro.
lib. 7. vers.	7. hanc . . . horam	hac . . . hora
	9. Vox resonans per nube venit iam clarificavi Clarificemq: iterum quid apertius patre teste	
	11. at nec	ac nec
	15. sive angelus	seu angelus

	<i>Edit.</i>	<i>Codex.</i>
lib. v. vers.	19. suo . . . verbo	suum . . . verbum
	21. ministrum	magistrum
	23. famulatur	famulatus
	27. nil	nihil
	41. nec illi	neq; illi <i>ex 2<sup>a</sup> manu.</i>
	49. fecerat	fecit
	50. matre	ventre
	64. Quum moveas etc.	commoveas horiora prae- mens — <i>at 2<sup>a</sup> manu premis</i>
	69. traditus	traditur
	70. liquit	linquid
	71. pius . . . vacaret	plus . . . vagaret
	95. rabidum	rapidum — <i>at 2<sup>a</sup> manu ra- bidum</i>
	98. spuere	exspuere
	105. nequibat	nequevit
	120. etenim	enim
	128. praecurreret	procurreret
	132. tantae	tanto
	137. descendit ad usque	discendere usq.
	142. dixerat	dixerit
	143. obiicit et verum men- dax	obicit vero mendax — <i>et 2<sup>a</sup> manu obicit</i>
	155. ne dignus	nec dignus <i>a 2<sup>a</sup> manu</i>
	163. qui dominum	quod dominum.
	170. mobile semper	mobile terrae
	176. desideratur hic versus	
	202. insontis	insonti
	206, et 207 desiderantur hi versus.	
	219. vincula	vulnera
	225. deficientibus	decipientibus
	237. meruerunt	merentur

	<i>Edit.</i>	<i>Codex.</i>
lib. v. vers.	256. mamzeribus	manzaribus
	258. dum	cum
	306. produxit	eduxit a 2 <sup>a</sup> manu
	323. Flens maria flentes quae aliae cum munere matres at 2 <sup>a</sup> manus reposuit ut in edit.	
	336. data	dat
	350. pectore	corpore
	390. recludens	ludens.
	392. gnarus	ignarus
	393. dimittere	demittere
	413. parte bono	pater bonus — at 2 <sup>a</sup> man. ut in edit.
	425. in auras	in horas
	426. ad dextram sedet	et dextra sedit

---

### A D C O D I C E M 8.

Chartaceus in 4<sup>o</sup>. Tenet D. Bernardi sermones supra centum.

---

### A D C O D I C E M 144.

Confer adnotata ad codicem 89.

---

### A D C O D I C E M 147.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota I. 89. Membranaceus saeculi xi. 4<sup>o</sup>. Describitur a Muratorio Antiq. Ital. 111. 826. sq. sed post Praefationem *Poenitentiae Sanctae Taysis* sequitur 1<sup>o</sup>. *Sententia Sancti Ambrosii ad hominem penitentem qui in seculo conversatur*; incipit: *ad te adsurgo hominem quem scio esse fidelem*, editam inter

op̄era spuria S. Hieronymi tom. xi. p. 315. ed. Venetiis 1771. 2<sup>o</sup>. *Epistola S. Gregorii pape missa Palladio presbitero de monte Sina, qualiter teste veritate detractiones et odia sint toleranda*, edita inter Op. D. Gregorii M. tom. ii. col. 1092. 3<sup>o</sup>. „De eo quod male sentiant qui „dicunt non esse faciendam confessionem peccatorum sacerdotibus sed „soli deo tantummodo. Epistola haec Alcuini magistri missa ad viros „illustros“ etc. inter op. Alcuini Ratisbonac. 1777. tom. i. p. 143. epist. xcvi. 4<sup>o</sup>. „Visio quae fratri nostro Uuttino ostensa fuerat pridie ante „transitum eius“ Incipit *Cam praedictus frater uuttiuus dic sabbati cum aliquibus fratribus.*

De Wetini monachi Augiensis visione primum ab Hettone litteris mandata, postea a Walfrido Strabo versibus comprehensa vide Canisium *Thes. monum Eccles.* tom. ii. par. ii. p. 305. ed. Antverpiae 1725.

In primo codicis folio hi versus leguntur

Sce columba tibi scotto tuus incola dungal  
tradidit hunc librum qui fratrum corda beentur  
qui legis ergo ds pretium sit muneris ora

ex quibus codicis donator Dungalus colligitur. Muratorius maximam antiquitatem huic codici tribuebat, ut ante annos nongentos descriptum fuisse affirmaret; quod ideo a Cl<sup>o</sup> viro factum arbitrator, ut codicis aetas componeretur cum illa Dungalii Papiensis Professoris.

---

### A D C O D I C E M 148.

Membranaceus, in 4<sup>o</sup>. Vita S. Severini abatis constat capitulis 46.

---

### A D C O D I C E M. 150.

Membranaceus, in 4<sup>o</sup>. mai. Praeter cetera, sunt versus in festivitate S. Columbani canendi mensae tempore.

Omnia ex hoc ipso codice edidit Cl. Abbas Rossetti in *Bobbio Illustrato.* Torino 1795.

---

AD CODICEM 153.

Membranaceus 8°. mat. Vitae S. Galli praecit prologus Uualaufridi Strabonis.

---

AD CODICEM 169.

Membranaceus saeculi xi. folio. Vita S. Hieronymi presbyteri, S. Placidi et sociorum eius; Passio eiusdem Placidi et sociorum eius. Series destructionis et restorationis monasterii eiusdem Placidi. Vita S. Columbani Abbatis descripta a Jona. Excommunicationis formula.

---

AD CODICEM 159.

Servatur in bibliotheca Taurinensi Membranaceus, saeculi xiv. in 4°. min. foliorum 88. Incipit: *Al nome del salvatore nostro yhu x°.* *Incominciano Ei capituli della terza parte del uita patrum.* Sequitur index capitum cxlvii; hunc excipiant capita ipsa. In fine: *Finisce lo terzo libro de uita patrum. Deo gratias. Amen.* Ordo, atque numerus capitum concinit cum editione *Volgarissimo delle Vite de S. Padri. Verona. 1799. tom. II. p. 37 sq.* Varietates lectionis cum frequentes, tum optimae, ita ut codex dignus esset, qui conferretur.

---

AD CODICEM 169.

Membranaceus in 8°. *Regola del glorioso padre nostro sanctissimo Benedeto distincta capitibus 73.*

---

AD CODICEM 170.

Membranaceus in 8°. *Epistola del B. Eusebio mandata al B. Damaso vescovo di Portua, et allo chrystianissimo homo Theodonio senatore delli Romani della morte del glorioso Ieronimo eximio doctore. —*



*Epistola del Ven. doctorè B. Augustino vescovò mandata a S. Cyrilo arcivescovo de hierusalem de le meraviglie del glorioso Hieronymo eximio doctore. — Risposta del B. Cyrilo al B. Augustino. — Deli prodigii et miracali facti per lo sanctissimo Hieronimo dopo la sua morte che scrisse S. Cyrilo arcivescovo de hierusalem. Di S. Silvano vescovo di Nazareth et di Saviniano heretico. — Vita del glorioso Ieronimo magnifico doctore. Omnia concinere credo cum editione Vite di alcuni Santi scritte nel buon secolo della lingua Toscana. Verona. 1799. a pag. 1. ad 124.*

---

## AD CODICES CULTUS DIVINI.

### AD CODICEM 7.

Servatur in bibliotheca Taurinensi, membranaceus, saeculi xi. folj. Praeter cetera in Breviariis obvia tenet passionem S. Marci Dertonensis, nec non vitas S. Columbani, eiusque discipulorum Attalae, Bertulfi, Eustasii, et Galli a Iona descriptas. Vitae S. Bertulfi attexuntur variae historiae de primis Bobiensibus monachis concinnatae ab eodem Iona, qui Segusii natus, in Bobiensi primum, tum in Luxoviensi coenobio monasticam vitam transegit, idemque Bertulfo Romam eunti comitem se dedit. Evangelia quaeque habent suas Patrum homelias.

---

### AD CODICEM 25.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota C. 228. Membranaceus, saeculo X. 4<sup>o</sup>. mai. Tenet Lectionarium et Evangeliarium incipiens a nativitate Domini. Duo postrema folia exhibent Evangelia cuiusque feriae quintae hebdomadarum II. III. IV. et V<sup>ae</sup> quadragesimae. Nihil est, quod veterem Italiam redoleat.

---

### AD CODICEM 26.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus saeculi XIV. fol. Tenet Evangelistarium, uti in Inventario describitur; desideratur tamen initio voluminis illa praefatio generalis, quam Inventarium commemorat.

---

### AD CODICEM 27.

Servatur in bibliotheca Ambrosiana, distinctus nota C. 94. Membranaceus saeculi XII. 4<sup>o</sup>.

---

### AD CODICEM 59.

Servatur in bibliotheca Taurinensi. Membranaceus saeculi XIII. fol. Post alterum quaternionem desiderantur plura folia. Kalendario praecedunt nonnullae benedictiones.

---

### AD CODICEM 60.

Membranaceus 4<sup>o</sup>. saecul. XI. Tenet Psalterium cum notis hexaplaribus a Hieronymo emendatum.

Inter codices, qui ad Divinum cultum pertinent, haud dubito, quin recensitum fuerit Sacramentarium Gallicanum a Mabillonio vulgatum *Mus. Ital.* I. 273; sed quum incertus haeream quodnam sit ex tot Missalibus, quae in Inventario describuntur, tum peculiarem de eo annotationem ad aliquem codicem inserere ausus non sum. Sane illud connumerabatur inter 119. volumina, quae primo huius saeculi anno adhuc in Coenobio supererant; nam in Catalogo bibliothecae digesto ab Abbate Carisio hi codices recensentur *Benedictiones diversarum rerum iuxta antiquum ritum, volumen vetustissimum in 4<sup>o</sup>. ex membranis, tum Rituale vetustissimum in 4<sup>o</sup> ex membranis*; nusquam tamen librum offendi inter Bobiensia volumina, quae vidi.

Opportune hic commemorabo sex folia ecclesiastici libri antiquissimi, saeculi saltem VIII., quae inter Bobienses membranas inveni. Scriptura ad Gallicam formam pendet. Tenent varios hymnos; in his illum trium puerorum *Benedicite omnia opera domini dominum*, atque illum Ambrosianum *Te Deum laudamus*, uterque a nostris paullo abscedit; Canticum Mosis post transitum maris rubri ad fidem Italiae Veteris; hymnum, qui gesta Redemptoris nostri breviter perstringit; unicuique hymno attextuntur piae orationes. Porro ille, qui incipit *Ante lucem turba fratrum concinnemus gloriam qua docemur .... galli cantu galli plausui*, certe ad matutinas preces pertinebat, atque adeo ad horam canonicam.

Aliorum etiam librorum ad cultum Divinum pertinentium lacinias inveni etc. *comme dans le papier qui suit*.

---

#### A D C O D I C E M 45.

Servatur in bibliotheca Taurinense. Membranaceus fol. saeculi XIII. Psalterium sequitur lectionem Vulgatam.

---

Aliorum etiam librorum ad cultum Divinum pertinentium lacinias inveni inter Bobienses reliquias, sed tanti non sunt, ut singillatim recenseri mereantur. Nequeo tamen praeterire codicem Ambrosianum C. 10, qui, licet nullam praesferat notam Bobiensis Coenobii, inde tamen in Ambrosianam fuit illatus, teste Muratorio, qui illum fuisse descripsit *Anecd. tom. IV. p. 121. sq.* Est membranaceus saeculi VII vel VIII. 8<sup>o</sup>. mai. Tenet pias orationes, hymnos, collectiones ad usum Monasterii Banchorensis. Omnia edidit Muratorius l. l. sed saepe insincere. Atque, ut praetermittam alia errata ab ipso admissa, quae curiose magis, quam utiliter persequerer, iuvat ad fidem codicis iterum vulgare Hymnum, quo solebant Monachi piam suorum Abbatum memoriam recollere.

„Memoria abbatum  
 „nostrorum  
 „Sca scorum opera  
 „patrum fratres fortissima  
 „benchorensi in optima  
 „fundatorum aeclesia  
 „abbatum eminentia  
 „numerum tempra nomina  
 „sine fine fulgentia  
 „audite magna mereta  
 „quos convocavit dns  
 „caelorum regni sedibus  
 „Amavit xps. comgillum  
 „bene etipse dnm  
 „carum habuit beognoum  
 „domnum ornavit aedeum  
 „elegit scm sinlanum  
 „famosum mundi magistrum  
 „quos convocavit dns  
 „caelorum regni sedibus  
 „Gratum fecit fintenapum  
 „heredem alnum inclitum  
 „inlustravit maclaisreum  
 „Kapud [sic] abbatum omnium  
 „lampade sacra eseganum  
 „magnum scripturae medicum  
 „quos ..  
 „Notus vir erat beracnus  
 „ornatus et cuminenus  
 „pastor columba congruus  
 „querela absque aidanus  
 „rector bonus baithenus

Cicronis Fragm.

Murat. *tempora*, sed versus  
syllabis octo constare debet.

Murat. *Simlanum*.

Murat. *Fintenanium*.

Murat. *inlustravit Maclais-*  
*reum*.

Murat. *sacra Seganum*.

Murat. *Cumnenus*, scil. de-  
sideraretur una syllaba.

Murat. *Baatherius*.

„summus antestes crotanus

Murat. *Cronanus*.

„quos . .

Tantis successit camanus

vir amabilis omnibus

Murat. *admirabilis syllaba re-*  
*dandat.*

xpo nunc sedet suprimus

ymnos canens quindecimus

„zoen ut carpat cronanus

„conservet eum dns

„quos convocabit dns

„caelorum regni sedibus

„Horum slorum mereta

„abbatum fidelissima

„erga comgillum congrua

„invocamus [sic] altissima

„uti possimus omnia

„nostra delere cremina

„per ihm xpm aeterna

„regnantem in saecula

Huc referre placet parem codicem, quem Bobiensem fuisse credo. Servatur ille in bibliotheca Ambrosiana distinctus nota M. 12, membranaceus, 8<sup>o</sup>. min. tenens Bedam *de temporibus* notis Tironianis magna ex parte descriptum. At rescriptae membranæ praeferunt res liturgicas latinae saeculi VII manu exaratas. Hunc mihi innuisse videtur Muratorius *Antiquit. Ital.* III. 833. inquit: *Vidi ego in Ambrosiana bibliotheca Mistum. codicem complectentem quaedam Opera Bedae. Eius antiquitas, quantum quidem conicere potui, octingentos annos superabat. Characteres enim quadrati ac minuti erant .... Quod ibi prae ceteris adnotatione dignum censui, librarius, deleta vetustiore scriptura, membranis iis usus fuerat ad novum librum describendum. Antiquior autem scriptura litteris constabat quadratis atque mainsculis, ita ut supra mille annos ascendere mihi videretur. Inde aliquot vestigia delibavi, exempli causa: Non vox, aut lingua mortalis, sed inspiratio caelestis operetur per Dominum. Iesum Christum Filium etc. Sacri-*

ficium et ad te, Domine habe etc. *Reliqua omitto: haec enim pauca satis indicant Ritualem ordinem fuisse ibi antea conscriptum.* Atque haec Muratorius antiquitatem sequioris scripturae plus aequo exaggerans. Multas ipse paginas perlegi. Hisce precibus vidi D. Petrum obsecratum: „ministerii susceptor apud omnipotentem deum tamquam „pius magister excuset deinde pro omni ecclesia cuius ipse fundamen- „tum factus est cuius principatum indeptus est ut intercedat dominica- „rum ovium curam bonus etiam nunc pastur inpendat accepta privile- „gio potestatis legata dissolvat prevalere nobis intercessionis suae sto- „dio.“ Vidi hanc cohortationem ad Quadragesimale ieiunium suscipiendam: „ac sollicitudine caelebremus ut quo dominus noster XL die- „rum vel noctium cursum absque . . . amine sub indumento corporis „ieiunavit nam sicut reliquo anni tempore ieiunare praemium est ita „in his diebus non ieiunare peccatum est illa enim voluntaria sunt „ieiunia ista necessaria illa de arbitrio ista veniunt de mandatum ad „illa denique invitamur ad ista compellimur praecemur ergo dominum „ut nobis ieiuniorum dies tribuat ad profectu iungente desiderium qui „ita in eis salutis congruae donavit exemplo per dominum nostrum „. . . deus quem in patre et filio ac spiritu sancto indivisa divinitate di- „visis personarum nominibus confitemor te devotis mentibus depraee- „mur uti etc.“ Alias quoque vidi pias paraeneses, sic: „caritas hu- „milis benigna patientia non in conviciis lingua aspera in obtractationi- „bus os amarum non in vanitate adque iactantia multiplices sint lo- „quillae non aliud diffusa vox resonet aliud occulta mens occulat non „aemulatio nos adurat non inflat ambitio non pompa delectet sed fide- „liter dicto factoque cogitatione correcti quaecumque pia sanota caele- „stia meditemor loquamur operemur . . . deus sub cuius oculis nulla „corda non trepidant nullae conscientiae non paviscunt propitiare ge- „mentibus omnium singulorum medere vulneribus etc.“ Sunt quoque preces pro defunctis, sic: „resurrecturus nos esse promisit unde ex- „cessum cari nostri illius non appellamus mortem sed somnium. mori „timeat qui ex aqua et spiritu sancto non est renatus gehennae igni- „bus mancepetur mori timeat qui non christi cruce et passione cinse- „tur mori timeat quem de saeculo recedentem perennis poenis aeterna

„flamma torquibit etc.“ Vidi etiam *sacrificii oblationem* quandoque commemoratam, tum preces, quas *Praefationes* appellamus, ut liturgicum librum esse credam.

Nec praetermittendus est alius codex, qui licet nullam Coenobii S. Columbani notam praeseferat, neque in Inventario, fortasse quia detritus, describatur; tamen Bobiensis est, atque inter Bobienses libros delegi in Taurinensem bibliothecam inferendum. Est Antiphonarium cum notis musicis antiquis; sane ita inscribitur *Incipit Antiphonarium per circulum anni*. Tenet antiphonas, sequentias, hymnos variarum festivitatum; ad haec litanias maiores, hymnum *Gloria in excelsis* variis additamentis saepe auctum pro variis festis diebus, aliaque, quae singularem liturgiam sapiunt. Libro praecedunt duo folia palimpsesta. Antiquior scriptura exhibet fragmentum Anastasii bibliothecarii; incipit his verbis *pis iohanne constantinopolitano sentiens eo quod*, quae pertinent ad vitam S. Hormisdæ [pag. 125. col. 1. C. edit. Muratorii *Rerum Ital. Script.* tom. 111.] desinit his verbis *a miliario in omnes civitas cum cereis et cru*, quae habentur in vita S. Joannis [ibid. p. 126. col. 1. C.] Scriptura est longobardica ipsi Auctori fere coaeva; frequentes habet varietates lectionis, praesertim in numeris.

AD FRAGMENTA  
ORATIONUM CICERONIS  
PRAEFATIO.

*Cicero's Fragm.*





---

Inedita Ciceronis fragmenta commendaturus lectoribus, nihil, nisi Ciceronis nomen recitabo, quod perfectissimi elo-gii instar est. Si enim Romani Oratoris laudes persequens demonstrare satagam, illum a natura, disciplina, patriisque institutis fuisse ad summam eloquentiae praestantiam effor-matum, praeterquam quod eius gloriam deterere timeo inge-nii culpa, id demum dicam, quod inter omnes constat. Sin praestantiam foliorum a me detectorum celebrem, videar lectorum iudicium praecoccupare. Quare quam bonum fau-stumque sit eloquentiae, historiae, literisque universis meum hoc inventum, doctis viris iudicandum relinquo; ipse vero in rem praesentem veniens referam primum de codice Tau-rinensi palimpsesto, deinde de editionis ratione.

Inter libros a Bobiensi tabulario S. Columbani in Biblio-theam R. Taurinensis Athenaei illatos nobilis est, licet a nemine hucusque laudatus, codex D. iv. 22, membranaceus, saeculi xii, foliorum 112, in 8°. maiori, qui tenet D. Augu-stini *Collationem cum Maximino Arianorum Episcopo*, edi-tam Opp. t. viii. At mihi codicem attentius intuenti vesti-gia se prodebant vetustioris scripturae recentiori oblique suppositae, eaeque adeo evanidae, ut vix unam alteramve syllabam legere possem. Utebar ergo medicamento Gallae Orientalis in aqua dissolutae; sed vix, aut omnino non profi-ciebam. Nam cum scriptorium atramentum constet sulphato ferri, atque galla infusa, ferrum autem progressu temporis ab aëris efficacia oxydetur [malo enim docte, quam latine lo-qui], tum si oxydatio minima esse contingat, facile ferrum affici potest, atque exsuscitari a liquore gallae, neutiquam

vero si maxima. Paria dicantur de Prussiato Ammoniacae, quod utpote minimam acidi Prussici quantitatem in se continens, haud potest ferrum a pertinacissima oxydatione expedire. Adibam itaque collegam meum Giobert Chemiae Professore, virum, in quo nescias, utrum magis suspicias eximiam scientiam, an urbanitatem ames. Nec mora; ipse medicamentum parat. Membranas primum aqua communi lavat; tum intingit in Acidum Muriaticum, quod unicum potest librare ferrum a maximo oxydationis gradu; illas subinde mergit in Prussiatum Potassae, quod ferro vel caesium, vel viridem colorem inducit pro vario membranarum genere; tandem eas iterum iterumque proluit aqua, ne noxia Acidi Muriatici gutta foliis adhaereat. Huic efficacissimae methodo, quam postea vidimus propositam iam fuisse a Cl<sup>o</sup> Blagden in *Philosophical Transactions* 1787. part. 2., illud in primis commodum acceptum refero, quod cum superior scriptura nigrum colorem servet, inferior autem caesium aut viridem assumat, facilius altera ab altera distinguitur.

Delectios hosce codices vocant Παλιμνήσε. Ita enim Cicero *ad Trebat.* IV. 18: „Nam quod in palimpsesto, laudo „equidem parsimoniam, sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris . . . non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas;“ et Catullus XXII. 5. *nec sic ut fit in palimpsesto Relata.* Scilicet cum atramentum adhuc nigrans haud permetteret librario novam scripturam ita imponere, ut nitidus existeret codex; illud vel abstergendum curabat, vel scalpro radebat. Abrasas membranas Bobienses servat bibliotheca Taurinensis, atque vidi in aliis tabulariis; prima tamen scriptura duobus tantum vel tribus saeculis aetatem posterioris antecedit; si enim vetustissima fuisset, atque

adeo evanida, non erat cur scalpro raderetur. Iam ab hisce codicibus nihil quicquam sperandum esse quisque sentit; nullo enim medicamento erasa scriptura elici potest. Utiles ergo maximèque faciendos palimpsestos illos esse dicam, in quibus, evanescente atramenti galla, integrum, atque vitium superest oxydatum ferrum. Maiores minoresque esse oxydationis gradus superius monui; illud addam, tantum quandoque esse, ut membrana ipsa, maxime si tenuis, rodatur, atque litterae in folio ad variòs earum flexuosos ductus interciso appareant.

Explicitis foliis opusculi D. Augustini, habui folia sex supra quinquaginta vetusti codicis in 4<sup>o</sup>. maiori, quorum pars maxima exhibet Orationum Ciceronis fragmenta. Scilicet habeo Orationis *pro Quintio* folia tria; *pro Caecina* quinque; *pro Lege Manilia* unum; *pro Cluentio* duodecim; *pro Coelia* tria cum dimidio; *in Pisonem*, sex cum dimidio; *pro Milone* quinque; *pro Tullio* octo cum dimidio; *pro Scauro* quatuor cum dimidio; *in Clodium* unum; *Epistolarum ad familiares* unum; caetera vel vacua sunt, vel raras tenent glossas in Ciceronem. Scripturae specimen diligentissime incidendum curavi in tabula n<sup>o</sup>. 1<sup>o</sup>. et 4<sup>o</sup>. ut pateat tantam codici antiquitatem concedendam esse, quantam Ambrosiano, ex quo Cl<sup>us</sup> Mai reliquias *pro Scauro*, et *pro Tullio* editas dedit; hunc vero Vir Cl<sup>us</sup> ad II. aut III. christiani aevi saeculum pertinere iudicabat. Nec refragatur orthographiae ratio; scribit enim *inquit*, *capud*, *reliquid*, *ad* [pro *at*], *haut*, *quom*, *iniquom*, *salvom*, *equs*; *cotidie*, *relicum*, *aecum*; *tempto*, *pedetemptim*; *at te*, *at tuum* [pro *ad te*, *ad tuum*]; *in lustro*, *inprobus*, *ansentator*; *is* [pro *iis*], *alis* [pro *aliis*], *pecunis* [pro *pecuniis*], saepe tamen in usu est recentior orthographia *ingeniis*; *omnis* pro *omnes*, sed raro;

*adulescens, implurare, voltus, avonculus, volneratio, vortam* [pro *vertam*], *consulatur* [pro *consolatur*], *intellego, recipero*, et alia, de quibus dicam in adnotationibus. Pagina duobus laterculis constat, laterculis lineis 21. Compendia scripturae intra lineam sunt QVIB., ATQ., N., TR. PL., P., COS., P.C., P.R., PR., SC. 1, D. Q. pro quibus, atque, non, tribunus plebis, publicus, consul, patres conscripti, populus romanus, praetor, senatusconsultum, iudices, quirites. In extrema syllaba lineae eas siglas vidi, quas in Tabula n°. 5. incidendas curavi; tum litterae *m.*, et *n.* suppleantur lineola, uti in Tabula n°. 1. lin. 3. 11. Hiis vero vicariis notis atque siglis utebatur amanuensis, ne cogere- tur lineam producere ultra caeterarum ordinem, aut extre- mam vocabuli syllabam reiicere in sequentem versum. Ce- terum in dividendis vocibus, quarum pars in proximam li- neam esset transferenda, saepe posthabuit grammaticorum praescripta de syllabis. Vocabula nullo interiecto spatio di- stinguntur; quandoque tamen, ne lector anceps haereret, te- nuī virgula separantur ad hanc modum SVM'ROGASSET. Punc- tum litterae impositum illam veluti obelo configit; quod et de aliis antiquis codicibus animadversum est, atque tradunt philologi de paribus punctis in Hebraica Biblia obviis. Dicta sufficiant, ut lectores rectam membranarum ideam sibi infor- ment, simulque intelligant Taurinensem codicem differre a palimpsesto Ambrosiano reliquiarum Ciceronis. Uterque Bo- bii fuit rescriptus, uterque tenebat Ciceronis Orationes; sed pagina Ambrosiani tres habet laterculos, illa Taurinensis tri- buta est in duo; diversus quoque est Amanuensis, quod cum ex nonnullarum litterarum ductibus intelligitur, tam ma- xime ex linea transversa litterae H.

Semel ac animadverti nova fragmenta Orationum pro

*Scauro*, et pro *Tullio* exhiberi in codice, continuo intellexi haec esse componenda cum iis a Cl<sup>o</sup> Mai iam editis. Mihi vero conferenti utramque editionem a Viro praestantissimo adornatam multa se se offerebant secundis curis emendata, alia tamen videbantur criticam expectare manum. Supererant enim loca manifestis vitis deturpata, quae antequam et coniectura emaculanda susciperem, cupiebam in ipso palimpsesto attentissime rimari, si forte vestigia fugientium litterarum ad novam eamque probabiliorem lectionem me ducerent. Mediolanum itaque contendi, atque ab eximia Doctorum Ambrosianorum liberalitate, quam alias saepe expertus, haud pro beneficiis in me collatis satis laudare possum, accepi palimpsestum. Singula folia diligentissime exscripsi. Atque hic committere non possum, quin celebrem industriam ac religionem Cl<sup>i</sup> Mai, qui summa fide edidit membranas a se lectas adeo felicissime, ut quum censoris partes a me lectores fortasse expectent, illas potius laudatoris suscipere debeam, quae mihi erga singularem amicum meum longe iucundissimae contingunt. Sunt tamen nonnulla loca, ex quibus diversam ab eo lectionem eliciebam; sunt alia, quae ipse est assecutus, meis mihi executientibus oculis; et contra. De omnibus referam in adnotationibus ea libertate, quam quisque sentiet litterarum, non superbiae causa esse susceptam.

Posteaquam Ambrosianis spoliis onustus domum redii, contuli me ad folia Taurinensia legenda. Singula vero terque quaterque exscripsi; nec poenitet positi temporis. Enimvero, cum post multos intermissos dies, oculo non praedudicato iterum et tertio accederem ad membranas legendas, aliqua semper, in quibus antea erraveram, emendabam. Quare in lectione, quam sum editurus, adeo conquiesco, ut non solum

non aegre, sed libentissime feram has ipsas membranas novis curis tractari ab aliis. Quid enim? vel oculos habebō fidei meae testes, vel ipse errore liberabor, quod in maximo studiorum fructu deputandum est. Illos tamen monitos velim paginam rectam folii Orationis in *Clodium* primo quidem intuitu videri penitus oblitteratam, sed vestigia litterarum transpicui, si membrana commode luci opponatur; namque se productum translucidis lineamentis, quae debentur ferro oxydato membranam iam iamque exedenti. Paria dicta volo de folio, quod tenet Epistolam Ciceronis. Quantum laboris atque patientiae in legendo palimpsesto impenderit, norunt qui parvam operam navaverint. Efficaci tamen chimico medicamento factam est, ut omnes fere paginae revixerint.

Sed enim lectae membranae aptae erant ordinandae, ne, si undique collatis fragmentis Orationes temere consarcinarem, in praecipuam eloquentiae legem peccarem, quae est de concinna partium dispositione. Gravissima etiam hac de re agitabatur controversia inter viros pari critica facultate praestantes *Clum Mai*, atque Equitem *Niebuhr*. [1]. Tuebatur ille quam ediderat dispositionem fragmentorum Orationis pro *Scauro*; contendebat iste tertium fragmentum primo ita praeponendum esse, ut postrema verba *cum singulis disputem? quid essent omnino coniungenda eum primis non habuisti quod dages?* Utriusque ergo opinionis argumenta pensanda mihi erant; sed quò minus meum interponerem iudicium, me liberarunt Taurinenses membranae, in quibus utrumque

[1] Frontonis Op. ed. Niebuhr pag. VI. — Mai de edit. princeps Mediol. fragm. Ciceronis p. 8. — M. Tullii Cicer. Orat. pro M. Fonteio etc. fragmenta ed. Niebuhr p. 30. sq. — Mai in *Giornale Arcadico*, Roma, Settembre, 1820. pag. 349, tum *Ottobre*, pag. 117; tandem Niebuhr in *Lettre au Redacteur de la Biblioteca Italiana*, Rome, Dicembre, 1820.

fragmentum ea plane ratione coniungitur, quam Cl<sup>us</sup> Niebuhr divinando felicissime fuerat auguratus antequam ipse adverterem codicem Taurinensem suffragari coniecturae Viri Cl. Erravit itaque Cl<sup>us</sup> Mai, quod humanum est; neque rationum momenta ab Adversario proposita recte aestimavit, vix enim quicquam est difficilius, quam praeiudicatas opiniones depone-  
re. Qui error summi Viri me anxium tenebat, morebatque, ne, si egregii critici talia peccent, turpius equidem laborerem. Quare multum diuque pensitavi singula fragmenta, tandem mecum constitui illum reliquiarum ordinem, quem in editione proposui. De fragmentis *pro Scauro* nullus mihi restat scrupulus, atque confido illorum ordinem criticis omnibus facile probatum iri. Verum illa *pro Tullio* disputandi occasionem doctis viris praebere possunt; quorum ego sententias ita audiam libentissime, ut etiam provocem, in primisque laces-  
sam iudicium Cl<sup>i</sup> Niebuhr Viri criticam sagacitatem, cum blanda urbanitate coniungentis ad exemplum.

Postremum editoris officium, quod in locis depravatis, emendandis, illustrandisque obscuris positum est, vereor ne ultra quam satis esset obiverim. Pudore ipse suffundebar oculos coniiciens in amplum mearum adnotationum volumen; atque reolebam Irmischium, qui Herodiani historiam tanto commentationum, excursuum, ac notarum pelago mer-  
sit, ut textus foliorum triginta vix ac ne vix quidem appareat in editione quinque millium paginarum a se curata; quod vel Heraclidi pulmonem visu vellicasset. Sed multa recte monuerant superiores editores Mai, Heinrichus, Cramer [1], atque Schütz [2], qui adeo sua laude fraudandi

[1] *M. T. Ciceronis Orationum pro Scauro, pro Tullio, pro Flacco partes ineditae . . . . cum emendat. suis et commentariis denuo ediderunt Cramerus iurisconsultus, et Heinrichus philologus. Kiliae. 1816.*

[2] *M. T. Ciceronis Opera quas supersunt . . . . recognovit God. Schütz. Lipsiae 1817.*



non erant; horum itaque adnotata exscribebam. Idem nonnulla secus statuerant, ac mea ferret opinio; refutationi ergo locus concedendus erat. Tandem religioni duxi nulla dissimulare loca, quorum vel sinceritatem haberem suspectam, vel sensum incompertum; novi enim editorum artificium uti intemperantissime enarrantium exposita loca, ita difficiliora tacite praetereuntium. Inde est, quod supra quam statueram, cresceret mearum adnotationum copia. Ceterum, quemadmodum in extruenda fabrica utimur multiplici instrumentorum genere, quae, tecto tandem imposito, veluti inutilia removemus; ita si forte fortuna integras hasce Orationes detectas dabit, seponent posteri tot animadversiones, quae tamen illustrandis disiunctis reliquiis haud prorsus supervacaneae videbantur. Iam quam bene de Cicerone meritis sim in textu expoliendo enarrandoque definiant lectores; illos autem rogo eo potissimum iudicium intendant suum, ubi rem praecedentibus editoribus incompertam acu me tetigisse credo. Scilicet in Oratione *pro Scavro* Tullius blandis amicitiae verbis demulcet Appium Claudium, simulque exprobrat veluti fautorem totius accusationis, quam non iudicii, sed comitiorum consularium causa comparatam esse dicit; quo spectaret Orator, quidve acute innueret inter petitores consulatus recensens Appii fratrem, videor recte vidisse; superest, ut meae opinioni accedat doctorum suffragium.

Textui subiunxi scholia palimpsesti Ambrosiani ad fidem editionis Cl<sup>i</sup> Mai; neque enim illa ipse meis oculis legi praepeditus temporis angustiis.

M. TULLI-CICERONIS  
O R A T I O N U M  
PRO SCAURO, PRO TULLIO, PRO FLACCO  
ET  
IN CLODIUM  
ET  
DUARUM EPISTOLARUM  
FRAGMENTA.

B 2



TISSUAERERUMQ·GESTARUM  
SENECTUTISDEDECOREFOE  
DAUIT·

QUIDUEROALTERUMCRAS  
SUMTEMPORIB·ISDEMNU  
AUTCLARISSIMIUIRIJU  
LIIAUTSUMMOIMPERIO  
PRAEDITUS·M·ANTONIUS  
POTUITMITARI·

QUIDINOMNIB·MONUME  
TISGRAECIAEQUAESUNTUER  
BISORNATIORAQUAMREB·  
QUISINUENITURQUOM  
ABAJACEFABULISQ·DISCES  
SERISQUITAMENIPSEIGNO  
MINIAEDOLOREUTAITPOE  
TAUICTORINSOLENSSEVIC  
TUMNONPOTUITPATIPRAE  
TERATHENIENSEMM·THE  
MISTOCLEMQUISEIPSE  
MORTEMULTAVIT·

ATGRAECULIQUIDEMMUL  
TAFINGUNTAPUBQUOS  
ETIAMTHEOMBROTUMAM  
BROCIOTAMFERUNTSEEXAL  
TISSIMOPRAECIPITASSEM  
RONONQUOACERBITATIS  
ACCEPISSETALIQUIDSEDUT  
UIDEOSCRIPTUMAPUD  
GRAEQOSCUMSUMMIPH  
LOSOPHILATONISGRAUITER  
ETORNATESCRIPTUMLIBRU  
DEMORTELEIGISSETINQUO  
UTOPINORSOCRATESILLO  
IPSODIEQUERATEIMORI  
UNDUMPERMULTADISPU  
TATHANGESSEMORTEM  
QUAMNOSVITAMPUTARE  
MUSQUOMCORPORIANI  
MUSTAMQUAMCARGERE  
SAEPTUSTENERETURVITA  
AUTEMESSEAMQUUMIDEM

ANIMUSUINCLISCORPO  
 RISLIBERATUSINEUMSE  
 LOCUMUNDEESSETORTUS  
 RETULISSET.

NUMIGITURISTATUA  
 SARDAPYTHAGORAM  
 AUTPLATONEMNORAT  
 AUTLEGERATQUITAMEN  
 IPSIMORTEMITALAUDANT  
 UTFUGEREVITAMVETENT  
 ATQ-IDCONTRAFOEDUS  
 FIERIDICANTLEGEMQ-NA  
 TURAËALIAMQUIDEM  
 CAUSAMMORTISVOLU-  
 TARIAENULLAMPROFEC  
 TOJUSTAMREPERIETIS.  
 ATQ-HOCILLËUIDITNAM  
 LEGITQUODAMLOCOUTA  
 ILLAMMULIEREMSPOLIA  
 RIQUAMPUDICITIAMA  
 LUISSESEDREFUGITSTATI-

NECDEPUDIGITIAPLURA  
 DEXITUERITUSCREDONE  
 QUEMINRIDENDINOIBIS  
 DARETETJOCANDILOCUM  
 CONSTATENIMILLAMDE  
 FORMITATESUMMAFUIS  
 SETUMETIAMSENECTUTE  
 QUAREQUAEPOTESTQUA-  
 VISSALSAISTASARDAFUE  
 RITULLALIBIDINISAUT  
 AMORISESSESUSPICIO-

ACNEEXISTIMESTRIARI  
 QUODADFERAMINDICEN  
 DOMEFINGEREIPSUMET  
 NONAREOCAUSAMCOG  
 NOSCEREEXPLICABOTIBI  
 QUAEFUERINTOPINOI  
 NESINSARDINIADEIS  
 TIUSMULIERISMORTE  
 NAMFUERUNTDUAE  
 QUOETIAMFACILIUS

TEDIXLIBIDINO  
SAMATQUEIN  
PROBAMMATRE  
INFAMILIACO  
TOADULTERIO  
JAMDIUDILIGE  
BATISCUMHANC  
SUAMUXOREM  
ANUMETLOCU  
PLETEMETMOLES  
TAMTIMERETNE  
QUEEAMHABE  
REINMATRIMO  
NIOPROPTERFOE  
DITATEMNEQUE  
DIMITTEREPROP  
TERDOTEMUOLE  
BAT  
ITAQUECOMPECTO  
CUMMATREBOS  
TARISCONSILI  
UMCEPITUTUTER  
QUEROMAMUE  
NIRETIBISEALI

QUAMRATIONE  
INVENTURUM  
QUEMADMODU  
ILLAMUXOREM  
DUCERETCO\*\*\*\*  
MAUIT  
HICOPINIOFUITUT  
DIXIDUPLEXUNA  
NONABHORRENS  
ASTATUNATUNA  
TURAQUAERERU  
ARINISUXOREM  
PAELICATUSDO  
LORECONCITATA  
CUMAUDISSE  
ARINEMCUMIL  
LASUAMETUS  
ETFUGAESIMU  
LATIONESROMA  
SECONTULISSE  
UTCUMANTEA  
CONSUETUDO  
INTEREOSFUISSET  
TUMETIAMNUP

TISJUNGERENTUR  
ARSISSEDOLORE  
MULIEBRETMO  
RIQUAMIDPER  
PETIMALUISSE  
ALTERANONMI  
AUDI SEMITTERE CUIUS  
IN PORTUNAM LIBIDINE  
ET STUPRUM CUM SCELERE  
CONIUNCTUM NESUBOR  
NANDI QUIDEM MORAREI  
TARDAUIT TUNECUM UI  
CIRE TURPE DES FASCIIS  
CUM CALUATICA CAPITI  
ACCOMMODARE TURCU  
UIX MANICATAM TUNI  
CAM IN LACERTOS IN DU  
CERE CUM STROPHIO ACCU  
RATE PRAECINGERERE IN  
TAM LONGOSPATIONUM  
QUAM TE APPICLAUDINE  
POTEMESSERE RECORDATUS  
ES NON NE ET IAM SI OM  
NEM MENTE MLIBIDO  
AUERTE RATTAMENEX

huncapueroque detspem magnam mihi adfere  
 bat summae probitatis summaeque eloquentiae  
 et vivebat mecum coniunctissimae in solum  
 amicitiae officii sed etiam studiis communibus  
 semper dilex in ulli out cum homine coniuncti  
 us vivere m vides relicum esse ut cum cognovim  
 qui d tu et de bonorum fortuna et dere ip  
 calamitatibus sentias nihilatepetam in nisi ut ad ea  
 voluntatem quam tuas sponte erga caecina m  
 habiturusestant us cum ulus accedat comme  
 datione mea quam timeate fieri intellego

CICERO TREBONIO SAL. DIC.

Ego quantum te faciam semper quae fecerim quantum  
 meate fieri intellexerim sum mihi ipse testis  
 nam et consilium tuum vel casus potius diutius  
 in armis civilibus commorandis semper mihi mag  
 no dolor fui . . . . ventus quod tardius qua  
 est aecum et quae me govellem reciperas fortu  
 nam et dignitatem tuam mihi in minoris curae  
 est quam tibi semper fuerunt casus mei itaque  
 sia auctoritate et gratia tantum possem quantum  
 in earum de qua ita meritus sum possedere berem  
 tu quoque esses qui fuisti cum omni gradu amplis  
 si modignus tunc certe ordinis tui facile princeps  
 sed quoniam eodem tempore eademque de causa  
 nostrum uterque cecidit nihil erit saltem quod  
 noprotemi his susceptum maximum semper ac

**Pagina versa legi nequit.**

A R G U M E N T U M  
A S C O N I I P E D I A N I.

Hanc quoque Orationem eisdem Consulibus dixit, quibus pro Vatinio [1], L. Domitio Alcenobarbo et Appio Claudio Pulchro Coss. Summus iudicii dies fuit ad iv. nonas septembris. M. enim Scaurus, M. Scauri filius, qui princeps Senatus fuit vitricum habuit Sullam: quo victore, et munifico in socios victoriae, ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit, neque ab hasta emerit. Aedilitatem summa magnificentia gessit [2] adeo ut in eius impensas opes suas assumpserit, magnumque aes alienum contraxerit. Ex Praetura provinciam Sardiniam obtinuit: in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est, et valde arroganter. Quod genus morum in eo pateternum videbatur, cum cetera industria nequaquam esset par. Oraverat tamen aliquando inter patronas causarum. Sed postquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone [3], isque erat absolutus ad iiii. nonas quintil. Ipse [4], cum ad Consulatus petitionem ad iiii. cal. quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis, a P. Valerio Triario adolescente parato ad dicendum et notae industriae, filio eius, qui in

[1] P. Vatinio, illo, in quem extat Ciceronis interrogatio vehemens, cuiusque hoc anno causam dixit, cum esset accusatus de ambitu. Vide Epist. ad fam. I. 9. ad Q. fr. II. 16. et utrobique summum interpretem P. Manutium; item Quintilianum XI. 1. 73. et ad eiusdem VI. 1. 13. Ge. L. Spaldingium. Consulium istorum et harum causarum annus, magnis contentionibus tractisque vi Tribunicia in septimum mensem Consularibus comitiis turbulentus, U. C. 706. a. Chr. 54 Conf. Pighii Annal. Rom. ad ann. 699. t. III. p. 393. HEINRICH.

[2] Adi Valerium Max. II. 4. 6, 7. Plinium XXXVI. 15.

[3] Qui fuerat tribunus plebis a. U. C. 698. et nunc reus agebatur lege Licinia Junia. Eius res apud Ciceronem et Dionem, Livium Epit. 105. et Nonium in v. Rumor, ex Annal. fenestellae. Cf. Manutium in Epist. ad Attic. IV. 17. et Pighium p. 381. HEINRICH.

[4] Sic est apud Sigonium. Hotomannus Graeviusque habent inde, quod sensum turbat et nihil nisi mendum videtur esse. HEINRICH.



Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat, et post in Asia Pontoque legatus L. Luccilli fuerat [1], cum is bellum contra Mithridatem gereret, postulatus apud M. Catonem Praetorem repetundarum, ut in actis scriptum est, postridie [2] nonas quintil. post diem tertium, quam C. Cato erat absolutus. Subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius La F., M. et Q. Pacuvii fratres eognomine Claudi: qui inquisitionem in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt, neque profecti sunt ad inquirendum. Cuius rei hanc causam reddebant, quod interea comitia Consularia futura erant; timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia, quam ab sociis abstulisset emeret Consulatum, et, sicut pater eius fecisset, ante quam de eo iudicari posset, magistratum iniret, ac rursus ante alias provincias spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn. Pompeii Magni reponebat [3]. Ha-

[1] Nominant vulgo Triarium sine praenomine scriptores, qui eius res gestas et adversam fortunam isto in bello commemorant, Dio Cassius, Appianus, Plutarchus in Lucullo, et Hirtius in B. Alex. Quem P. Manutius putabat fuisse C. illum Triarium valde laudatum a Cicerone in Bruto et de finibus I. 5. cuiusque, cum perisset in bello civili, liberorum superstitem tutor Cicero fuit ipse. Vide Manut. in Ep. ad fam. VIII. 7. et ad Q. fr. III. 2. Mitto, qui idem sunt suspecti, Glandorpium et Pighium. Sed pater P. Triarii, et legatus Luculli, fuit L. Valerius Triarius, Quaestor urbanus a. U. 672. V. Liv. Epit. 98. et Cic. Verr. I. 14. Rursus levi errore filium, pro patre, dat legatum Lucullo Jos. Scaliger Anim. in Euseb. p. 151. HEINRICH.

[2] Cum priscae editiones et codices legerent *pridie*, Cl<sup>us</sup> Mai hanc revocavit lectionem, non advertens Scaurum postulatum fuisse apud Praetorem *post diem tertium, quam Cato erat absolutus*; absolutus vero fuit ad III. nonas quint. dies ergo tertius erat *postridie nonas*.

[3] „M. Aemilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditam et comploratam defensionem in iudicium attulit, ut, cum accusator diceret, *lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seque non recusare, quo minus absolveretur, si totidem nominasset, quibus in provincia nihil absulisset*, tam bona conditione uti non potuerit. Tamen propter „vetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est.“ Haec Valerius Max. VIII. 1. 10. Paria Cicero ad Attic. IV. 15. „Fortasse etiam accedent Consules de-

hebat enim filium, liberorum Cn. Pompeii fratrem: nam tertiam [1] Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem [2], qui id iudicium, ut diximus, exercebat, metuebat admodum propter amicitiam, quae erat illi cum Triario: nam Flaminia Triarii mater, et ipse Triarius sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat; ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. Sed in eo iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit [3] [videbatur enim apud animum eius non

---

„signati, in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit“ significans causae ipsi haud multum fuisse. Duplex porro crimen fuit Scauro obiectum ab accusatore, interemptio Bostaris hominis, et depraedatio Sardiniae. De nece Bostaris a Scauro illata testimonium dicebat Aris, Sardus, hospes Triarii, contendens *Bostarem quendam Norensem fugientem a Sardinia Scauri adventum* [Severianus Syntom. rhet. cap. de dispon. crimin.] Scauri iussu fuisse interfectum. Cicero vero *pro Scauro circa mortem Bostaris in matrem apertens crimen* (Quintil. VII. 2.) felici usus est ἀντιπαρρηγοίᾳ, contendens matrem novas nuptias cum Arine affectantem curasse interimendum filium Bostarem, qui, uti probabile fit, matrimonio reluctabatur; quod scelus novo scelere confirmat narrans Arinem, ut vacuum domum amasiae faceret, per liberum occidisse uxorem suam anum deformem. Alterum vero crimen dissoluturus Tullius 1º demonstrat dolosum esse accusationis genus, ac comitiorum consularium causa comparatum; 2º elevare satagit gentis Sardae testimonium, testium enim numero et gravitate premebatur Cicero; 3º de Scauro pauca dicit; 4º ad frumentarium crimen apposite respondet. Peroratio ducta est a laudibus maiorum, imprimisque Metellorum, et patris Aemilii Scauri principis Senatus. Hanc fuisse Orationis oeconomiam atque ordinem videor recte augurari ex fragmentis, quae supersunt.

[1] In recentioribus editionibus vidi *Tertiam* nomen proprium, sed scribendum est *tertiam* cum duobus codicibus ambrosianis et editionibus antiquis. Nomen enim huic filiae Scaevolae fuit *Mutia*, uti mox dicitur, et praeterea apud Plutarchum in Pompeio [ed. Lond. t. III. p. 468.] Ciceronem ad Attic. I. 12. Cassium Dionem XLVIII. 16. LI. 2. Hieronymum contra Jovinian. I. 48. MAI.

[2] Fiet latinus ordo verborum, si mutaveris *M. au em Catonem*. HEINRICH.

[3] In Pompeii patrocinio multum etiam momenti ponebat Scaurus consulatum petens, sed quantum hac spe frustratus fuerit vide nos in nota ad §. 32.

minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam [1], crimine impudicitiae ab eo dimissam, levius fecisse existimaretur; cum eam ipse probasset, quam gratiae acquisisse necessitudinis iure, quod ex ea uterque liberos haberet] neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, quoquam deflexit. Post diem autem quartum, quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sulla, tum Quaestor, filius Sallae Felicis, frater ex eadem matre Scauri, servis eius vulneratis prosiluit ex lectica, et questus est, prope interemptum esse se a competitoribus Scauri [2], et ambulare cum trecentis arma-

[1] *Mutiam* scriptura Sigonii, quam posteriores, dum nobis *Mutiam* dant, corruperunt. De hac femina sic Cramerus = Mucia haec ipsa illa est Tertia, Scaevolae egente Mucia filia. Tertiae cum praenomen tulerit, habuit praeterea binas alias sorores natu maiores; quod latuit, qui non nisi duas ab hac diversas exhibet, doctissimum Rupertum ad Pomponii Ench. III. 7. ubi stemma est Scaevolaram. Occurrit eadem Epist. ad Attic. I. 12. ubi verum vidit P. Manutius = De praenominibus feminarum, an fuerint apud Romanos, nec ne; de appellationibus *Primae, Secundae, Tertiae* etc. sint ne praenomina, an cognomina, postremo de ratione horum nominum, an ad numerum et ordinem filiarum in eadem familia pertinerit, totidem sunt inter doctiores antiquarios controversiae: de quibus foret longa fabula. Sequitur, ut video, collega meus litteratissimus de praenominibus Sigonium et Reinesium nostratem. At tamen ipse Manutius isto loco ait diserte, Tertiam fuisse Muciae cognomen. Nominabatur *Mucia Tertia*, aut, quod perinde est, *Tertia Mucia*, cognomine praeposito, ut *Crispus Salustius*, vel *Paullus Aemilius*. Deinde quod ibidem de duabus sororibus, utraque natu maiore, propter illud cognomen Tertiae, addit Manutius, id vereor ne Rupertum non tam latuerit, quam non moverit. Sunt enim argumenta minime contemnenda, quibus alii utuntur ad improbandam hanc rationem. Vide Perizonium Animadv. hist. p. 114. edit. Harles. et Stanisl. Santinellum de disciplina et mor. Roman. feminarum in eius Dissertatt. Venet. 1734. p. 98. Quanquam priorem illam sententiam sequitur etiam Salmasius, locum de nominibus Romanis omnium copiosissime tractans in Commentario inchoato ad Arnobium. HEINRICH.

[2] Legebant editiones: *servus eius vulneratus prosiluit ex lecticis, et questus est pro interempto esse competitoribus Scauri*. Clus Mai ex fide codicis ambrosiani legit quod *servus eius*, at haec particula corruptelam non sanat. Equidem emendationem admisi, quam ex coniectura Heinrichus proposuit.

tis, seque, si necesse esset, vim vi repulsurum. Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quatuor uteretur: ac [1] post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. Fuerunt autem hi P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. Ipse quoque Scaurus dixit pro se, ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et Aedilitatis effusae [2] memoria, ac favore populari, ac praecipue paternae auctoritatis recordatione [3].

[1] *Ad Sigonii est: at Hotomanni et Graevii. Neutrum puto scripsisse auctorem, sed potius atque i. e. et adeo. Legem Iuliam dicit illam nobilissimam de repetundis, latam a Caesare in primo Consulatu a. U. 695. Et constat uno Asconio teste, etiam ad patronos pertinuisse hanc legem. HEINRICH.*

[2] *Erat apud omnes effusa iunctum cum memoria. Correx. HEINRICH.*

[3] *Vix erat Scaurus repetundarum crimine liberatus, cum reus ambitus postulatus est ab eodem Triario, aut a L. Caesare. Ita enim Cicero. „Tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messala a Q. Pompeio Rufo, Scaurus a Triario aut a L. Caesare. Quid poteris, inquires, pro iis dicere? Ne vivam, si scio“ ad Attic. IV. 16. „Candidati consulares omnes rei ambitus . . . sed omnes absolventur; nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit“ ibid. „Scaurum Triarius reum fecit“ ad Attic. IV. 17. „Candidati consulares quatuor, omnes rei. Causae sunt difficiles, sed enitemur, ut Messala noster salvus sit, quod est etiam cum reliquorum salute coniunctum“ ad Q. fr. III. 3. Jam vero hae accusationes in Scaurum mihi etiam consilio institutae videntur competitorum, qui invidiam illi creandam curabant comitiorum tempore; neque spes illos sefellit; licet enim ex utroque iudicio absolutus abiisset, haud tamen fasces consulares consequi potuit. Tullianae Orationis pro Scauro ambitus reo nulla fragmenta supersunt, neque magnificas laudes dixit erudita antiquitas; neque enim, ut mea fert sententia, fuit illa iusta atque elaborata oratio, seu quia Tullius patrocinium susceperat clientis, quem revera reum existimabat, seu quia in Messala defendendo potius enitebatur. Contra, alteram pro eodem Scauro repetundarum reo absolutam fuisse atque ornatissimam orationem, evincunt haec Ciceronis loca: *Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvi* ad Q. fr. III. 1. *Scaurus qui erat paucis diebus illis absolutus, cum ego partem eius ornatissima defendissem etc.*; evincunt etiam fragmenta ipsa, quae sequuntur.*

ORATIONIS  
PRO M. AEMILIO SCAURO  
FRAGMENTA.

1 Maxime fuit optandum M. Scauro, iudices, ut, nullo suscepto cuiusquam odio, sine offensione ac molestia . . . . .

Sic, inquam, se, iudices, res habet, neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est. Illa audivimus; hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum intermisisse [1].

2 Ac neque illius Crassi factum superioris, iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M' Aquilius potuit imitari [2]; . . .

---

[1] Hic Crassus fuit pater Crassi eius, qui aemulus potentiae Cn. Pompeii fuit. Perit autem in dominatione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum, et collegam suum Cn. Octavium occidit. ASCONIUS.

[2] Haec verba, quibus Cicero nunc utitur AC NEQUE, eam videntur habere naturam, ut semel poni non soleant: quia NEQUE est coniunctio disiunctiva, et semper postulat ut rursus inferatur, ut quom dicimus *neque hoc, neque illud*. Quo autem casu acciderit, quave ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim quom adiecerit illam appositionem, et nomen intulerit postea alterum, neque perspicere potui, et attendendum esse valde puto. Moveor enim merita viri auctoritate; neque ignoro aliquando hoc verbum NEQUE vel semel poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit. Sic, inquam, se, iudices, res habet, neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est. Sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum, et tamen post secundum aliquid inferri. Nam cum dixerit *neque hoc a me novum disputatur*, infert: *sed quaesitum ab aliis est*. ASCONIUS. Clarus Mai monet ab altero codice Ambrosiano totam abesse hanc particulam orationis *sed hoc loco etc.*, alterum vero codicem legere *sed hoc loco ut sine praepositione illius verbi videamus esse positum, et tamen quo sit secundum etc.*

tis suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit. Quid vero? Alterum Crassum temporibus isdem, num aut clarissimi viri Iulii, aut summo imperio praeditus M. Antonius potuit imitari [1]? Quid? In omnibus monumentis Graeciae, quae sunt verbis ornatiores, quam rebus, quis invenitur, quom ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse ignominiae dolore, ut ait poeta, victor insolens se victum non potuit pati, praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte multavit? At Graeculi quidem multa fingunt; apud quos etiam Cleombrotum Ambraciotam ferunt se ex altissimo praecipitasse muro, non quod acerbissimum accepisset aliquid, sed ut video scriptum apud Graecos, cum summi philosophi Platonis graviter et ornate scriptum librum de morte leigisset, in quo, ut opinor, Socrates illo ipso die, quo erat ei moriendum, per multa disputat, hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus, quom corpori animus tamquam carcere saeptus teneretur, vitam autem esse eam, quom idem animus vinculis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, retulisset. Num igitur ista tua Sarda Pythagoram aut Platonem norat, aut legerat? Qui tamen ipsi mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent, atque id contra foedus fieri dicant legemque naturae. Aliam quidem causam mortis voluntariae nullam profecto iustam reperietis. Atque hoc ille vidit. Nam legit quodam loco, vita illam mulierem

---

[1] Hic alter Crassus idem est de quo supra diximus. ALTERUM autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit pontifex maximus, et bello Aristonici in Asia dedit operam ut occideretur. Julios autem cum dicit, duos Caesares fratres Caium et Lucium significat; ex quibus Lucius et praetor et consul fuit; Caius aedilitius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpitio tribuno fuerit. Nam et sperabat et id agebat Caesar, ut, ommissa praetura, consul fieret; cui quom primis temporibus iure Sulpitius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui oratores, et tragicus poeta bonus admodum habitus est; huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur *Iulii*. Et hi autem Iulii, et Antonius ab satellitibus Marii sunt occisi, cum Crassus, ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset. ASCONIUS.

6 spoliari, quam pudicitia maluisse. Sed refugit statim, nec de pudicitia plura dixit veritus, eredo, ne quem inridendi nobis daret et iocandi locum; constat enim illam cum deformitate summa fuisse, tam etiam senectute. Quare quae potest, quamvis salsa ista Sarda fuerit, ulla libidinis aut amoris esse suspicio?

7 Ac ne existimes, Triari, quod adferam in dicendo me fingere ipsum, et non a reo causam cognoscere, explicabo tibi quae fuerint opiniones in Sardinia de istius mulieris morte, nam fuerunt duae, quo etiam facilius . . . . .

8 Te dixi libidinosam atque improbam matrem infami ac noto adulterio iamdiu diligebat is, cum hanc suam uxorem anam, et locupletem, et molestam timeret; neque eam habere in matrimonio propter foeditatem, neque dimistere propter detem volebat. Itaque compecto cum matre Bostaris consilium cepit, ut uterque Romam veniret, ibi se aliquam rationem inventurum, quemadmodum illam uxorem duceret, confirmavit.

9 Hic opinio fuit, ut dixi, duplex. Una non abhorrens a statu naturaque rerum; Arinis uxorem paelicatus dolore concitatam, cum audisset Arinem cum illa sua metus et fugae simulatione Romam se contulisse, ut, cum antea consuetudo inter eos fuisset, tum etiam nuptiis iungerentur, arsisse dolore muliebri, et mori, quam  
10 id perpeti, maluisse. Altera non minus verisimilis, et, ut opinor, in Sardinia magis etiam credita, Arinem istum testem atque hospitem, Triari, tuam proficiscentem Romam negotium dedisse liberto, ut illi amicae non ille quidem vim adferret [neque enim erat rectum patronae] sed collum digitulis duobus oblideret, resticula  
11 cingeret, ut illa perisse suspendio putaretur. Quae quidem suspicio valuit etiam plus ob hanc causam, quod cum agerent parentalia Norcuses omnes, qui suo more ex oppido exissent, tum illa est a liberto suspendisse se dicta; discessus autem solitudo ei, qui patronam suffocabat, fuit quaerenda, illi, quae volebat mori, non  
12 fuit. Confirmata autem suspicio est, quod, anu mortua, libertus statim, tanquam opere confecto, Romam est profectus; Aris au-

tem, simul ac libertus de morte uxoris nunciavit, continuo Romae matrem illam Bostaris duxit uxorem.

13 Em quibus familiis quam foedis, quam contaminatis, quam turpibus datis hanc familiam, iudices! Em quibus testibus commoti, de quo homine, de quo genere, de quo nomine sententias feratis! Obliviscendum vobis putatis matrum in liberos, virorum in uxores scelera? Cernitis crudelitate mixtas libidines; videtis immanes duorum maximorum criminum auctores, quibus criminibus haec tota aput ignaros aut invidos famata causa est; omni facinore et flagitio deformatos habetis.

14 Nem igitur in his criminibus residet etiam aliqua suspicio? Non perpurkata sunt? Non refutata? Non fracta? Qui igitur id factum est? Quia dedisti mihi, Triari, quod diluerem, in quo argumentarer, de quo disputarem. Quia genus eiusmodi fuit criminum, quod non totum penderet ex teste, sed quod ponderaret iudex ipse

15 per se [1]. Neque vero, iudices, quicquam aliud in ignoto teste [2] facere debemus, nisi ut argumento, coniectura, suspitione, rerum ipsarum vim naturamque quaeramus. Etenim testis non modo Afer, aut Sardus sane, si ita se isti malunt nominari, sed quisvis etiam elegantior ac religiosior, impelli, deterres, fingi, flecti potest; dominus est ipse voluntatis suae in quo est impunita mentiendi li-

16 centia. Argumentum vero quoque deest proprium rei, neque enim ullam aliud argumentum vere vocari potest rerum; vox est naturae vestigium, veritatis nota, id quaecumque est maneat inmutabile necesse est, non enim fingitur ab oratore, sed sumitur. Quare in eo genere accusationis si vincerer succumberem et cedere, vineerer  
17 omni re, vincerer causa, vincerer veritate. Agmen tu mihi inducas [3] Sardorum et catervas, et me non criminibus urgere, sed

---

[1] Cecidit locus communis duplex, unus argumentis esse credendum, alter testibus non credendum. SCHOLIASTES PALIMP. AMBROS.

[2] Quia si notus testis est, argumentatione non opus sit. SCHOLIASTES PALIMP. AMBROS.

[3] Ex multitudine tollit fidem. SCHOL. PAL. AMBR.



Afrorum fremitu [1] terrere conere; non potero equidem disputare, sed ad horum fidem et mansuetudinem confugere ad us. u..... Populi Romani aequitatem, qui hanc familiam in hac urbe principem voluit esse; Deorum immortalium numen implorare potero, qui semper extiterunt huic generi nominique fautores.

- 18 Poposcit, imperavit, eripuit, coëgit. Si docet tabulis, quoniam habet seriem quandam et ordinem contracti negotii confectio ipsa tabularum, attendam acriter, et quid in defendendo mihi agendum sit videbo. Si denique nitere testibus, non dico bonis viris ac probatis, noti sint modo, quemadmodum mihi eum quoque sit
- 19 conflegendum considerabo. Sin unus color, una vox, una natio 'et omnium testium, si, quod ii dicunt non modo nullis argumentis sed ne litterarum quidem aliquo genere aut publicarum, aut privatarum, quod tamen ipsum fingi potest, confirmare conantur, quo me vertam, iudices, aut quid agam? Cum singulis disputem? Quid? Non habuisti quod dares? Habuisse se dicet. Quid id sciet? Quis indicabit non fuisse causam? Finget fuisse. Qui refellemus potuisse non dare, si noluisse? Vi ereptum esse dicet. Quae potest
- 20 eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare? Non agam igitur cum ista Sardorum conspiratione, et cum expresso coacto sollicitatoque periurio subtiliter, neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram; sed contra impetum istorum impetu ego nostro concurreram atque conflegam. Non est unus mihi quisque ex illorum acie protrahendus, neque cum singulis decertandum atque pugnandum, tota est acies illa uno impetu prosterenda [2].

- 21 Est enim unum maximum totius Sardiniae frumentarium crimen, de quo Triarius omnes Sardos interrogavit, quod genus uno testimonii foedere et consensu omnium est confirmatum. Quod ego crimen antequam attingo peto a vobis, iudices, ut me totius

---

[1] Ab[sur]dus enim...o dici ne...et bene: fremitu enim verba fundunt SCHOL. PAL. AMB.

[2] Hoc dicit cum sint impudentissimi testes, non debere singulis respondere, sed universis simul. SCHOLIASTES PALIMPS. AMBROS. *minutis rudioribus litteris.*

nostrae defensionis quasi quaedam fundamenta facere patiamini; quae si erunt, ut mea ratio et cogitatio fert, posita et constituta, nullam accusationis partem pertimescam. Dicam enim primum [1] de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro; quibus rebus explicatis, tum denique ad hoc horribile et formidulosum frumentarium crimen accedam.

23 Quod est igitur hoc accusationis, Triari, genus? Primum, ut inquisitum non ieris. Quae fuit ista tam ferox tam explorata huius opprimendi fiducia? Pueris nobis audisse videor L. Aelium libertinum hominem, litteratum ac facetum, quem ulcisceretur patroni iniurias, nomen Titi Q. Muttonis hominis sordidissimi detulisse: a quo cum quaereretur quam provinciam, aut quam diem testium postularet, horam sibi octavam, dum in foro bovario inquireret, 24 postulavit. Hoc tu idem tibi in M. Aemilio Scauro putasti esse faciendum. Delata enim, inquit, causa ad me Romae est. Quid? Ad me? Siculi nonne Romam causam Siciliae detulerunt? Atqui homines prudentes natura, callidi usu, doctrina eruditi; tamen ego mihi provinciae causam in provinciam ipsam cognoscendam et dis- 25 cendam putavi. An ego quaerellas atque iniurias aratorum non in segetibus ipsis arvisque cognoscerem? Peragravi, inquam, Triari, durissima quidem hieme valles Agrigentinorum atque colles. Campus illè nobilissimus ac feracissimus ipse me causam paene docuit Leontinus; adi casas aratorum; a stiva ipsa homines mecum con- 26 loquebantur. Itaque sic fuit illa expressa causa, non ut audire ea quae dicebam iudices, sed ut cernere et paene tangere viderentur. Neque enim mihi probabile, neque verum videbatur me, cum fidelissimae atque antiquissimae provinciae patrocinium recepissem, causam tamquam unius clientis in cubiculo meo discere.

27 Ego nuper cum Reatini, qui essent in fide mea, me suam publicam causam de Velini fluminibus et cuniculis apud hos consules agere voluissent, non existimavi me, neque dignitati praefecturae gravissimae, neque fidei meae satis esse facturum, nisi me cau-

[1] Propositio. SCHOLIASTES PAL. AMBR.

sam illam non solum homines, sed etiam locus ipse lacusque docuissent.

28 Neque tu aliter fecisses, Triari, si te id tui isti Sardi facere voluissent, hi qui te in Sardiniam minime venire voluerunt, ne longe aliter omnia atque erant ad te delata cognosceres, nullam multitudinis in Sardinia quaerellam, nullum in Scauro odium populi.

\* \* \* \* \*

29 ..litu Aetnam ardere dicunt, sic Verrem operuissem, Sicilia teste tota. Tu comperendinasti eum, teste producto. At quo teste, Di immortales! non satis quod uno, non quod ignoto, non quod levi. Etiamne Valerio teste primam actionem confecisti, qui patrii tui beneficio civitate donatus gratiam tibi non inlustribus officiis, sed  
30 manifesto periurio rettulit? Quod [1] si te omen nominis vestri forte duxit, nos tamen id more maiorum, quia faustam putamus, non ad perniciem verum ad salutem interpretamur. Sed omnia ista celeritas ac festinatio, quod inquisitionem, quod priorem actionem totam sustulisti, illud patefecit et inlustravit, quod occultum tamen non erat, non esse hoc iudicium iudicii sed comitorum consularium causa comparatum.

31 Hic ego Appianum Claudium consulem fortissimum, atque ornatissimum virum, mecumque, ut spero, fideli in gratiam reditu firmoque coniunctum nullo loco, iudices, vituperabo. Fuerant enim eae partes, aut eius, quem quomodo id facere doleret, suspicio sua coëgit, aut eius, qui has sibi partes depoposcit, quod aut non

---

[1] Aput antiquos omnino .... mos fuit, ut etiam ex nominibus sumerentur auspicia. Unde aput eos consul factus si coepisset colligere milites et novum sibi exercitum scribere, laborabat ut haec duo nomina prima induceret: et si non fuissent his nominibus homines, fingebantur. Necesse enim erat, ut haec nomina prima essent in exercitu propter omen, Valerius, et Statorius. Ex Valerio autem nomine haec omen trahebatur, ut valeret exercitus; ex Statori, ut staret. Dicit Cicero: forte tu ideo primum testem induxisti illam propter omen, ut valeret accusator. Et quoniam hoc nomen faustum semper a maioribus putatum, ad salutem magis debere valere, non ad perniciem. SCHOLIASTES PALIMP. AMB. minutis rudioribus litteris.

animas vertebat quem violaret, aut facilem sibi fore in gratiam re-  
 32 ditam arbitrabatur. Ego tantum dicam quod et causae satis, et in  
 illum minime durum aut asperum possit esse. Quid enim habet  
 turpitudinis Appium Claudium M. Scauro esse inimicum? Quid  
 avus eius P. Africano non fuit? Quid mihi ipsi idem iste? Quid  
 ego illi? Quae inimicitiae dolorem utriusque nostrum fortasse ali-  
 33 quando, dedecus vero certe nunquam attulerunt. Successori deces-  
 sor invidit, et voluit eum quam maxime offensum, quo magis  
 ipsius memoria excelleret; res non modo non abhorrens a consue-  
 tudine, sed usitata etiam nam et valde pervulgata. Neque vero tam  
 haec ipsa cotidiana res Appium Claudium illa humanitate et sapientia  
 praeditam per se ipsa movisset, nisi hunc C. Claudii fratrem sui  
 34 competitorem fore putasset. Qui sive patricius [1], sive plebeus

[1] *Centum Senatores creavit Romulus; mos totidem adlegit: postea Tarquinius Priscus addidit alios centum eosque conscripsit. Eone vocabulo conscriptis patribus dicti sunt conscripti? Post placuit populo addi familias plebeias ad senatum, et facti sunt senatores plebei. Tria sunt ergo genera, quae veniunt ad senatum; primum patrum genus, secundum conscriptorum genus, tertium plebeium. Sed conscriptorum et patriciorum unum est meritum. Non libebat patricium petere tribuniciam potestatem, sed si plebeius esset, petebat. Patricius senator fuerat Clodius qui pepulit in exilium Ciceronem. Isti Claudi tres erant senatores fratres; unus qui modo consul est, alius qui Asiam tenebat praetorio imperio, tertius ille Claudius, qui de patricio plebeium fecerat. Pontifices non fiebant; nisi de patriciis. Ceteri pontifices in obliuio mensam, et in ceteris quibusdam sacerdotiis, quae solent administrare patricii, ubi admissarissent haec sacerdotia, fiebant consules. Lex erat autem (favens) oblonis, ut unus fieret de patriciis, alius de plebeis. Lex etiam erat, ut liceret duobus plebeis esse, non liceret duos patricios. Ergo necesse fuerat (ut) unus fieret plebeus, unus patricius. Priores quidem consules fiebant plebei, sed patricios administrabat in (s) finita sacerdotiis, seroque perveniebat ad consulatum. Contra plebeius cito veniebat. Sed melioris loci est patricius consul, quam plebeus. Scaurus tantum patricius fuerat. . . . Claudius, qui frater est Claudi consulis aequae patricius fuit. Ambo patriciis e familiis migraverant . . . ant ad m. . . . orare qui patricii erant. Clodius nondum . . . [au]debat competere . . . etiam putabat C. Claudio ut perveniret . . . adhuc ad consulatus petitionem de gradu patricio. Scauro autem . . .*

esset, nondum enim certum constituerat, cum hoc sibi contentionem fore putabat [1], Appius autem hoc maiorem etiam; quod illum in Pontificatus petitione, in Saliatu, in ceteris memperat fuisse patricium. Quamobrem, se Consule, neque repellere fratrem volebat, neque ipse si patricius esset parem Scauro fore videbat, nisi hunc

35 aliquo aut metu aut infamia perculisset. Ego id fratri in honore fratris amplissimo non concederem putem? Praesertim quum quid amor fraternus valeat paene praeter ceteros sentiam. At enim frater iam non petit. Quid tum? Si ille retentus a cuncta Asia supplice, si a negotiatoribus, si a publicanis, si ab omnibus sociis, civibus exoratus anteposuit honori suo commoda salutemque provinciae, propterea putas semel exulceratum animum tam facile potuisse sanari?

36 Quamquam in istis omnibus rebus, praesertim apud homines barbaros opinio plus valet saepe, quam res ipsa. Persuasum est Sardis se nihil Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint; multorum etiam spe commodorum praemiorumque ducuntur; omnia Consulem putant posse, praesertim ultro pollicen-

---

erant... os... mo... Claudi... patricius esset an plebeius si... bat, nec sciebat quid... nam si pec... bat... patricius et melior erat... o gradu petere consulatum non poterat... at inveniebat ante se Scaurum. Ideo volebat accusationem intendere Marco Scauro, quod ei non poterat competere aut quasi patricius aut quasi plebeius. SCHOLLASTES PAL. AMB. *minutis sed quadratis litteris.* Quod scholium adeo est oblitteratum, et superinductione scripturae alterius obrutum, ut Cl<sup>us</sup> Mai integrum haud potuerit describere,

[1] Fuerunt enim duae Claudiae familiae: earum, quae Marcellorum appellata est, plebeia: quae Fulchrorum, patricia. Sed hoc loco urbane Cicero lusit in Claudium, cum quo in gratiam non redierat. Nam quia Caius P. Clodii erat frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, se quoque dubitare adhuc dixit. ASCONIUS EDIFUS. Vulgatus autem textus habebat *Nam quia is P.*; ambrosianorum vero Codicum, monente Cl<sup>o</sup> Mai, alter legebat *Namque is in P.*, alter nam *quis is P.* Jam Heinrichius adnotaverat pronomen *is* pertinere ad Caium fratrem. Cl<sup>us</sup> vero Mai emendaverat *C. Claudius*; equidem scripsi *Caius*. Appius ipse, praeter duas sorores, duos fratres testatur sibi esse apud Varronem *de Re Rust.* III. 16. 2.

- 37 tem. De quo plura iam non dicam. Quamquam ea quae dixi, non secus dixi, quambi eius frater essem, non is qui et est et qui multa dixit, sed is qui ego esse in meum consuevi. Generi igitur totius accusationis resistere, iudices, debetis; in quo nihil more, nihil modo, nihil considerate, nihil integre, contra improbe, turbide, festinanter, rapide, omnia conspiratione, imperio, auctoritate, spe, minis videtis esse suscepta.
- 38 Venio nunc ad testes, in quibus docebo, non modo nullam fidem et auctoritatem, sed ne speciem quidem esse aut imaginem testium. Etenim fidem primum ipsa tollit consensio, quae patefacta est compromisso Sardorum et consuratione recitata; deinde illa cupiditas, quae suscepta est spe et promissione praemiorum; postremo ipsa natio, cuius tanta vanitas est, ut libertatem a servitute nulla re alia, nisi mentiendi licentia, distinguendam putent.
- 39 Neque ego Sardorum quaerellis moveri nos numquam oportere. Non sum aut tam inhumanus, aut tam alienus a Sardis, praesertim cum frater meus nuper ab his decesserit, cum rei frumentariae Cn. Pompeii missu praefuisset; qui et ipse illis pro sua fide et
- 40 humanitate consuluit, et eis vicissim percarus et iucundus fuit. Pateat vero hoc perfugium dolori, pateat iustis quaerellis: coniuratio vi intercludatur, obsepiatur insidiis; neque hoc in Sardis magis, quam in Gallis, in Afris, in Hispanis. Damnatus est L. Albius et C. Megaboccus ex Sardinia, nonnullis etiam laudantibus Sardis; ita fidem maiorem varietas ipsa faciebat, testibus enim ae-
- 41 quis, tabulis incorruptis tenebantur. Nunc est una vox, una mens, non expressa dolore, sed simulata, neque huius iniuriis, sed promissis aliorum et praemiis excitata. Ad creditum est aliquando Sardis. Et fortasse credetur aliquando, si integri venerint, si incorrupti, si sua sponte, si non alicuius impulsu, si soluti, si liberi. Quae si erunt, tamen sibi credi gaudeant et mirentur; cum vero omnia absint, tamen se non respicient, non gentis suae famam perhorrescent.
- 42 Fallacissimum genus esse Foenicum omnia monumenta vetustatis, atque omnes historiae nobis prodiderunt. Ab his orti Phoeni

multa Carthaginiensium rebellioribus, multis violatis fractisque foederibus, nihil se degenerasse dixerunt. A Poenis admixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam, atque ibi constituti, sed amendati et repudiati coloni. Quare, cum integri nihil fuerit in hac gente plena, quam valde eam putamus tot transfusionibus coacuisse? Hic mihi ignoscat Cn. Domitius Sincanus [1] vir ornatissimus hospes et familiaris meus; ignoscent Delicones ab eodem Cn. Pompeio civitate donati, quorum tamen omnium laudatione utimur; ignoscent alii viri boni ex Sardinia, credo enim esse quosdam. Neque ego cum de vitis gentis loquor, neminem excipio. Sed a me est de universo genere dicendum; in quo fortasse aliqui suis moribus et humanitate, stirpis ipsius et gentis vitia vicerunt. Magnam quidem esse partem sine fide, sine societate et coniunctione nominis nostri res ipsa declarat. Quae est enim praeter Sardiniam provincia, quae nullam habeat amicam populo Romano ac liberam civitatem [2]? Africa ipsa parens illa Sardiniae, quae plurima et acerbissima cum maioribus nostris bella gessit, non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate Punicorum bellorum, Utica teste, defendit. Hispania ulterior Scipionum int [3].

\* \* \* \* \*

46 Undique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi incideriat. Curia illa vos

---

[1] Quem Pompeius civem romanum fecerat. SCHOLIASTES PAL. AMBROS.

[2] Aliae civitates sunt stipendiariae, aliae liberae. Stipendiariae, quae bello subiunguntur; liberae, quae ad amicitiam sponte veniunt. Dicit Cicero: in omnibus provinciis, quae contra nos bella gesserunt, invenimus aliquas civitates liberas, quae ad amicitiam nostram sponte venerunt: sola Sardinia est, in qua nulla civitas nobis amica sit. SCHOLIASTES PAL. AMBR. *rudioribus minutis litteris.*

[3] Scipiones cum gererent in Hispania bellum decem ambo sunt. Deficientibus tunc omnibus Hispaniae civitatibus ab amicitia populi Romani, Gaditana sola civitas in fide mansit, defectumque eo tunc imperatoribus romanum suscepit ac levit exercitum. SCHOLIASTES PALIMP. AMBR. *minutis rudioribus litteris.*

de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse Metellus, avus huius, sanctissimos Deos illo constituisse templo videtur in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepoti suo depraecarentur [1], quod ipsi saepe multis laborantibus atque implorantibus ope sua subvenissent. Capitolium illud templis tribus illustratum, paternis atque etiam huius amplissimis donis ornati aditus. J. O. M., Junonis Reginae, Minervae, M. Scaurum apud.

48 illius L. Metelli Pontificis Maximi, qui, quum templum illud arderet, in medios se iniecit ignes, et eripuit flamma Palladium illud, quod quasi pignus nostrae salutis adque imperii custodis Vestae continetur. Qui utinam posset parumper existere! Eriperet ex hac flamma stirpem profecto suam, qui eripisset ex illo incendio di

49 ... tum. Te vero, M. Scaure, quidem vidi. Video, inquam, non cogito solum, nec vero sine magno animi maerore ac dolore, quom tui filii squalorem aspexi. De te recordor. Atque utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos, sic nunc horum te offeras mentibus, et in horum animis adhaerescas! Species me diis

50 etiamsi forte non nosset, tamen principem civitatis esse diceret. Quo te nunc modo appellem! Ut hominem? At non es inter nos. Ut mortuum? At vivis, et viges; at in omnium animis atque ore versaris, atque divinus animus mortale nihil habuit, neque tuorum quicquam potuit emori, praeter corpus. Quocumque igitur te mo

### CAETERA DESIDERANTUR.

[1] Castoris et Pollucis templum Metellus, quem nominat, refecerat, ASCONIUS.



ORATIONIS PRO M. AEMILIO SCAURO  
PARTES OLIM EDITAE  
CUM Q. ASCONII PEDIANI COMMENTARIO.

INITIUM EXPOSITIONIS

GIRCA VERS. A PRIMO XL.

QUORUM ENUMERARET IUDICIA, QUAE PATER SCAURUS EXPERTUS EST.

1. Subiit etiam populi iudicium inquirente Cn. Domitio Tribuno pl.

Cn. Domitius, qui consul fuit cum Cassio, cum esset tribunus pl. iratus Scauro, quod eum in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit ad populum et multam irrogavit, quod eius opera sacra multa populi romani deminuta esse diceret crimini dabat, sacra publica populi romani Denim penatium, quae Lavinii fierent, opera eius minus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidem sed ita, ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXVII. [1] absolveretur, et in eis pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent.

*I b i d e m.*

2. Reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servilia, quom iudicia penes equestrem ordinem essent, et P. Rutilio damnato, nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa.

[1] In recentioribus editionibus legitur XXXII. Sed uterque codex ambrosianus cum antiquis editionibus habet XXXVII. Et quidem extra sollemnem numerum cum XXXV. aliquam praeterea tribum extitisse exploratum est. MAL.

·Q· Servilius Caepio Scaurum, ob legationis asiaticae invidiam et adversus leges pecuniarum captarum, reum fecit repetundarum lege, quam tulit Servilius, Claudia Gracchia. Scaurus tanta fuit continentia et animi magnitudine, ut Caepionem contrarium detulerit et breviori die inquisitionis accepta effecerit, ut ille prior causam diceret, ·M· quoque Drusum tribunum ·pl· cohortatus sit, ut iudicia commutaret.

*I b i d e m.*

3. Ab eodem etiam lege Varia custos ille reipublicae prodicionis est in crimen vocatus: vexatus a ·Q· Vario tribuno ·pl· est non multo ante.

Italico bello exorto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, ·Q· Varius tribunus ·pl· legem tulit, ut quaeretur de iis, quorum opera consiliove socii contra populum romanum arma sumpsissent. Tum ·Q· Caepio, vetus inimicus Scauri, sperans invenisse se occasionem opprimendi eius, egit ut ·Q· Varius tribunus ·pl· belli concitati crimine adesse apud se Scaurum iuberet anno LXXII. Ille per viatorem accersitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis, ne se in illa valetudine et aetate invidiae populi obiiceret; innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum: deinde, accepto respondendi loco, dixit: ·Q· Varius Hispanus ·M· Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse; ·M· Scaurus princeps senatus negat: testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere? qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur.

DICIT ITERUM DE PATRE ·M· SCAURL

4. Non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me, flagrantem studio laudis, in spem impulit, posse virtutem sine praesidio fortunae, quo contendissem, labore et constantia pervenire.

5. Possit aliquis quaerere, cur hoc dixerit Cicero, quom Scaurus patricius fuerit: quae generis claritas etiam inertes homines ad sum-

mos honores provexit. Verum Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut pato, propter tenues opes, et nollam vitae industriam, honores adepti sunt. Neque Scauro aequae ac novo homini laborandum fuit.

Si, mehercule, iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus, tamen non timerem, venenum hospiti, aut convivas, si diceretur, coenanti ab illo datum, cui [1], neque heres neque iratus fuisset.

L. hic Tubulus praetorius fuit aetate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia, quom de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit [2].

#### CIRCA TERTIAM PARTEM

##### A. P r i m o.

6. Sic, inquam, se, iudices, res habet, neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est. Illa [3] audivimus, hoc vero meminimus, ac pene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse.

Hic Crassus fuit pater Crassi eius, qui aemulos potentiae Cn. Pompeii fuit. Periiit autem in dominatione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum, et collegam suum Cn. Octavium occidit.

##### S t a t i m.

7. Ac neque illius Crassi factum superioris, iisdem

[1] Alter e codd. ambrosianis pro qui habet quom. MAL.

[2] Tubuli scelera saepe commemorat Cicero, nempe de Finib. II. 16. IV. 28. V. 22. de Nat. D. I. 23. III. 30.

[3] Hucusque verba Tulliana huius loci praetermittuntur ab utroque codice ambrosiano. Ea tamen occurrant nobis inferius n.º 7.

honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M. Aquilius potuit imitari.

Haec verba, quibus Cicero nunc utitur, *AC NEQUE*, eam videntur habere naturam, ut semel poni non soleant: quia *NEQUE* est coniunctio disiunctiva, et semper postulat ut rursus inferatur, ut quom dicimus: *neque hoc, neque illud*. Quo autem casu acciderit, quave ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim quom adiecerit illam appositionem, et nomen intulerit postea alterum, neque perspicere potui, et attendendum esse valde puto. Moveor enim merita viri auctoritate: neque ignoro, aliquando hoc verbum *neque* vel semel poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: *Sic, inquam, se, indices, res habet, neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est*. Sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum, et tamen post secundum aliquid inferri [1]. Nam cum dixerit: *neque hoc a me novum disputatur*, infert, *sed quaesitum ab aliis est*.

*Paulo post.*

8. Quid vero? alterum Crassum temporibus eisdem num [2] aut clarissimi viri Julii, aut summo ingenio praeditus M. Antonius potuit imitari?

Hic alter Crassus idem est de quo supra diximus. *Alterum* autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit pontifex maximus, et bello Aristonici in Asia dedit operam ut occideretur. *Italios* autem cum dicit, duos Caesares fratres Caium et Lucium significat: ex quibus Lucius et praetor et consul fuit. Caius aedilitius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpitio tribuno fuerit. Nam et sperabat et id agebat Caesar, ut ommissa praetura consul fieret: cui quom primis tempo-

[1] Ab altero codice ambresiano tota abest haec particula orationis: *Sed hoc loco etc.* In altero vero sic: *Sed hoc loco ut sine praepositione illius verbi videamus esse positum, et tamen quo sit secundum etc.*

[2] Codd. ambr. et aliquot editiones antiquae nam.

ribus iure Sulpitius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui oratores, et tragicus poeta bonus admodum habitus est: huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur *Iulii*. Et hi autem Iulii et Antonius ab satellitibus Marii sunt occisi, cum Crassus, ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset.

*Circa medium.*

9. Neque vero haec ipsa quotidiana res Appium Claudium, illa humanitate et sapientia praeditum, per se ipsa movisset, nisi hunc Claudii [1] fratris sui competitorem fore putasset: qui sive patricius, sive plebeius esset [2]; nondum enim certum constitutum erat; cum illo sibi contentionem fore putabat.

Fuerunt enim duae Claudiae familiae: earum, quae Marcellorum appellata est, plebeia: quae Pulchrorum, patricia. Sed hoc loco urbane Cicero lusit in Claudium [3], cum quo in gratiam non redierat. Nam quia (C. Claudius [4]) P. Clodii erat frater, qui ex patricia in ple-

[1] Palimpsestus antiquissimus ambrosianus in hac oratione cap. VI. p. 9. evidenter habet, nisi hunc C. Claudi etc. At in Asconii codd. ambrosianis nec non in eiusdem editionibus legitur, nisi hunc Claudii omisso praenomine. Et quidem facile fieri potuit ut in codicibus una e tribus continuis C praetermitteretur.

[2] Plebeium de patricio se fecit P. Claudius. Cicero autem num id ipsum facturum sit. C. quoque Claudius dubitare se fingit iocans, quoniam is P. erat frater, uti Asconius explicat.

[3] Nempe in P. Claudium perpetuum Ciceronis inimicum.

[4] Corruptum videtur in editionibus hic locus nempe: *Nam quia is P. Clodii erat frater.* Quam lectionem si retineremus, Claudius quidem, cuius ante tria verba mentio fit, non Publius sed Caius esset, quod a veritate abhorret: siquidem Publius erat inimicus Ciceronis. Codicum quoque ambrosianorum alter habet: *namque is in P. Clodii frater erat.* Alter vero, *nam quis is P. Clodii erat frater.* Iam quod editiones a codicibus discrepant, atque ipsi codices inter se, id scilicet argumento est, locum in mendo cubare. Nostram autem emendationem satis commodam visum iri speramus.

heim-familiam transierat per summam infamiam; se quoque dubitare adhuc dixit.

POST DUAS PARTES ORATIONIS DICIT DE SCAURO QUEM DEFENDIT.

10. Nam quom ex multis unus ei restaret Dolabella, paternus inimicus, qui cum Q. Caepione propinquo suo contra Scaurum patrem suum obsignaverat; caeteras [1] eas sibi inimicitias non susceptas, sed relatas. Et cetera.

Ne forte erretis, et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse, in quem C. Caesaris orationes legitis, scire vos oportet, duos eodem tempore fuisse et praenomine et nomine et cognomine, Dolabellas. Horum igitur alterum Caesar accusavit, nec damnavit: alterum M. Scaurus accusavit et damnavit.

POST TRES PARTES QUO LOCO DEFENDIT QUOD TAM MAGNIFICAM DOMUM SCAURUS HABERET.

11. Praesertim quom propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiaae tollat aut cupiditatis.

Demonstrasse vobis memini me, hanc domum in ea parte Palatii esse, quae, quom ab sacra via descenderis, et per proximum vicum, qui est ab sinistra parte, praedieris, posita est. Possidet eam nunc Longus [2] Caecina, qui consul fuit cum Claudio. In huius domus atrio fuerunt quattuor columnae marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur: usus erat iis aedilis, ut ipse

[1] Editiones habent, *obsignaverat stateras*, Codex alter ambrosianus *obsignaverat; steteras eas* etc. Alter vero optime, *obsignaverat. Caeteras eas* etc. Nimirum *obsignaverat* hoc loco significat, ut arbitrator, *testis adfuerat*, sive annulo *accusationem in Scaurum obsignaverat*. Quare *stateras* ab hoc Ciceronis loco removendae videntur.

[2] Seu potius *Largus*: qua super re vide locum dissertationis nostrae, ubi agimus de Asconii aetate.

quoque significat, in ornatu theatri, quod ad tempus perquam ampla magnitudine magne fecerat [1].

*Sequitur.*

12. Haec quom tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis, ut ·M· Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimae, levissimae, vanissimae genti, ac, prope dicam, pellitis testibus condonetur.

Avum nunc Scauri maternum significat ·L· Metellum pontificem maximum quem postea quoque nominat: nam paternus avus proavusque Scauri humiles atque obscuri fuerunt.

*Vers. a novissimo CLX.*

13. Undique mihi suppeditat, quod pro ·M· Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. Curia illa vos [2] de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur, ·L· ipse Metellus, avus huius, sanctissimos Deos illo constituisse in templo videtur, in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur.

Castoris et Pollucis templum Metellus, quem nominat, refecerat.

Laudaverunt Scaurum consulares novem, ·L· Piso, ·L· Volcatius, ·Q· Metellus Nepos, ·M· Perpenna, ·L· Philippus, ·M· Cicero, ·Q· Hortensius, ·P· Servilius Isauricus .pr., ·Cn· Pompeius magnus. Horum magna pars per tabulas laudaverunt qui aberant: inter quos Pompeius quoque; nam quod erat pro consule, extra urbem morabatur.

[1] Ita magne fecerat cum principe editione codex alter ambrosianus. Alter vero magnificerat, uti manu emendatum vidi etiam in Aldina editione. Reliquae, quas vidi, editiones habent magnum fecerat.

[2] Uterque codex ambr. et aliquot antiquae editiones sic habent: Curia illa vos de etc.

Unus praeterea adolescens laudavit frater eius Faustus Cornelius Syllae filius. Is in laudatione multa humiliter et cum lacrymis locutus, non minus audientes permovit, quam Scaurus ipse permoverat. Ad genera iudicum, quom sententiae ferrentur, bifariam se diviserunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse, et ·M· Glabrio sororis filius, et Paulus, et ·P· Lentulus Lentuli Nigri flaminis filius, et ·L· Aemilius Buca filius et ·C· Memmius Fausta natus supplicaverunt: ex altera parte Sylla Faustus frater Scauri, et ·C· Aronius Limo, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et ·T· Peduceus, et ·C· Cato, et ·M· Olena Scortianus.

Sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres et XX, tribuni aerarii XXV.

Ex quibus damnaverunt senatores IV, equites II, tribuni II.

Cato praeterea [1], quom vellet de accusatoribus in consilium mittere, multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitae multitudini, ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. ·C· Triarius nullam gravem sententiam habuit.

Subscriptores eius ·M· et ·Q· Pacuvii fratres denas, et ·L· Marius tres graves habuerunt.

Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat, iusque dicebat: idque reppererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ac Tatii statuae in Capitolio, et in rostris Camilli fuerunt, togatae sine tunicis.

---

[1] Recentiores aliquot Asconii editiones habent *praetor corrupte*. Sed *praeterea* antiquae editiones cum codd. ambrosianis.



ORATIONIS PRO ·M· AEMILIO SCAURO

ALIA FRAGMENTA E PLURIBUS AUCTORIBUS COLLECTA.

---

Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas. Incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti: depressam caecam iacentem domum pluris quam te, quam fortunas tuas aestimasti. *Ipse Cicero in Oratore LXVII. quem locum putavit Sigonius sumptum ex oratione Scauriana. Confer etiam Aquilam in Antitheto.*

Ego porro, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi. *Quintilianus Inst. v. 13.*

Copiis inops, gente fallax. *Idem edit. praedict. p. 523. litt. I.*  
In illa bona invadere nullo modo potuisset. *Idem p. 530. litt. I.*

Hoc nomine audito, quod per omnes gentes pervagatum est. *Idem p. 540. litt. P.*

Retineret id quod praecipue semper studuit. *Idem p. 543. litt. S.*

Redimunt se ea parte corporis propter quam maxime expetuntur. *Isidorus Etym. XII. 2. 21.*

Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum masticra mutavit? *Isidorus Etym. XIX. 23. 5.*

Et quoniam congesta est accusatio magis acervo quodam criminum quam distinctione aliqua generum et varietate. *Severianus Syntom. rhet. cap. de disponendis criminibus.*

**Bostarem** igitur quendam Norensem fugientem e Sardinia  
Scauri adventum. *Idem cap. de propositione adversarii.*  
Prius illum sepultum, quam huic coenam esse sublatam.  
*Idem ibidem.*

Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere coactus  
*Priscianus lib. VI. in Putschio p. 689.*

Universe *Charisius lib. II. in Putschio p. 198.*

Scaurum defendens Tullius imperat Sardis, ut de familia  
nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sen-  
tirent. *Ammianus Marcellinus XXII. 15.*

ORATIONIS PRO ·M· AEMILIO SCAURO

ALIA FRAGMENTA E PLURIBUS AUCTORIBUS COLLECTA.

Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas. Incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti: depressam caecam iacentem domum pluris quam te, quam fortunas tuas aestimasti. *Ipse Cicero in Oratore LXVII. quem locum putavit Sigonius sumptum ex oratione Scauriana. Confer etiam Aquilam in Antitheto.*

Ego porro, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas ap-  
portavi. *Quintilianus Inst. v. 13.*

Copiis inops, gente fallax. *Idem edit. praedict. p. 523. litt. I.*  
In illa bona invadere nullo modo potuisset. *Idem p. 530.*  
*litt. I.*

Hoc nomine audito, quod per omnes gentes pervagatum  
est. *Idem p. 540. litt. P.*

Retineret id quod praecipue semper studuit. *Idem p. 543.*  
*litt. S.*

Redimunt se ea parte corporis propter quam maxime ex-  
petuntur. *Isidorus Etym. XII. 2. 21.*

Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum ma-  
struca mutavit? *Isidorus Etym. XIX. 23. 5.*

Et quoniam congesta est accusatio magis acervo quodam  
crininum quam distinctione aliqua generum et varietate.  
*Severianus Syntom. rhet. cap. de disponendis criminibus.*

**Bostarem** igitur quendam Norensem fugientem e Sardinia  
Scauri adventum. *Idem cap. de propositione adversarii.*  
Prius illum sepultum, quam huic coenam esse sublatam.  
*Idem ibidem.*

Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere coactus  
*Priscianus lib. VI. in Putschio p. 689.*

Universe *Charisius lib. II. in Putschio p. 198.*

**Scaurum** defendens Tullius imperat Sardis, ut de familia  
nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sen-  
tirent. *Ammianus Marcellinus XXII. 15.*

A R G U M E N T U M  
O R A T I O N I S P R O M. T U L L I O.

---

P. Fabius emerat fundum in agro Thyrimo, cui adfinis erat M. Tullius. De agri finibus primum controversiae exortae sunt; deinde de aedificio in centuria Populiana extracto, quod esse in suo aedificatum contendebat Fabius. Servi ultro citroque missi sunt. Tandem ventum est ad arma. Familia Fabii summo mane ad aedificium venit, servos M. Tullii nec opinantes adoritur, et miseranda caede omnes, Philino excepto, obruncat, tectum villamque disturbat, omnia dissipat. Priore actione negabat Fabius hanc caedem ad familiam suam pertinere; hac altera confessus est. Quare Cicero totus est, ut evincat caedem dolo malo factam esse. *Damnum passum fuisse Marcum Tullium* [1] *convenit mihi cum adversario; vi hominibus armatis rem gestam esse non inficiantur; a familia P. Fabii commissam negare non audent. Jam dolo malo factum sit ambigitur.* Ita Marcianus Capella lib. V. cap. de partitione memoriter recitans huiusce Orationis locum, quem integrum ac sanum servavit Victorinus in I. *Rhetoric. Ciceronis* cap. LVII. Contra L. Quintius, vel Quinctius, patronus Fabii contendebat, non iniuria disturbatum fuisse aedificium Tullii, quippe in fundo Fabii extractum; iure occisos esse eos, qui non ita pridem Fabii servum interfecerant, atque ipsum Fabium vita spoliatum fuissent. Itaque tota causa fuit de verbis Interdicti a Lucullo propositi; quemadmodum illa pro Caecina versata est in enarrando Interdicto de *vi hominibus armatis*. Quare merito Tacitus in Dialogo de Oratore inquit: *Quis de exceptio-*

---

[1] Pro Marcum Tullium legitur corrupte Marcum Rullum in aliquot certe Capellae editionibus. Sed mendum tollitur maxime quidem ab egregio codice Capellae Ambrosiano [F. 119. part. sup.] in quo apertissime legitur: *Cicero pro Marco Tullio ait, Damnum passum fuisse Marcom Tullium etc.* MAL.

ne et formula perpetuetur illa immensa volumina, quae pro M. Tullio, aut A. Caecina legimus? Porro ea dixit immensa, quippe quae quum intra claustra interpretationis Interdictorum contineantur, neque ultra illa exspatiantur amenis egressionibus, non aequè lectu sunt iucunda, ac ceterae orationes, quae in latioribus eloquentiae campis versantur; iam vero quae minus grata nobis contingunt, eadem quoque videri solent proluxa et immensa.

Habita est haec Oratio Marcello Praetore; quo anno non satis constat. Aequè laetè qui fuerit M. Tullius. Cum esse M. Tullium Deculam, qui consulatum, Cicerone adolescente atque ad eloquentiae laudem virescente, cum Cn. Dolabella gessit A. U. 672. opinatur Sigonius, cui suffragatur Vossius *de Analog* II. 3. Contra Heinrichus p. 58. *Ego non credam, Ciceronem adolescentem ita de cliente, viro consulari, dicturum fuisse, ut nunc legimus initio huius fragmenti. Qui P. Sextium in causa ea, cuius Orationem habemus A. U. 697. postulavit de vi, is quidam M. Tullius dicitur a Cicerone ad Q. fr. II. 3. et erat cognomine Albinovanus. Vid. in Vatinius c. 1. Oratoris libertos M. Tullios, Tironem et Lauream [vid. Manut. in Epist. ad famil. V. 20.] huc non temere quisquam vocarit. Cum Taurinensia fragmenta maiorem lucem non affundant nomini M. Tullii, praestat rem iniudicatam relinquere,*

O R A T I O N I S  
P R O M. T U L L I O  
F R A G M E N T A.

---

1. *Antea sic hanc causam adieram, Reciperatores, ut numquam dicturos adversarios arbitrarer, tantam caedem et tam atrocem ad familiam suam pertinere: itaque animo soluto a cura et a cogitatione veneram, quod intellegebam, facile id me testibus planum facere posse. Nunc vero, posteaquam non modo confessus est vir primarius L. Quinctius, verum etiam eius testes profitentur apertissime, video aliam mihi defensionis viam esse ineundam. Antea enim in eo laborabam, ut, quod arguebam, id factum esse ostenderem; nunc in eo consumenda est oratio, ut ne adversarii, quod infitari nullo modo potuerunt, cum maxime cuperent, id cum con-*
2. *fessi sunt meliore loco esse videantur. Itaque tum vestrum difficultus iudicium, mea facilis defensio fore videbatur. Ego enim omnia in testibus ponebam, quorum ipse consensus quasi conflatus indicandi moram vobis iniiciebat. At confessio adversarii in me rei difficultatem transtulit. Etenim quid est facilius, quam de eo, qui confitetur, iudicare? mihi autem difficile est satis copiose de eo dicere, quod nec atrocius verbis demonstrari potest, quam re ipsa est; neque apertius oratione mea fieri, quam ipsorum confessione factum est.*
3. *Cum in hac re, quam commemoravi, mihi mutanda ratio defensionis, tum erga P. Fabium paulo remittendum est de illa lenitate, qua priore actione omnia sua tanto studio vel dissimulaveram, vel excusaveram, ut non minus diligenter illius existimationem, quam nem M. Tulli viderer defendere. Nunc, quoniam Quinctius ad causam pertinere putavit, res ita multas, falsas praesertim et ini- que confictas, proferre de vita, et moribus, et existimatione M.*

- 99 —
- Tulli, multis de causis mihi Fabius debet ignoscere, si minus eius famae parcere videbor, quam antea consuevi. *Priore actione summopere caui ab offendendo Fabio: sed quando Quinctius, mutato defensionis tenore, putavit ad officium suum pertinere, adversario nulla in re parcere; quid me oportet Tullium pro Tullio facere, homine coniuncto mecum non minus animo, quam nomine? Ac mihi magis illud laborandum videtur, Recuperatores, ut, quod antea nihil in istam dixi probrosi umquam, in eo reprachendar,*
5. *quod hoc tempore respondeo. Verum et tum id feci quod oportuit, et nunc faciam quod necesse est. Nam cum esset de re pecuniaria controversia, quod damnum datum M. Tullio diceremus, alienum a mea natura videbatur quidquam de existimatione P. Fabi dicere; non quia res postulare non videretur. Quid ergo est? Tametsi postulat causa, tamen, nisi plane cogit ingratis, ad maledicendum non soleo descendere. Nunc cum coactus dicam, si quid forte dicam, tamen id ipsum verecunde modicoque faciam, tantum, ut, quoniam sibi me non esse inimicum potuit priore actione Fabius iudicare, nunc M. Tullio fidelem certumque amicum esse cognoscat.*
6. *Unum hoc abs te, L. Quinti, pervelim impetrare; quod tametsi eo volo, quia mihi utile est, tamen abs te idcirco, quia aecum est, postulo: ut ita tibi multum temporis ad dicendum sumas, ut is aliquid ad iudicandum relinquas; namque antea non defensionis tuae modus, sed nox tibi finem dicendi fecit. Nunc, si tibi placere potest, ne idem facias, id abs te postulo. Neque hoc idcirco postulo, quod te aliquid censeam praeterire oportere, aut non quam ornatissime et copiosissime dicere, verum ut semel unaquaque de re dicas; quod si facies, non vereor, ne dicendo dies eximatur.*
7. *Judicium vestrum est, Recuperatores, quantae pecuniae paret dolo male familiae P. Fabi vi hominibus armatis coactisve damnum factum esse M. Tullio. Eius rei taxationem nos fecimus; aestimatio vestra est; iudicium datum est in quadruplum.*
8. *Cum omnes leges, omniaque iudicia, quae paulo graviora atque asperiora videntur esse, ex improborum iniquitate et iniuria nata sunt; tam hoc iudicium paucis hisce annis propter hominum*



- malam consuetudinem, nimiamque licentiam, constitutum est. Nam cum multae familiae dicerentur in agris longinquis et pascuis armatae esse, caedesque facere; cumque ea consuetudo non solum ad res privatorum, sed etiam ad summam rempublicam pertinere videretur; M. Lucullus, qui summa aequitate atque sapientia ius dixit, primus hoc iudicium composuit, et id spectavit, ut homines ita familias suas continerent, ut non modo armati damnum nemini darent, verum etiam lacessiti, iure se potius quam armis defenderent. Et cum sciret de damno legem esse Aquiliam, tamen hoc ita existimavit, apud maiores nostros cum et res et cupiditates minores essent, et familiae non magnae magno metu continerentur ut perraro fieret, ut homo occideretur, idque nefarium ac singulare facinus putaretur, nihil opus fuisse iudicio de vi coactis armatisque hominibus; quod enim usu non veniebat, de eo si quis legem aut iudicium constitueret, non tam prohibere videretur, quam
9. admonere. His temporibus, cum ex bello diuturno atque domestico res in eam consuetudinem venisset, ut homines minore religione armis uterentur, necesse putavit esse, et in universam familiam iudicium dare, quod a familia factum diceretur; et recipere
  10. tores dare, ut quam primum res iudicaretur; et poenam gravio-rem constituere, ut metu comprimeretur audacia; et illam latebram tollere DAMNUM INIURIA, quod in aliis causis debet valere, et valet lege Aquilia; id ex huiusmodi damno, quod vi per servos armatos datum esset
- \* \* \* \* \*
11. *ne privati* ipsi statuerent, quo tempore possent suo iure arma capere, manum cogere, homines occidere. Cum iudicium ita daretur, ut hoc solum in iudicium venire videretur, ne ~~ut~~ hominibus coactis armatisve damnum dolo malo familiae datum ~~esset~~, neque illud addebat INIURIA, putavit se audaciam improborum sustulisse, cum spem defensionis nullam relinquisset.
  12. Quoniam quod iudicium, et quo consilio constitutum sit, cognostis; nunc rem ipsam, ut gesta sit dum breviter vobis demonstrato, attendite.

14. Fundum habet in agro Thyrimo M. Tullius paternum, Recipere-  
ratos, quem se habere usque eo non moleste tulit, donec vici-  
num eiusmodi nactus est, qui agri fines armis proferrere mallet,  
quam iure defendere. Nam P. Fabius nuper emit agrum de C.  
Claudio senatore, cui fundo erat adfinis M. Tullius, sane magno,  
dimidio fere pluris, incultam, exustis villis omnibus, quam quanti  
integrum atque ornatissimum carissimis praetiis ipse Claudius *eme-  
rat* \* \* \* \* \*
15. clam circumscriptis isti a consulari Macedonia et Asia. Etiam  
illud addam, quod ad rem pertinet. Imperatore mortuo, pecuniam  
nescio quomodo quaesitam dum vult in praedio ponere, non po-  
suit, sed abiecit. Nihil adhuc m\* \* \* \* \*  
... am calamitatem vicinorum corrigit, et quod stomachum suum  
damno Tulli explere conatus est.
16. Est in eo agro centuria, quae Popiliana nominatur, Recipere-  
ratos, quae semper M. Tulli fuit, quam etiam pater *possederat*  
\* \* \* \* \*  
posita esse, et ad fundum eius convenire. Ac primum, quod eum  
negoti totius et emptionis suae poenitebat, fundum proscrispsit; eum  
autem emptum habebat cum socio Cn. Acerronio viro op. \*  
\* \* \* \* \*
17. modum proscrispsit. Hominem appellat. Iste sane adroganter  
quod commodum fuit respondit. Neque dum fines auctor demon-  
straverat. Mittit ad procuratorem litteras et ad vilicum Tullius  
\* \* \* \* \*  
facturum negavit, illis absentibus; fines Acerronio demonstravit,
18. neque tamen hanc centuriam Popilianam vacuum tradidit. Acerro-  
nius quomodo potuit se de tota re *excusabat* \* \* \* \* \*  
mine eiusmodi semusitatus effugit. Adducit iste interea in saltum  
homines electos maximis animis et viribus, et his arma, quae cui-  
que habilia atque apta essent, comparat; prorsus ut quis intel-  
leret, non eos ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam
19. comparari. Brevi illo tempore, Q. Cati Aemiliani hominis hone-  
sti, quem vos nostis, duo homines occiderunt; multa alia fecerunt;

passim vagabantur armati, non obscure sed ut plane intellegere viderentur ad quam rem parati essent; agros, vias denique infestas habebant. Venit in Thyrinum interea Tullius. Deinde iste paterfamilias, Asiaticus bestus, novus arator, et idem pecuarius, cum ambularet in agro, animadvertit in hac ipsa centuria Populiana aedificium non ita magnum, servumque M. Tulli Philinum. *Quid vobis*, inquit, *'stic negoti immeo est?* Servus respondit pudenter, at non stulte, dominum esse ad villam, posse cum cum eo disceptare si quid vellet. Rogat Fabius Acerronium, nam ibi tum erat, ut secum simul veniat ad Tullium. Venitur. Ad villam erat Tullius. Appellat Fabius, ut aut ipse Tullium deduceret, aut ab eo deduceretur. Dicit deducturum se Tullius; vadimonium Fabio Romam promissurum. Manet in ea condicione Fabius. Mature disceditur.

21. Proxima nocte iam fere cum lux adpropinquaret, ad illud aedificium, de quo antea dixi, quod erat in centuria Populiana, servi P. Fabi frequentes armatique veniunt; introitum ipsi sibi vi manaque patefaciunt; homines magni praetii, servos M. Tulli nec opinantes adoriuntur, quod facile factu fuit; neque tam multos, neque repugnantes multi armati paratique occidunt; tantumque odii crudelitatisque habuerunt, ut eos omnes gurgulionibus insectis relinquerent, ne, si quem semivivum ac spirantem etiam relinquisent, minor is honor haberetur; praeterea tectum villamque disturbant. Hanc rem tam atrocem, tam indignam, tam repentinam nuntiat M. Tullio Philinus, quem antea nominavi, qui graviter saucius e caede effugerat. Tullius statim mittit ad amicos, quorum ea vicinitate tum illi bona atque honesta copia praesto fuit. Omnibus acerba res et misera videbatur, cum amici in comm\* \*

\* \* \* \* \*

23. Dicam vim factam a P. Fabi familia, adversarii non negant; damnum datum esse M. Tullio: concedis: vici unam rem. Vim hominibus armatis factam non negas: vici alteram. Dolo malo factum negas: de hoc iudicium est \* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

24. turbarunt. Audite, quaeso, in eas res, quas commemoro, hominum honestorum testimonium. Haec, quae mei testes dicunt, fatetur adversarius eos vere dicere; quae mei testes non dicunt, quia non viderunt nec sciunt, ea dicit ipse adversarius. Nostri testes dicunt occisos homines, cruorem in locis pluribus, deiectum aedificium se vidisse; dicunt nihil amplius. Quid Fabius? Horum nihil negat. Quid ergo addit amplius? Suam familiam fecisse dicit.
25. Quomodo? vi hominibus armatis. Quo animo? Ut id fieret quod factum est. Quid est id? Ut homines M. Tulli occiderentur. Quod ergo eo animo factum est, ut homines unum in locum convenirent, ut arma caperent, ut certo consilio certum in locum proficiscerentur, ut idoneum tempus eligerent, ut caedem facerent, id si voluerunt et cogitarunt et perfecerunt, potestis eam voluntatem, id
26. consilium, id factum a dolo malo seiungere? Ad istuc totum DOLO MALO additur in hoc iudicio eius causa, qui agit, non illius, quicum agitur. Id ut intelligatis, Reciperatores, quaeso, ut diligenter attendatis; profecto quin ita sit non dubitabitis.
27. Si ita iudicium daretur, ut id concluderetur quod a familia factum esset, si quae familia ipsa in caede interesse noluisse, et homines aut servos aut liberos coëgisset, aut conduxisset; totum hoc iudicium, et Praetoris severitas dissolveretur. Nemo enim potest haec iudicare, qua in re familia non interfuisset, in ea re eam ipsam familiam vi armatis hominibus damnum dedisse. Ergo id quia poterat fieri, et facile poterat, id circo non satis habitum est quaeri, quid familia ipsa fecisset, verum etiam illud, QUID
28. FAMILIAE DOLO MALO FACTUM ESSET. Nam cum facit ipsa familia vi armatis coactisve hominibus, et damnum cuiquam dat, id dolo malo fieri necesse est; cum autem rationem inicit, ut id fiat, familia ipsa non facit, fit autem dolo malo eius. Ergo addito DOLO MALO, actoris et petitoris fit causa copiosior. Utrum enim ostendere potest, sive eam ipsam familiam sibi damnum dedisse, sive consilio et opera eius familiae factum esse, vincat necesse est.
29. Videtis Praetores per hos annos intercedere hoc *interdicto in-*

- ter me; et M. Claudium UNDE DE DOLO MALO TUO M. TULLI M. CLAUDIUS AUT FAMILIA AUT PROCURATOR EIUS VI DETRUSUS EST cetera ex formula, sicut ita interdictum est, et sponsio facta. Ego me ad iudicem si defendam, ut vi me deiecis- se confitear, dolo malo negem; et quis me audiat? non opinor quidem. Quia si vi deieci M. Claudium, dolo malo deieci; in vi
30. enim dolus malus inest. Et Claudio utrumvis satis est planum fa- cere, vel se a me ipso vi deiectum esse, vel me consilium inisse, ut vi deiceretur. Plus igitur *prodest* Claudio cum interdicitur, un- de a dolo malo meo vi deiectus sit, quam si daretur, unde a me vi deiectus esset. Nam in hoc posteriore, nisi ipse egomet deie- cissem, vincerem sponsonem; in illo priore, ubi dolus malus au- ditor, sive consilium inissem ut vi deiceretur, sive ipse deieci- sem, necesse erat te dolo malo meo vi deiectum iudicari.
31. Hoc persimile, atque adeo plane idem est in hoc iudicio, Re- ciperatores. Quaero enim abs te. Si ita iudicium datum esset, quantae pecuniae paret a familia P. Fabi hominibus armatis dam- num M. Tullio *illatum*, quid haberes quod diceres? Nihil, opinor. Fateris enim omnia, et familiam P. Fabi fecisse, et vi hominibus armatis fecisse. Quod additum est DOLO MALO, id te adiuvere
32. putas; in quo opprimitur et excluditur omnis tua defensio. Nam si additum id non esset, ac tibi libitum esset ita defendere tuam familiam non fecisse, vinceris, si id probare potuisses. Nunc, si- ve illa defensione uti voluisses, sive hac, qua uteris, condemneris necesse est. Nisi putamus *eum in iudicium venire*, qui consilium inierit; illum, qui fecerit, non venire; cum consilium sine factò intellegi possit, factum sine consilio non-possit. An quod factum eiusmodi est, ut sine occulto consilio, sine nocte, sine vi, sine damno alterius, sine armis, sine caede, sine maleficio fieri non
33. potuerit, id sine dolo malo factum iudicabitur? An qua in re Prae- tor illi improbam defensionem tolli voluit, in ea re mihi diffici- liorem actionem factam putabitis? Hic mihi isti singulari ingenio videntur esse, qui et id, quod mihi contra illos datum est, ipsi adripiunt, et scopulo atque saxis pro portu stationeque utuntur.

Nam in dolo malo volunt delitescere; in quo non modo, cum omnia ipsi fecerunt quae fatentur, verum etiam si per alios id fecissent, haerent ac tenerentur.

34. Ego non in una re sola, quod mihi satis est, neque in universa re solum, quod mihi satis est, set singulatim in omnibus dolum malum extare dico. Consilium capiunt, ut ad servos M. Tulli veniant, dolo malo faciunt; arma capiunt, dolo malo faciunt; tempus ad insidiandum adque celandum idoneum eligunt, dolo malo faciunt; vi in tectum inruunt, in ipsa vi dolus est; occidunt homines, tectum diruunt, nec homo occidi, nec consulto alteri damnum dari sine dolo malo potest. Ergo si omnes partes sunt eiusmodi, ut in singulis dolus malus haereat, universam rem et totum facinus sine dolo malo factum iudicabitis?

35. Quid ad haec Quintius? Sane nihil certum neque unum, in quo non modo possit, verum putet se posse consistere. Primum enim illud iniecit, nihil posse dolo malo familiae fieri; hoc loco non solum fecit, ut defenderet Fabium, sed ut omnino huiusmodi iudicia dissolveret. Nam si venit id in iudicium de familia, quod omnino familia nulla potest committere, nullum est iudicium, ab-

36. solvantur omnes de simili causa necesse est. Hoc solum bona mehercule, si hoc solum esset, tamen vos talis viri nolle, deseretis maximam rem coniunctam cum summa re fortunisque privatorum, severissimum iudicium maximeque ratione compositum per vos videretur esse dissolutum. Sed non id solum agitur \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

37. ego intelligo; et tamen dicendum est ad ea quae dixit Quintius, non quo ad rem pertineant, sed ne quid, quia a me praetermissum est, pro concessio putetur.

38. Dicis oportere quaeri homines M. Tulli iniuria occisi essent, nec ne. De quo hoc primum quaero venerit ea res in hoc iudicio, nec ne. Si non venit, quid attinet aut nos dicere, aut nos quaerere? Si autem venit, quid attinuit te tam multis verbis a Praetore postulare, ut adderet in iudicium INIURIA; et, quia non impetrasses, Tribunos Plebis appellare, et hic in iudicio queri

39. Praetoris iniquitatem, quod de INIURIA non addi debet? Haec cum Praetorem postulabas, cum Tribunos appellabas, nempe ita dicebas, potestatem tibi fieri oportere, ut, si posses, Reciperatores persuaderes, non esse iniuria M. Tullio damnum datum. Quod ergo ideo in iudicium addi voluisti, ut de eo tibi aput Reciperatores dicere liceret; eo non addito, nihilominus tamen ita dicis, quasi id ipsum, a quo detrusus es, impetraris. At quibus verbis in decernendo Metellus usus est, ea ceteri quos appellasti
40. *confirmarunt*. Nonne haec omnium fuit oratio, quod vi hominibus armatis coactisve familia fecisse diceretur, id tametsi nullo iure fieri potuerit, tamen se nihil addituros? Et recte, Reciperatores. Nam cum, per fugio nullo constituto, tamen haec scelera servi audacissime faciant, domini impudentissime confiteantur, quid censetis fore, si Praetor iudicet eiusmodi caedes fieri iure posse? An quicquam interest, utrum magistratus peccato defensionem constituent, an peccandi potestatem licentiamque permittant? Etenim, Reciperatores, non damno commoventur magistratus, ut in haec verba iudicium dent: nam id esset, nec reciperatores potius darent, quam iudicem; nec in universam familiam, sed in eum quicum nominatim ageretur; nec in quadruplum, sed in duplum; et damno adderetur INIURIA. Neque enim is, qui hoc iudicium dedit de ceteris damnis, ab lege Aquilia recedit, in quibus nihil agitur nisi damnum; qua de re Praetor animum debet advertere.
42. In hoc iudicio videtis agi de vi; videtis agi de hominibus armatis; videtis aedificiorum expugnationes, agri vastationes, hominum trucidationes, incendia, rapinas, sanguinem in iudicium venire; et miramini satis habuisse eos, qui hoc iudicium dederunt, id quaeri, utrum haec tam acerba, tam indigna, tam atrocia facta essent, nec ne; non utrum iure facta, an iniuria? Non ergo Praetores a lege Aquilia recesserunt, quae de damno est, sed de vi et armatis severum iudicium constituerunt; nec ius et iniuriam quaeri nusquam putarunt oportere, sed eos, qui armis, quam iure, agere maluissent,
43. de iure et iniuria disputare noluerunt. Neque ideo de INIURIA non addiderunt, quod in aliis rebus non adderent, sed ne ipsi iu-

dicarent posse homines servos iare arma capere, et manum cogere. Neque quod putarent, si additum esset, posse hoc talibus viris persuadere, non iniuria factum; sed ne quoddam scutum dare in iudicio viderentur iis, quos propter haec arma in iudicium vocavissent.

44. Fuit illud interdictum apud maiores nostros DE VI, quod hodie quoque est, UNDE TU AUT FAMILIA TUA AUT PROCURATOR TUUS ILLUM AUT FAMILIAM AUT PROCURATOREM ILLIUS IN HOC ANNO VI DEIECISTI, deinde additur illius iam hoc causa quicum agitur CUM ILLE POSSIDERET, et hoc amplius, quod NEC VI NEC CLAM NEC PRAECARIO POSSEDE-

45. RET. Multa dantur ei, qui vi alterum detrusisse dicitur; quorum si unum quodlibet probari iudici potuerit, etiamsi confessus erit, se vi deiecisse, vincat necesse est, vel non possedissee eum, qui deiectus sit, vel vi possedissee, vel clam, vel praecario. Ei qui de vi confessus esset, tot defensiones tamen ad causam obtinendam maiores reliquerunt.

46. Age illud alterum interdictum consideremus, quod item nunc est constitutum, propter eandem iniquitatem temporum, nimiamque hominum *licentiam*. \* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

47. boni debent dicere. Atque ille legem mihi de XII. tabulis recitavit, quae permittit, ut furem noctu liceat occidere, et luce, si se telo defendat; et legem antiquam de legibus sacratis, quae iubet inpune occidi eum, qui Tribunum Plebis pulsaverit. Nihil, ut opinor, praeterea de legibus.

48. Qua in re hoc primum quaero, quid ad hoc iudicium recitari istas leges pertinuerit? Num quem Tribunum Plebis servi M. Tulli pulsaverant? Non opinor. Num furatam domum P. Fabi noctu venerunt, et se telo defenderunt? Dicit non potest. Ergo istis legibus, quas recitasti, certe non potuit istius familia servos M. Tulli occidere.

49. Non, inquit, ad eam rem recitavi, sed ut hoc intellegeres, non visum esse maioribus nostris tam indignum istuc nescio quid,



quam tu putas, hominem occidi. At primum istae ipsae leges, quas recitas, ut mittam, cetera significant, quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse esset, hominem occidi. Primum ista lex Sacrata est, quam rogarunt armati, ut inermes sine periculo possent esse. Quare non iniuria quo magistratu munitae leges sunt, eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt.

50. Furem, hoc est praedonem et latronem, luce occidi vetant XII. tabulae, cum intra parietes tuos hostem certissimum teneas, NISI SE TELO DEFENDERIT, inquit, etiamsi cum telo venerit, nisi utetur telo ac repugnabit, non occides; QUOD SI REPUGNAVERIT ENDOPLORATO, hoc est conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. Quid ad hanc clementiam addi potest? Qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae capud suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret.

51. Quis est, cui magis ignosci conveniat, quoniam me ad XII. tabulas revocas, quam si quis quem imprudens occiderit? Nemo opinor. Haec enim tacita lex est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae poena repetatur. Tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt. Nam lex est in XII. tabulis, SI TELUM MANU FUGIT *Magis quam iecit* \* \* \* \* \*

52. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quamobrem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? Non iniuria. Quid ita? quia constitutum est \* \* \* \* \*

53. tamen verum factum esset non modo servos. Tamen in eo ipso loco, qui tuus esset, non modo servos M. Tulli occidere iure non potuisti; verum etiam si tectum, hoc insciente, aut per vim demolitus esses, quod hic in tuo aedificasset, et suum esse defenderet, id per vim aut clam factum iudicaretur. Tu ipse iam statue, quam verum sit, cum paucas tegulas deicere inpune familia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude facere potuisset. Ego ipse, tecto illo disturbato, si hodie postulem, quod vi aut clam factum sit, tu aut per arbitrum restituas, aut sponsione condemne-

ris necesse est. Nunc hoc probabis viri talibus, cum aedificium tuo iure disturbare non potueris, quod esset, quemadmodum tu vis, in tuo, homines, qui in eo aedificio fuerint, te tuo iure potuisse occidere?

54. Ad servus meus non comparet, qui visus est cum tuis. Ad casa mea est incensa a tuis. Quid ad haec respondeam? Ostendi falsa esse: verumtamen confitebor. Quid postea? Hoc sequitur, ut familia M. Tulli concidi oportuerit? Vix mehercule, ut corium peti; vix ut gravius expostulari; verum ut esses durissimus. Agi quidem usitato iure, et cotidiana actione potuit; quid opus fuit vi, quid armatis hominibus, quid caede, quid sanguine?
55. At enim oppugnatum me fortasse venissent. Haec est illorum in causa perditata extrema non oratio, neque defensio, sed coniectura, et quasi divinatio. Illi oppugnatum venturi erant? Quem? Fabium. Quo consilio? ut occiderent. Quam ob causam, quid ut proficerent? Qui comperisti? Et ut rem perspicuam quam paucissimis verbis agam, dubitari hoc potest, Recaperatores, utri oppugnasse videantur, qui ad villam venerunt, an qui in villa manserunt? qui occisi sunt, an ii, ex quorum numero saucius factus est nemo? qui cur facerent causa non fuit, an ii, qui fecisse se confitentur? Verum, ut hoc tibi credam, metuisse te, ne obpugnare; quis hoc statuit umquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum iure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur?

CETERA DESIDERANTUR.

quam tu putas, hominem occidi. At primum istae ipsae leges, quas recitas, ut mittam, cetera significant, quam noluerint maiores nostri, nisi cum perneccesse esset, hominem occidi. Primum ista lex Sacrata est, quam rogarunt armati, ut inermes sine periculo possent esse. Quare non iniuria quo magistratu munitae leges sunt, eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt.

50. Furem, hoc est praedonem et latronem, luce occidi vetant XII. tabulae, cum intra parietes tuos hostem certissimum teneas, NISI SE TELO DEFENDERIT, inquit, etiamsi cum telo venerit, nisi utetur telo ac repugnabit, non occides; QUOD SI REPUGNAVERIT ENDOPLORATO, hoc est conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. Quid ad hanc clementiam addi potest? Qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae capud suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret.

51. Quis est, cui magis ignosci conveniat, quoniam me ad XII. tabulas revocas, quam si quis quem imprudens occiderit? Nemo opinor. Haec enim tacita lex est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae poena repetatur. Tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt. Nam lex est in XII. tabulis, SI TELUM MANU FUGIT *Magis quam iecit* \* \* \* \* \*

52. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quamobrem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? Non iniuria. Quid ita? quia constitutum est \* \* \* \* \*

53. tamen verum factum esset non modo servos. Tamen in eo ipso loco, qui tuus esset, non modo servos M. Tulli occidere iure non potuisti; verum etiam si tectum, hoc insciente, aut per vim demolitus esses, quod hic in tuo aedificasset, et suum esse defenderet, id per vim aut clam factum iudicaretur. Tu ipse iam statue, quam verum sit, cum paucas tegulas deicere impune familia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude facere potuisset. Ego ipse, tecto illo disturbato, si hodie postulem, quod vi aut clam factum sit, tu aut per arbitrum restituas, aut sponsione condemne-

ris necesse est. Nunc hoc probabis viris talibus, cum aedificium tuo iure disturbare non potueris, quod esset, quemadmodum tu vis, in tuo, homines, qui in eo aedificio fuerint, te tuo iure potuisse occidere?

54. Ad servus meus non comparet, qui visus est cum tuis. Ad casa mea est incensa a tuis. Quid ad haec respondeam? Ostendi falsa esse: verumtamen confitebor. Quid postea? Hoc sequitur, ut familia M. Tulli concidi oportuerit? Vix mehercule, ut corium peti; vix ut gravius expostulari; verum ut esses durissimus. Agi quidem usitato iure, et cotidiana actione potuit; quid opus fuit vi, quid armatis hominibus, quid caede, quid sanguine?

55. At enim oppugnatum me fortasse venissent. Haec est illorum in causa perdita extrema non oratio, neque defensio, sed coniectura, et quasi divinatio. Illi oppugnatum venturi erant? Quem? Fabium. Quo consilio? ut occiderent. Quam ob causam, quid ut proficerent? Qui comperisti? Et ut rem perspicuam quam paucissimis verbis agam, dubitari hoc potest, Recuperatores, utri oppugnasse videantur, qui ad villam venerunt, an qui in villa manserunt?

56. qui occisi sunt, an ii, ex quorum numero saucius factus est nemo? qui cur facerent causa non fuit, an ii, qui fecisse se confitentur? Verum, ut hoc tibi credam, metuisse te, ne obpugnare; quis hoc statuit umquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum iure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur?

CETERA DESIDERANTUR.

quam tu putas, hominem occidi. At primum istae ipsae leges, quas recitas, ut mittam, cetera significant, quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse esset, hominem occidi. Primum ista lex Sacrata est, quam rogarunt armati, ut inermes sine periculo possent esse. Quare non iniuria quo magistratu munitae leges sunt, eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt.

50. Furem, hoc est praedonem et latronem, luce occidi vetant XII. tabulae, cum intra parietes tuos hostem certissimum teneas, NISI SE TELO DEFENDERIT, inquit, etiamsi cum telo venerit, nisi utetur telo ac repugnabit, non occides; QUOD SI REPUGNAVERIT ENDOPLORATO, hoc est conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. Quid ad hanc clementiam addi potest? Qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae capud suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret.

51. Quis est, cui magis ignosci conveniat, quoniam me ad XII. tabulas revocas, quam si quis quem imprudens occiderit? Nemo opinor. Haec enim tacita lex est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae poena repetatur. Tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt. Nam lex est in XII. tabulis, SI TELUM MANU FUGIT *Magis quam iecit* \* \* \* \* \*

52. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quamobrem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? Non iniuria. Quid ita? quia constitutum est \* \* \* \* \*

53. tamen verum factum esset non modo servos. Tamen in eo ipso loco, qui tuus esset, non modo servos M. Tulli occidere iure non potuisti; verum etiam si tectum, hoc insciente, aut per vim demolitus esses, quod hic in tuo aedificasset, et suum esse defenderet, id per vim aut clam factum iudicaretur. Tu ipse iam statue, quam verum sit, cum paucas tegulas deicere inpune familia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude facere potuisset. Ego ipse, tecto illo disturbato, si hodie postulem, quod vi aut clam factum sit, tu aut per arbitrum restituas, aut sponsione condemne-

ris necesse est. Nunc hoc probabis viris talibus, cum aedificium tuo iure disturbare non potueris, quod esset, quemadmodum tu vis, in tuo, homines, qui in eo aedificio fuerint, te tuo iure potuisse occidere?

54. Ad servus meus non comparet, qui visus est cum tuis. Ad casa mea est incensa a tuis. Quid ad haec respondeam? Ostendi falsa esse: verumtamen confitebor. Quid postea? Hoc sequitur, ut familia M. Tulli concidi oportuerit? Vix mehercule, ut corium peti; vix ut gravius expostulari; verum ut esses durissimus. Agi quidem usitato iure, et cotidiana actione potuit; quid opus fuit vi, quid armatis hominibus, quid caede, quid sanguine?
55. At enim oppugnatum me fortasse venissent. Haec est illorum in causa perdita extrema non oratio, neque defensio, sed coniectura, et quasi divinatio. Illi oppugnatum venturi erant? Quem? Fabium. Quo consilio? ut occiderent. Quam ob causam, quid ut proficerent? Qui comperisti? Et ut rem perspicuam quam paucissimis verbis agam, dubitari hoc potest, Recuperatores, utri oppugnasse videantur, qui ad villam venerunt, an qui in villa manserunt? qui occisi sunt, an ii, ex quorum numero saucius factus est nemo? qui cur facerent causa non fuit, an ii, qui fecisse se confitentur? Verum, ut hoc tibi credam, metuisse te, ne obpugnare; quis hoc statuit umquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum iure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur?

CETERA DESIDERANTUR.

ORATIONIS  
PRO M. TULLIO

ALIA FRAGMENTA E PLURIBUS AUCTORIBUS COLLECTA.

---

Dicam vim factam a P. Fabi familia; adversarii non negant. Damnum datum esse M. Tullio concedis; vici unam rem. Vim hominibus armatis factam non negas; vici alteram. Dolo malo factum negas; de hoc iudicium est. *Victorinus in I. Rhetor. Ciceronis cap. LVII; vide etiam me in Argumento huius Orationis.*

Hoc iudicium sic expectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur. *Priscianus lib. VI. in Putschio p. 678.*

Plicavi legimus, ut est apud Ciceronem pro Marco Tullio. *Diomedes lib. I. in Putschio p. 369.*

Cicero pro Tullio explicavit, ait. *Macrobius de differ. et soc. graeci latiniqve verbi in Putschio p. 2738.*

---

AD FRAGMENTUM  
ORATIONIS PRO L. FLACCO

MONITUM  
ANGELI MAI V. CL.

---

In oratione pro L. Flacco duae sunt insigniores lacunae, una ante caput III. altera ante IX. Censeo fragmentum hoc collocandum ante caput III. ita ut expleat primam lacunam saltem ex parte. Agitur in capite III. olim edito de muneribus a Flacco gestis non sine optima fama pluribus in provinciis, et de testium adversariorum iniquitate atque ignobilitate. Atqui in nostro fragmento de his ipsis agitur; ergo hoc pertinere putandum est. Et quidem quum in fine fragmenti dicatur Flaccus puer cum patre consule ab bellum esse profectus, in principio autem capitis III. olim editi munera, quibus Flaccus in reliqua vita functus est, enumerentur, videtur omnino fragmentum hoc inserendum esse primae lacunae orationis.

---



ORATIONIS  
PRO L. FLACCO  
FRAGMENTUM AMBROSIANUM.

---

1. . . . . externum cum domestica vita naturaque constaret. Itaque non patiar, D. Laeli, te tibi hoc sumere, atque hanc ceteris in posterum, nobis in praesens tempus, legem conditionemque *constituere* \* \* \* \* \*
2. Cum adolescentiam notaris, cum relicum tempus aetatis turpitudinis maculis consperseris; cum privatarum rerum ruinas, cum domesticas labe, cum urbanam infamiam, cum Hispaniae, Galliae, Ciliciae, Cretae, quibus in provinciis non obscure versatus est, vitia et flagitia protuleris: tum denique quid Molitae, et Loreni de L. Flacco existiment audiemus.
3. Quem vero tot, tam gravesque provinciae saluum esse cupiant, quem plurimi cives tota ex Italia devincti necessitudine ac vetustate defendant, quem haec communis nostrum omnium patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat, hunc etiamsi tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam.
4. Quid, si neque tota, neque optima, neque incorrupta, neque sua sponte, nec iure, nec more, nec vere, nec religiose, nec integre, si inpulsa, si sollicitata, si concitata, si coacta, si impia, si temere, si cupide, si inconstanter nomen suum misit in hoc iudicium per egentissimos testes; ipsa autem nihil quaeri vere de iniuriis potest? Tamen ne, iudices, haec ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt?

5. Tenebo igitur hunc ordinem defensory quem fagit intitiens; et accusatorem urgebo atque insequar; et ultro crimen ab adversario flagitabo. Quid est, Laeli? Numquid ead \* \* d \* \* ea \* \* f \* \* \* no? Qui equidem non in umbra, neque in illius aetatis disciplinis artibusque versatus est. Etenim puer cum patre consule ad bellum est profectus. Nimirum etiam hoc ipso nomine ali- quid \* \* i asus, \* \* \* \* \*

AD FRAGMENTUM  
ORATIONIS IN CLODIUM  
MONITUM.

---

Orationis in Clodium et Curionem, praeter fragmenta a veteribus scriptoribus commemorata, alia bene multa cum commentario Scholiastis Ambrosiani edidit Cl. Mai [*M. T. Ciceronis sex Orationum partes etc. Mediol. 1817. p. 55. sq.*] cuius lege praeivum monitum. Porro folium hoc Taurinense, quod multa Ambrosiana fragmenta complectitur, simulque connectit, pertinet ad caput IV. et V. editionis Cl. Viri.

---

ORATIONIS  
IN OLODIUM  
FRAGMENTUM TAURINENSE

1. *intellego quam in absentem esse dicenda.*

Primum homo durus, ac priscus, invectus est in eos, qui mense aprili apud Baias essent, et aquis calidis uterentur. Quid cum hoc homine nobis tam tristi, ac severo? non possunt hii mores ferre hunc tam austum, et tam vehementem magistrum, per quem hominibus maioribus natu, ne in suis quidem praediis impune tum, cum Romae nihil agitur, liceat esse, valetudinique

2. *servire. Verum tamen ceteris . . . . . in illo loco nullo modo.*

Quid homini, inquit, Arpinati cum Bais, agresti ac rustico? Quo loco ita fuit caecus, ut facile appareret, vidisse eum quod fas non fuisset: nec enim respexit, illum ipsum patronum libidinis suae non modo apud Baias esse, verum eas ipsas aquas habere, quae gustu tamen Harpinatis fuissent. Sed videte metuendam inimici et hostis bilem, et licentiam. Is me dixit aedificare ubi nihil habeo, ibi fuisse qu . . . . enim non . . . . . atentem adversarium, qui id obiciat, quod vel honeste confiteri, vel manifesto redarguere possis.

3. Nam rusticos ei nos videri minus est mirandum, qui manicatam tunicam, et mitram, et purpureas fascias habere non possunt. Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriae, qui effeminare vultum, attenuare vocem, levare corpus potes.

4. O singulare prodigium! Ad o monstrum! Non ne te huius

templi, non urbis, non vitae, non lucis pudet? Tu, qui indutus muliebri veste fueris, virilem vocem audes emittere, cuius inportunam libidinem, et stuprum cum scelere coniunctum, ne subornandi quidem mora retardavit? Tu ne cum vincirentur pedes fasciis, cum calvatica capiti accommodaretur, cum vix manicatam tunicam in lacertos induceres, cum strophio accurate praecingere, in tam longo spatio numquam te Appi Claudii nepotem esse recordatus es? Nonne etiamsi omnem mentem libido averterat, tamen ex \* \* \* \* \*

---

DUARUM EPISTOLARUM  
CICERONIS  
FRAGMENTA

---

*Ad fidem Codicis.*

hunc a puero, quod et spem magnam mihi adferebat summae probitatis, summaeque eloquentiae, et vivebat mecum coniunctissime, non solum amicitiae officiis, sed etiam studiis communibus, semper dilexi, nullo ut cum homine coniunctius viverem. Vides relicum esse, ut cum cognorim, quid tu et de bonorum fortuna, et de reip. calamitatibus sentias, nihil a te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Caecinam habiturus es, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intellego.

*Ad fidem Editionis lib. VI. ad fam. ep. IX.*

hunc a puero, quod et spem magnam mihi afferebat summae probitatis, summaeque eloquentiae, et vivebat mecum coniunctissime, non solum officiis amicitiae, sed etiam studiis communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctius viverem. Nihil attinet me plura scribere. Quam mihi necesse est eius salutem et fortunas, quibuseumque rebus possim, tueri, vides. Reliquum est, ut, cum cognorim pluribus rebus, quid tu et de bonorum fortuna, et de reipublicae calamitatibus sentires, nihil a te petam, nisi, ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Caecinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intellego. Haec mihi gratius facere nihil potes. Vale.

*Cicero Trebonio Sal. Dia.*

Ego quanti te faciam, semperque fecerim, quantique me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum, vel casus potius diutius in armis civilibus commorandi semper mihi magno dolore fui . . . . . ventus, quod tardius, quam est secum, et quam ego vellem, reciperas fortunam et dignitatem tuam, mihi non minori curae est, quam tibi semper fuerunt casus mei. Itaque si auctoritate et gratia tantum possem, quantum in ea rp. de qua ita meritus sum, posse deberem; tu quoque esses, qui fuisti, cum omni gradu amplissimò dignus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed quoniam eodem tempore, eademque de causa nostrum uterque cecidit, nihil erit saltem, quod non pro te mihi susceptum, maximum semper ac . . . . .

*M. T. C. Trebiano S. D. [ibid. epist. X.]*

Ego quanti te faciam, semperque fecerim, quanti me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum, vel casus potius diutius in armis civilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit: et hic eventus, quod tardius, quam est aequum, et quam ego vellem, recuperas fortunam et dignitatem tuam, mihi non minori curae est, quam tibi semper fuerunt casus mei. Itaque et Postumuleno, et Sestio, et saepissime Attico nostro, proximeque Theudae, liberto tuo, totum me patefeci; et haec his singulis saepe dixi, quaecumque re possem, me tibi et liberis tuis satisfacere cupere; idque tu ad tuos velim scribas; haec quidem certo, quae in potestate mea sunt, ut operam, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res parata patent. Si auctoritate et gratia tantum possem, quantum in ea republica, de qua ita meritus sum, posse deberem; tu quoque is esses, qui fuisti, cum omni gradu amplissimo dignissimus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed cum eodem tempore, eademque de causa, nostrum uterque cecidit, tibi et illa polliceor quae supra scripsi, quae sunt adhuc mea: et ea, quae praeterea videor mihi ex aliqua parte retinere, tamquam ex reliquiis pristinae dignitatis. Neque enim ipse Caesar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus a no-

bis, et omnes fere familiarissimi eius, casu devincti magnis meis veteribus officiis, me diligenter observant et colunt. Itaque si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi, quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor ut sperem, agam per me ipse et moliar. Singula persequi non est necesse. Universum studium meum, et benevolentiam ad te defero. Sed magni mei interest, hoc tuos omnes scire, quod tuis literis fieri potest, ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebiano. Hoc eo pertinet, ut nihil existiment esse tam difficile, quod non pro te mihi susceptum iucundum sit futurum.

Antea misissem ad te literas, si genus scribendi invenirem. **T**u enim tempore etc.



A D N O T A T I O N E S  
AD FRAGMENTA ORATIONIS PRO SCAURO.

---

1. *Maxime fuit*] Hoc fragmentum laudarunt Augustinus et Fortunatianus in sua uterque Rhetorica, atque ille quidem his verbis [1]. „Sed ut limpidius hoc genus principiandi depræhendatur, dabo „exemplum, quod habuit M. Tullius, cum pro M. Scauro loque- „retur. Erat enim controversia ἀμφίδοξος, quippe quæ nitere- „tur dignitate personæ M. Scauri, premeretur turpitudine cri- „minis de pecuniis repetundis. Utrumque in-principiis statim ita „confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personæ „contegeret, neque tamen largiter nimium, neque exultanter, „sed ita ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem. Maxi- „me fuit optandum etc.“ Porro hæc esse prima exordii verba cum Sigonio sensit Cl<sup>us</sup> Mai.

*Sic inquam . . . . . potuit imitari*]. Hæc ex Asconii frag- mentis exscripsi, simulque præmittenda duxi. Nam, ut viderat Sigonius [2]. „Hæc exempla sunt eorum, qui sibi in bello ma- „nus attulerunt, ut P. Crassi, qui in bello Aristonici in Asia cap- „tus, barbarum, a quo captus erat, ut se interficeret, pfovoca- „vit; aut alterius P. Crassi, qui in dominatione L. Cinnae, ne in „manus inimicorum incideret, sibi mortem conscivit. Quos ta- „men neque M' Aquillius, neque Julii duo, neque M. Antonius „potuerant imitari. Hoc est autem quod scribit Quintilianus lib. „IV. c. 1. Ciceronem pro Scauro repetundarum reo usum esse

[1] Augustinus *Principia Rhetor.* sub finem.

[2] In notis ad Asconium ad h. l.

exemplis“ Atqui Tullius in primo Taurinensis codicis fragmento de voluntaria morte disserit; paria ergo paribus coniungenda duxi. Hanc vero crediderim postremam fuisse partem disputationis, in qua Tullius quaerebat *ex quibus causis mors eveniat repentina*. Enimvero hanc sibi proposuisse quaestionem cum praesensum est ex indole causae, in qua de repentina morte Bostaris, et uxoris Arinis cognoscendum erat, tum conceptis verbis tradit Marcianus Capella inquit [1]: „An aliud in Scaurina succurrit, quum, interposita dissertatione, tractatur ex quibus causis mors eveniat repentina?“ Quae quum ita sint, atque Asconius tradat *circa tertiam partem a primo versu* haec locum habuisse, iam quisque videt tertiam Orationis partem a nobis desiderari. Dixerat paullo supra Sigonius exempla a Quintiliano commemorata esse intelligenda de hac interposita dissertatione; mihi vero Quintilianus innuisse videtur Orationis exordium. De exordiis enim toto illo capite disputans, post laudata prima verba Declamationis Sallustii in Ciceronem, et Ciceronis in Catilinam, subdit: „Ac, ne quis apostrophem miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quae causa est in commentariis [nam bis eundem defendit] prosopopoeia loquentis pro reo utitur; pro Rabirio vero Postumo, eodemque Scauro reo repetundarum, etiam exemplis; pro Cluentio, ut modo ostendi, partitione.“ Sane exordium Orationis pro Rabirio Postumo habet exempla, quae Tullius concludit inquit *Sint igitur similia, iudices, parva magnis*; a partitione exorditur Oratio pro Cluentio. Itidem ergo exordium Scaurinae a Quintiliano indicatum fuisse credo.

- P. Crassum]** Hunc in seditione Marii *suapte interfectam manu* dixit Tullius de Orator. III. 3. Meminerat autem, ac pene viderat casum, qui anno U. C. 667 contigerat.
- 2. Illius Crassi . . . superioris]** Hunc ergo superius commemoraverat. P. Crassum Mucianum divitem, captam in bello Aristonici, operam dedisse, ut a barbaro interficeretur, cum Asconio narrat

---

[1] lib. V. cap. *quaestio rhetoricae aut finita* etc.  
Ciceronis *Fragm.*

Valerius Maximus III. 2. 12; mitto enim aliorum scriptorum sententias, quas legessis in Adnotat. ad Velleium Pat. II. 4: Porro haec audiverat Cicero, quippe quae ante se natum evererant. *Manius Aquilius*] Hic consul anno U. C. 652, tum legatus in bello Mithridatico [1], atque adeo iisdem honoribus usus, ac Crassus Mucianus, fuit in bellis fortissimus, ut illum multis avaritiae criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, iudicio liberaverint iudices [2]. Varia de Aquilii morte memoriae sunt prodita. Diodorus Siculus [3] perhibet violentas in se manus intulisse, ut propositos cruciatus fugeret; quam sententiam refutant cum Diodori adnotatores, tum maxime hic Ciceronis locus. Vana etiam narrat Velleius [4] scribens a Mytilenaeis M' Aquilium victum Mithridati fuisse traditum, cui libertas in unius Theophanis gratiam postea a Pompeio restituta est. At Appianus [5] refert Mithridatem, a quo Aquilius vivus fuerat captus, iussisse vinetum hunc asinoque impositum circumvehi, tum Pergami aurum liquefactum in os eius infundi; nec a Valerio longe abit Posidonius [6]. Quam probrosissimam Aquilii mortem innuisse mihi Tullius videtur his verbis [7]: „vos eum regem [*Mithridatem*] inultum esse „patiimini, qui legatum populi Romani, consularem, vinculis „ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit?“ Aquilium ergo vivum a Mithridate captum, atque post exquisita supplicia necatum, cum potioribus auctoribus credebat Tullius, recteque adeo urgebat exemplo Crassi. Paria enim erant omnia, pares honores, par casus, uterque in hostis manus venerat vivus; at illud fuit dissimile, quod Crassus, morte in se pro-

[1] Epitome Liviana LXXVIII.

[2] Cicero pro Flacco 39.

[3] Diodor. Sic. Fragm. lib. XXXVII.

[4] Velleius Paterc. II. XVIII. 3.

[5] Appianus de Bello Mithr. 21.

[6] Posidonius apud Athenaeum V. 50. ed. Schweigh.

[7] Cicero pro Lege Manil. 5.

vocata, remedium turpissimae captivitatis quaesivit, contra Aquilius vir cetera fortissimus in bellis, per summam animum imbecillitatem, cum sibi gloriose extinguere posset, Mithridati inluit turpiter servire. Quem ne aliquis merito dixerit Pontio supplicio, quam Romano imperio digniorem? uti apposite de Aquilio scribit Valerius [1]. Cum itaque de Aquilio merito pronuntiari possit memoriam virtutis suae, rerumque gestarum, senectutis dedecore foedasse, atque Asconius tradat paullo post illa verba potuit imitari haec sequi. Quid vero? alterum Crassum, tum persuasum habeo prima Taurinensis fragmenti verba . . . *is suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit de Aquilio esse intelligenda.*

*Quid vero?* Haec servaverat etiam Asconius.

*Temporibus iisdem*] Mortes M. Antonii, germanorum fratrum C. et L. Julii, atque P. Crassi ita narrat Appianus [2], ac si eodem anno U. C. 667 contigissent. Horum etiam virorum fata coniunxerat Cicero [3], ut bestiam fuisse mortem L. Crassi evinceret, qui hocce horribiles miserisque casus haud videtur.

*Summo imperio*] Asconius legit summo ingenio, quo M. Antonium fuisse praeditum saepe testatus est Cicero, in primis vero de Oratore III. 4. Sed, haec admisso lectissime, sequeretur voluntariam mortem ex ingenio vi ita esse repetendam, ut qui maiore quis polleat ingenii acie, eo aptior sit ad animam ultra precipitandam; quod vereor, ne probent omnes. Illa omnia melius est arcessenda ex animi, ut dicere solent, magnitudine servitutis ac dedecoris impatiens, quae ex educatione, patriae militantis, religione fingitur, atque laudibus exemplisque confirmatur, minimum vero ex ingenio meditationibus subiecto, cuiusmodi illud erat: M. Antonii. Sane Tullius in Iuliorum fratrum ignobili dedecore ponit mortem expectasse, cum essent genere atque re-

[1] Valerius Max. IX. 12. 1.

[2] Appianus de Re. Civ. I. 72.

[3] De Oratore III. 3.

Valerius Maximus III. 2. 12; mitto enim aliorum scriptorum sententias, quae legis in Adnotat. ad Velleium Pat. II. 4. Porro haec audiverat Cicero, quippe quae ante se natum evererant. *Manius Aquilius*] Hic consul anno U. C. 652, tum legatus in bello Mithridatico [1], atque adeo iisdem honoribus usus, ac Crassus Mucianus, fuit *in bellis fortissimus*, ut illum *multis avaritiae criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, iudicio liberaverint iudices* [2]. Varia de Aquilii morte memoriae sunt *prodit*. Diodorus Siculus [3] perhibet violentas in se manus intulisse, ut propositos cruciatus fugeret; quam sententiam refutant cum Diodori adnotatores, tum maxime hic Ciceronis locus. Vana etiam narrat Velleius [4] scribens a Mytilenacis M' Aquilium victum Mithridati fuisse traditum, cui *libertas in unius Theophanis gratiam postea a Pompeio restituta est*. At Appianus [5] refert Mithridatem, a quo Aquilius vivus fuerat captus, iussisse victum hunc asinoque impositum circumvehi, tum Pergami aurum liquefactum in os eius infundi; nec a Valerio longe abit Posidonius [6]. Quam probrosissimam Aquilii mortem innuisse mihi Tullius videtur his verbis [7]: „vos eum regem [*Mithridatem*] inultum esse „patiemini, qui legatum populi Romani, consularem, vinculis „ac verberibus, atque omni supplicio exercuciatum necavit?“ Aquilium ergo vivum a Mithridate captum, atque post exquisita supplicia necatum, cum potioribus auctoribus credebat Tullius, recteque adeo urgebat exemplo Crassi. Paria enim erant omnia, pares honores, par casus, uterque in hostis manus venerat vivus; at illud fuit dissimile, quod Crassus, morte in se pro-

[1] Epitome Liviana LXXVIII.

[2] Cicero pro Flacco 39.

[3] Diodor. Sic. Fragm. lib. XXXVII.

[4] Velleius Paterc. II. XVIII. 3.

[5] Appianus de Bello Mithr. 21.

[6] Posidonius apud Athenaeum V. 50. ed. Schweigh.

[7] Cicero pro Lege Manil. 5.

vocata, remedium turpissimae captivitatis quaesivit, contra Aquilius vir cetera fortissimus in bellis, per summam animi imbecillitatem, cum sibi gloriose extingui posset, Mithridati maluit turpiter servire. Quem ne aliquis merito dixerit Pontico supplicio, quam Romano imperio digniorem? uti apposite de Aquilio scribit Valerius. [1]. Cum itaque de Aquilio merito pronuciari possit memoriam virtutis suae, rerumque gestarum, senectutis dedecore foedasse, atque Asconius tradat paullo post illa verba potuit imitari haec sequi. Quid vero? alterum Crassum, tum persuasum habeo prima Taurinensis fragmenti verba . . . . tis suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit de Aquilio esse intelligenda.

Quid vero? Haec servaverat etiam Asconius.

Temporibus iisdem] Mortes M. Antonii, germanorum fratrum C. et L. Julii, atque P. Crassi ita narrat Appianus [2], ac si eodem anno U. C. 667 contigissent. Horum etiam virorum fata, coniunxerat Cicero [3], ut beatam fuisse mortem L. Crassi evinceret, qui hosce horribiles miserosque casus haud viderat.

Summo imperio] Asconius legit *summo ingenio*, quo M. Antonium fuisse praeditum saepe testatus est Cicero, in primis vero de Oratore III. 4. Sed, hac admissa lectione, sequeretur voluntariam mortem ex ingenii vi ita esse repetendam, ut quo maiore quis polleat ingenii acie, eo aptior sit ad animam ultro proiciendam; quod vereor, ne probent omnes. Illa enim melius est accessenda ex animi, ut dicere amant, magnitudine servitutis ac dedecoris impatiente, quae ex educatione, patriae institutis, religione fingitur, atque laudibus exemplisque confirmatur, minimum vero ex ingenio meditationibus subacto, cuiusmodi illud era: M. Antonii. Sane Tullius in Juliorum fratrum ignobili dedecore ponit mortem expectasse, cum essent genere atque re-

[1] Valerius Max. IX. 13. 1.

[2] Appianus de Bellis Civ. I. 79.

[3] De Oratore III. 3.

bus gestis *clarissimi*; par ergo probrum Antonio obiectat, quod vir *summo imperio* praeditus sicariis Marii servilem poenam dederit. Summum autem imperium cum Tullius plus semel tribuat Quinto fratri Asiae Praetori, adeoque nulla militari potestate insignito, tum potiori iure dicendus erit tribuisse Antonio viro consulari, qui Ciliciam Proconsul rexerat, atque censuram Romae exercuerat.

3. Ut ait poeta] Quis iste sit Poëta mihi non liquet. Frustra inter Ennii fragmenta locum quaesivi.

Themistoclem] Codex *M. Themistoclem*; amanuensis pro more gentis suae perperam praenomen induxit. Legenti locum *de Cl. Oratoribus* 10. 11. patebit Tullium de morte Themistoclis dubitasse, utrum iste conatum iracundiae spontanea morte sedaverit; an, cum in Attica clam fuisset humatus, rhetores, ut aliquid dicere possent argutius, ementiti fuerint mortem generosam. Neganti enim Attico Tullius respondet *Sit sane, ut lubet, de isto.*

4. Cleombrotum] Erat in codice *Theombrotum Ambrociotam*. De eo ita Cicero Tuscul. I. 35. „Callimachi quidem epigramma in „Ambraciotam Cleombrotum est: quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abieciisse, lecto Platonis libro.“ Vide Callimachi Epigr. XXIV, Ovidium in Ib. v. 403, Lactantium *Divin. Instit.* III. 18, Augustinum de *Civit. Dei* I. 22.

*Non quod*] Codex *non quo.*

*Legisset*] Codex *leigisset.*

*Hanc esse mortem*] *Ii vivant qui ex corporum vinculis, tamquam e carcere, evolaverunt: vestra vero quae dicitur vita, mors est.* Somn. Scipion. Lege Platonis Phaedon. et Gorg.

5. *Ista tua Sarda*] Nempè Arinis uxor, cuius repentinam mortem leviter quodam loco suae Orationis attingens accusator [neque enim e re sua erat illam fuisse disserere] narraverat *vita illam mulierem spoliari, quam pudicitia maluisse, ut iudices intelligerent de pudicitia tentatam morte se multasse. Quare Tullius post alias enumeratas repentinae mortis causas [quae pars Orationis desideratur] ad voluntariam necem necessario veniens, hanc in Sar-*

da facit improbabilem; 1° ex historia seu latina, seu graeca, quae rarissima refert exempla virorum, qui lucem perosi proiec-  
cerint animas; 2° ex illiterato mulieris ingenio, neque enim  
Pythagoram aut Platonem sibi ignotos legerat, quorum scitis de  
anima, de morte, de futura animi conditione adeo, uti Cleom-  
brotus, incenderetur, ut vitam fugere vellet; 3° ex causa a Pla-  
tone commemorata, quae deerat. Deerat etiam illa, quam Tria-  
rius praetexebat; ecqua enim in anu deformi esse potest libidi-  
nis, aut amoris suspicio?

*Aliam quidem causam*] Nisi quam Deus dederit. Ita enim Cice-  
ro *Tuscul.* I. 30. „Cato autem sic abiit e vita, ut causam mo-  
„riundi nactum se esse gauderet. Vetat enim dominans ille in  
„nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare: cum vero causam  
„iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe  
„multis, nae ille medius fidius vir sapiens laetus ex his tenebris  
„in lucem illam excesserit; nec tamen illa vincla carceris rupe-  
„rit, leges enim vetant, sed tamquam a magistratu aut ab aliqua  
„potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit“

8. *Te dixi libidinosam*] In postremis superioris fragmenti verbis  
Tullius promiserat se explicaturum, quae fuerint opiniones in  
Sardinia de morte uxoris Arinis; duas vero esse statuerat. Pro-  
ximum ergo sequi debet hoc fragmentum, in quo duplicem opi-  
nionem exponit.

*Diligebat is*] Heinrichius coniicit legendum *diligebat Aris*; haud  
video corruptum esse locum.

*Compecto*] Plautus in *Pseud.* I. 5. 129. *Si sumus compecti, sive  
consilium unquam inivimus*; quam vocem a verbo *compeciscor*  
derivandam esse censet Cl<sup>us</sup> Mai, atque de nefariis consiliis sae-  
pius usurpari docet Heinrichius. Affine verbum *depeciscor*, nec  
non *depectus* sunt apud Ulpianum, Gellium, Apuleium.

*Confirmavit*] Litterae NEIR evanidae sunt; extrema tamen li-  
neamenta litterarum N et R deprae-hendi possunt.

9. *A statu*] Codex *astatunaturaturaqueerum*.

*Arinis . . . concitatam*] Quinque haec verba laudat Priscianus



ed. Putachio p. 689; qui *pellicatus* scribit, uti recentiores amant secuti graecum exemplar *πάλλαξ*. Tamen editiones Gellii IV. 3. legem Numae referentis habent PELEX. Ceterum amanuensis saepe diphthongos inscite obtrudit. In codice erat *concitata*.

*Metus et fugae*] Priscianus lib. VI. p. 689 ed. Putachio haec verba Scaurinae refert: *Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere coactus*. Scilicet Triarius hanc speciem obduxerat Romano Arinis itineri, quod, cum dare noluisset frumentum, simul timens iratum Praetoris animum, clam ex Sardinia Romam fugere coactus fuisset.

*Romam*] Codex *Roma*.

10. *Patronae*] Codex *patrone*; quare Cl<sup>m</sup> Mai interpunxit *neque enim erat rectum, patrone*, atque adnotavit: *Nempe o patrone*. Idem tamen in prima editione dederat *patronae*, quae germana est lectio. Neque enim Orator Arinem alloquitur, sed pervulgatam Sardonum opinionem iudicibus exponens vel in re tragica iocatur. Sic paullo infra *ei qui patronam suffocabat*.

*Sed collum . . . oblideres*] Haec verba servaverat etiam Porphyrio ad Horatii lib. II. sat. I. v. 56.

11. *Norenses*] Nora urbs Sardiniae notissima. Locum *quae quidem . . . Norenses* laudat Severianus *Synt. Rhet. cap. de coniectura*.

*Solitudo*] Codex *solitudo*. Mirum est quantis coniecturis torse-  
runt hunc locum docti duumviri Cramerus et Heinrichius decepti a prima Mediolanensi editione, quae dabat *exissent, tumultata a liberto*.

13. *Em*] Codex prima manu *EM*; tum fuit suprascriptum A, at esset *eam*.

*Datis*] Heinrichius mavult *dedatis*, nec refragarer; at codex perspicue habet *datis*, nec improbabilius. Sic pro Mil. 34. *me senatui dedissem*; vide Garatonium ad h. l. Miloniana.

*Matrum*] Scilicet matris in Bostarem filium, et Arinis in Sardam uxorem.

*Famata*] Verbum, quod barbaricum Cramero audiebat, eundem cum Heinrichio tueor, veluti antiquum, a quo composita *difffamo*,

*infamo* nata sunt. Quorum criminum gratia, haec causa famam obtinuit apud ignaros facti, vel apud homines, qui invidia Scaurum prosequerentur. Sane ignari, non secus ac invidi facile fidem accusationibus adiungunt; *incognita causa, probatum illud erat multitudini Cicero pro Cluent. 47.*

14. *Residet*] Codex *resit*. Cramerus reponerebat *restat*: Heinrichus *residet*, quod aptius videtur.

*Argumentarer*] Huius vocabuli vix aliquae litterae supersunt in codice. Argumentis fuit utendum. Jam cum argumentum sit *probabile inventum ad faciendam fidem Cicero Orator. Partit. 2*, nequivi rem ad illum certitudinis gradum perducere, in quo nulla superesset suspicio.

*Ponderaret*] Potest igitur testibus iudex non credere? cupidis et iratis . . . . „non solum potest, sed etiam debet . . . . Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad unamquamque rem aestimandam, momentoque suo ponderandam, sapientia iudicis tenet; videte ne multo vestrae maiores gravioresque partes sint ad cogitandum, quam ad dicendum meae“ pro Fonteio 6. Par est Oratoris querela pro Caelio 28. *Haec causa ab argumentis, a coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est.*

15. *Ignoto teste*] *A testibus quaeritis ignotis? ipsi coniectura nihil indicabitis? Cicero pro Flacco 3.*

*Afer*] Sardos ab Afris originem duxisse [rectius dixisset a Phoeniciis coloniis] narrat paullo infra Tullius. Heinrichus distinguendum esse censet *sane, si ita se isti malunt nominari*, quod adverbium *sane* ἰσχυρισμός dictum esse, ut saepissime, persuasum habet.

*Religiosior*] Codex *religiosiosior*.

*Fingi*] In intercisa membrana desideratur littera G. His paria sunt illa Orationis pro Caelio 9. „Equidem vos abducam a testibus, neque huius iudicii veritatem in voluntate testium collocari sinam, quae facillime fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri potest. Argumentis agemus, signis omni luce clario-

*Cicero Trebonio Sal. Dia.*

Ego quanti te faciam, semperque fecerim, quantique me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum, vel casus potius diutius in armis civilibus commorandi semper mihi magno dolore fui . . . . ventus, quod tardius, quam est secum, et quam ego vellem, reciperas fortunam et dignitatem tuam, mihi non minori curae est, quam tibi semper fuerunt casus mei. Itaque si auctoritate et gratia tantum possem, quantum in ea rp. de qua ita meritus sum, posse deberem; tu quoque esses, qui fuisti, cum omni gradu amplissimò dignus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed quoniam eodem tempore, eademque de causa nostrum uterque cecidit, nihil erit saltem, quod non pro te mihi susceptum, maximum semper ac . . . . .

*M. T. C. Trebiano S. D. [ibid. epist. X.]*

Ego quanti te faciam, semperque fecerim, quanti me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum, vel casus potius diutius in armis civilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit: et hic eventus, quod tardius, quam est aequum, et quam ego vellem, recuperas fortunam et dignitatem tuam, mihi non minori curae est, quam tibi semper fuerunt casus mei. Itaque et Postumulo, et Sestio, et saepissime Attico nostro, proximeque Theudae, liberto tuo, totum me patefecit; et haec his singulis saepe dixi, quaecumque re possem, me tibi et liberis tuis satisfacere cupere; idque tu ad tuos velim scribas; haec quidem certo, quae in potestate mea sunt, ut operam, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res parata putent. Si auctoritate et gratia tantum possem, quantum in ea republica, de qua ita meritus sum, posse deberem; tu quoque is esses, qui fuisti, cum omni gradu amplissimo dignissimus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed cum eodem tempore, eademque de causa, nostrum uterque cecidit, tibi et illa polliceor quae supra scripti, quae sunt adhuc mea: et ea, quae praeterea videor mihi ex aliqua parte retinere, tamquam ex reliquiis pristinae dignitatis. Neque enim ipse Caesar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus a no-

his, et omnes fere familiarissimè eius, casu devincti magnis meis veteribus officiis, me diligenter observant et colunt. Itaque si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendū, quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor ut sperem, agam per me ipse et moliar. Singula persequi non est necesse. Universum studium meum, et benevolentiam ad te defero. Sed magni meæ interest, hoc tuos omnes scire, quod tuis literis fieri potest, ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebiano. Hoc eo pertinet, ut nihil existiment esse tam difficile, quod non pro te mihi susceptum iucundum sit futurum.

Antea misissem ad te literas, si genus scribendū invenirem. Tamen enim tempore etc.

A D N O T A T I O N E S  
AD FRAGMENTA ORATIONIS PRO SCAURO.

1. *Maxime fuit*] Hoc fragmentum laudarunt Augustinus et Fortunatianus in sua uterque Rhetorica, atque ille quidem his verbis [1]. „Sed ut limpidius hoc genus principiandi depræhendatur, dabo „exemplum, quod habuit M. Tullius, cum pro M. Scauro loque- „retur. Erat enim controversia ἀμφίδοξος, quippe quæ nitere- „tur dignitate personæ M. Scauri, premeretur turpitudine cri- „minis de pecuniis repetundis. Utrumque in-principiis statim ita „confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personæ „contegeret, neque tamen largiter nimium, neque exultanter, „sed ita ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem. Maxi- „me fuit optandum etc.“ Porro hæc esse prima exordii verba cum Sigonio sensit Cl<sup>us</sup> Mai.

*Sic inquam . . . . potuit imitari*]. Hæc ex Asconii frag- mentis exscripsi, simulque præmittenda duxi. Nam, ut viderat Sigonius [2]. „Hæc exempla sunt eorum, qui sibi in bello ma- „nus attulerunt, ut P. Crassi, qui in bello Aristonici in Asia cap- „tus, barbarum, a quo captus erat, ut se interficeret, provoc- „vit; aut alterius P. Crassi, qui in dominatione L. Cinnae, ne in „manus inimicorum incideret, sibi mortem conscivit. Quos ta- „men neque M<sup>us</sup> Aquillius, neque Julii duo, neque M. Antonius „potuerant imitari. Hoc est autem quod scribit Quintilianus lib. „IV. c. 1. Ciceronem pro Scauro repetundarum reo usum esse

[1] Augustinus *Principia Rhetor.* sub finem.

[2] In notis ad Asconium ad h. l.

exemplis“ Atqui Tullius in primo Taurinensis codicis fragmento de voluntaria morte disserit; paria ergo paribus coniungenda duxi. Hanc vero crediderim postremam fuisse partem disputationis, in qua Tullius quaerebat *ex quibus causis mors eveniat repentina*. Enimvero hanc sibi proposuisse quaestionem cum praesensum est ex indole causae, in qua de repentina morte Bostaris, et uxoris Arinis cognoscendum erat, tum conceptis verbis tradit Marcianus Capella inquires [1]: „An aliud in Scaurina succurrit, quum, interposita dissertatione, tractatur ex quibus causis „mors eveniat repentina?“ Quae quum ita sint, atque Asconius tradat *circa tertiam partem a primo* versu haec locum habuisse, iam quisque videt tertiam Orationis partem a nobis desiderari. Dixerat paulo supra Sigonius exempla a Quintiliano commemorata esse intelligenda de hac interposita dissertatione; mihi vero Quintilianus innuisse videtur Orationis exordium. De exordiis enim toto illo capite disputans, post laudata prima verba Declamationis Sallustii in Ciceronem, et Ciceronis in Catilinam, subdit: „Ac, ne quis apostrophen miretur, idem Cicero pro Scauro „ambitus reo, quae causa est in commentariis [nam bis eundem defendit] prosopopoeia loquentis pro reo utitur; pro Rabirio vero Postumo, eodemque Scauro reo repetundarum, etiam „exemplis; pro Cluentio, ut modo ostendi, partitione.“ Sane exordium Orationis pro Rabirio Postumo habet exempla, quae Tullius concludit inquires *Sint igitur similia, iudices, parva magnis*; a partitione exorditur Oratio pro Cluentio. Itidem ergo exordium Scaurinae a Quintiliano indicatum fuisse credo.

**P. Crassum]** Hanc in seditione Marii *suapte interfectam manu* dixit Tullius de Orator. III. 3. Meminerat autem, ac pene viderat casum, qui anno U. C. 667 contigerat.

**2. Illius Crassi . . . superioris]** Hunc ergo superius commemoraverat. P. Crassum Mucianum divitem, captum in bello Aristonici, operam dedisse, ut a barbaro interficeretur, cum Asconio narrat

---

[1] lib. V. cap. *quaestio rhetoricae aut finita etc.*  
Ciceronis *Fragm.*

Valerius Maximus III. 2. 12; mitto enim aliorum scriptorum sententias, quae legis in Adnotat. ad Velleium Pat. II. 4: Porro haec audiverat Cicero, quippe quae ante se natum evenerant. *Manius Aquilius*] Hic consul anno U. C. 652, tum legatus in bello Mithridatico [1], atque adeo iisdem honoribus usus, ac Crassus Mucianus, fuit *in bellis fortissimus*, ut illum *multis avaritiae criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, iudicio liberaverint iudices* [2]. Varia de Aquilii morte memoriae sunt prodita. Diodorus Siculus [3] perhibet violentas in se manus intulisse, at propositos cruciatus fugeret; quam sententiam refutant cum Diodori adnotatores, tum maxime hic Ciceronis locus. Vana etiam narrat Velleius [4] scribens a Mytilenacis M' Aquilium victum Mithridati fuisse traditum, cui *libertas in unius Theophanis gratiam postea a Pompeio restituta est*. At Appianus [5] refert Mithridatem, a quo Aquilius vivus fuerat captus, iussisse vinetum hunc asinoque impositum circumvehi, tum Pergami aurum liquefactum in os eius infundi; nec a Valerio longe abit Posidonius [6]. Quam probrosissimam Aquilii mortem innuisse mihi Tullius videtur his verbis [7]: „vos eum regem [*Mithridatem*] inultum esse „patiemini, qui legatum populi Romani, consularem, vinculis „ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit?“ Aquilium ergo vivum a Mithridate captum, atque post exquisita supplicia necatum; cum potioribus auctoribus credebat Tullius, recteque adeo urgebat exemplo Crassi. Paria enim erant omnia, pares honores, par casus, uterque in hostis manus venerat vivus; at illud fuit dissimile, quod Crassus, morte in se pro-

[1] Epitome Liviana LXXVIII.

[2] Cicero pro Flacco 39.

[3] Diodor. Sic. Fragm. lib. XXXVII.

[4] Velleius Paterc. II. XVIII. 3.

[5] Appianus de Bello Mithr. 21.

[6] Posidonius apud Athenaeum V. 50. ed. Schweigh.

[7] Cicero pro Lege Manil. 5.

vocata, remedium turpissimae captivitatis quaesivit, contra Aquilius vir cetera fortissimus in bellis, per summam animi imbecillitatem, cum sibi gloriose extingui posset, Mithridati maluit turpiter servire. Quem ne aliquis merito dixerit Pontico supplicio, quam Romano imperio digniorem? uti apposite de Aquilio scribit Valerius [1]. Cum itaque de Aquilio merito pronuntiari possit memoriam virtutis suae, rerumque gestarum, senectutis dedecore foedasse, atque Asconius tradat paullo post illa verba potuit imitari haec sequi. Quid vero? alterum Crassum, tum persuasum habeo prima Taurinensis fragmenti verba . . . . tis suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit de Aquilio esse intelligenda.

Quid vero? Haec servaverat etiam Asconius.

Temporibus iisdem] Mortes M. Antonii, germanorum fratrum C. et L. Julii, atque P. Crassi ita narrat Appianus [2], ac si eodem anno U. C. 667 contigissent. Horum etiam virorum fata, coniunxerat Cicero [3], ut beatam fuisse mortem L. Crassi evinceret, qui hosce horribiles miserosque casus haud viderat.

Summo imperio] Asconius legit *summo ingenio*, quo M. Antonium fuisse praeditam saepe testatus est Cicero, in primis vero de Oratore III. 4. Sed, hac admissa lectione, sequeretur voluntariam mortem ex ingenii vi ita esse repetendam, ut quo maiore quis polleat ingenii acie, eo aptior sit ad animam ultro proiciendam; quod vereor, ne probent omnes. Illa enim melius est arcessenda ex animi, ut dicere amant, magnitudine servitutis ac dedecoris impatiēte, quae ex educatione, patriae institutis, religione fingitur, atque laudibus exemplisque confirmatur, minimum vero ex ingenio meditationibus subactō, cuiusmodi illud era: M. Antonii. Sane Tullius in Juliorum fratrum ignobili dedecore ponit mortem expectasse, cum essent genere atque re-

[1] Valerius Max. IX. 13. 1.

[2] Appianus de Bellis Civ. I. 72.

[3] De Oratore III. 3.



bus gestis *clarissimi*; par ergo probrum Antonio obiectat, quod vir *summo imperio* praeditus sicariis Marii servilem poenam dederit. Summum autem imperium cum Tullius plus semel tribuat Quinto fratri Asiae Praetori, adeoque nulla militari potestate insignito, tum potiori iure dicendus erit tribuisse Antonio viro consulari, qui Ciliciam Proconsul rexerat, atque censuram Romae exercuerat.

3. Ut ait poeta] Quis iste sit Poëta mihi non liquet. Frustra inter Ennii fragmenta locum quaesivi.

Themistoclem] Codex *M. Themistoclem*; amanuensis pro more gentis suae perperam praenomen induxit. Legenti locum *de Cl. Oratoribus* 10. 11. patebit Tullium de morte Themistoclis dubitasse, utrum iste conatum iracundiae spontanea morte sedaverit; an, cum in Attica clam fuisset humatus, rhetores, ut aliquid dicere possent argutius, e mentiti fuerint mortem generosam. Neganti enim Attico Tullius respondet *Sit sane, ut lubet, de isto.*

4. Cleombrotum] Erat in codice *Theombrotum Ambrociotam*. De eo ita Cicero Tuscul. I. 35. „Callimachi quidem epigramma in „Ambraciotam Cleombrotum est: quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abiecisse, lecto Platonis libro.“ Vide Callimachi Epigr. XXIV, Ovidium in *Ib.* v. 493, Lactantium *Divin. Instit.* III. 18, Augustinum de *Civit. Dei* I. 22.

*Non quod*] Codex *non quo*.

*Legisset*] Codex *leigisset*.

*Hanc esse mortem*] *Ii vivunt qui ex corporum vinculis, tamquam e carcere, evolaverunt: vestra vero quae dicitur vita, mors est.* Somn. Scipion. Lege Platonis Phaedon. et Gorg.

5. *Ista tua Sarda*] Nempe Arinis uxor, cuius repentinam mortem leviter quodam loco suae Orationis attingens accusator [neque enim e re sua erat illam fuse disserere] narraverat *vita illam mulierem spoliari, quam pudicitia maluisse*, ut iudices intelligerent de pudicitia tentatam morte se multasse. Quare Tullius post alias enumeratas repentinae mortis causas [quae pars Orationis desideratur] ad voluntariam necem necessario veniens, hanc in Sar-

da facit improbabilem; 1° ex historia seu latina, seu graeca, quae rarissima refert exempla virorum, qui lucem perosi proiecerint animas; 2° ex illiterato mulieris ingenio, neque enim Pythagoram aut Platonem sibi ignotos legerat, quorum scitis de anima, de morte, de futura animi conditione adeo, uti Cleombrotus, incenderetur, ut vitam fugere vellet; 3° ex causa a Platone commemorata, quae deerat. Deerat etiam illa, quam Triarius praetexebat; ecqua enim in anu deformi esse potest libidinis, aut amoris suspicio?

*Aliam quidem causam*] Nisi quam Deus dederit. Ita enim Cicero *Tuscul.* I. 30. „Cato autem sic abiit e vita, ut causam mori nactum se esse gauderet. Vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare: cum vero causam iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis, nae ille medius fidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit; nec tamen illa vincla carceris rupe- rit, leges enim vetant, sed tamquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit“

8. *Te dixi libidinosam*] In postremis superioris fragmenti verbis Tullius promiserat se explicaturum, quae fuerint opiniones in Sardinia de morte uxoris Arinis; duas vero esse statuerat. Proximum ergo sequi debet hoc fragmentum, in quo duplicem opinionem exponit.

*Diligebat is*] Heinrichius coniicit legendum *diligebat Aris*; haud video corruptum esse locum.

*Compecto*] Plautus in *Pseud.* I. 5. 129. *Si sumus compecti, sive consilium unquam inivimus*; quam vocem a verbo *compeciscor* derivandam esse censet Cl<sup>vs</sup> Mai, atque de nefariis consiliis saepius usurpari docet Heinrichius. Affine verbum *depeciscor*, nec non *depectus* sunt apud Ulpianum, Gellium, Apuleium.

*Confirmavit*] Litterae NEIR evanidae sunt; extrema tamen lineamenta litterarum N et R depraeihendi possunt.

9. *A statu*] Codex *astatanatunaturaquaererum*.

*Arinis . . . concitatam*] Quinque haec verba laudat Priscianus

ed. Putachio p. 689; qui *pellicatus* scribit, uti recentiores amant secuti graecum exemplar *πάλλαξ*. Tamen editiones Gellii IV. 3. legem Numae referentis habent PELEX. Ceterum amanuensis saepe diphthongos inscite obtrudit. In codice erat *concitata*.

*Metus et fugae*] Priscianus lib. VI. p. 689 ed. Putachio haec verba Scaurinas refert: *Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia est fugere coactas*. Scilicet Triarius hanc speciem obduxerat Romano Arinis itineri, quod, cum dare nolisset frumentum, simul timens iratum Praetoris animum, clam ex Sardinia Romam fugere coactus fuisset.

*Romam*] Codex *Roma*.

10. *Patronae*] Codex *patrone*; quare Cl<sup>us</sup> Mai interpunxit *neque enim erat rectum, patrone*, atque adnotavit: *Nempe o patrone*. Idem tamen in prima editione dederat *patronae*, quae germana est lectio. Neque enim Orator Arinem alloquitur, sed pervulgatam Sardonum opinionem iudicibus exponens vel in re tragica iocatur. Sic paullo infra *ei qui patronam suffocabat*.

*Sed collum . . . oblideres*] Haec verba servaverat etiam Porphyrio ad Horatii lib. II. sat. I. v. 56.

11. *Norenses*] Nora urbs Sardiniae notissima. Locum quae quidem . . . *Norenses* laudat Severianus *Synt. Rhet. cap. de coniectura*.

*Solitudo*] Codex *solitudo*. Mirum est quantis coniecturis torserint hunc locum docti duumviri Cramerus et Heinrichius decepti a prima Mediolanensi editione, quae dabat *exissent, tumultata a liberto*.

13. *Em*] Codex prima manu *EM*; tum fuit superscriptum A, ut esset *eam*.

*Datis*] Heinrichius mavult *dedatis*, nec refragarer; at codex perspicue habet *datis*, nec improbabiler. Sic pro Mil. 34. *me senatui dedissem*; vide Garatonium ad h. l. Milonianae.

*Matrum*] Scilicet matris in Bostarem filium, et Arinis in Sardam uxorem.

*Famata*] Verbum, quod barbaricum Cramero audiebat, eundem cum Heinrichio tueor, veluti antiquum, a quo composita *difffamo*,

*infamo* nata sunt. Quorum criminum gratia, haec causa famam obtinuit apud ignaros facti, vel apud homines, qui invidia Scaurum prosequerentur. Sane ignari, non secus ac invidi facile fidem accusationibus adiungunt; *incognita causa, probatum illud erat multitudini Cicero pro Cluent. 47.*

14. *Residet*] Codex *resit*. Cramerus reponerebat *restat*: Heinrichius *residet*, quod aptius videtur.

*Argumentarer*] Huius vocabuli vix aliquae litterae supersunt in codice. Argumentis fuit utendum. Jam cum argumentum sit *probabile inventum ad faciendam fidem Cicero Orator. Partit. 2*, nequivi rem ad illum certitudinis gradum perducere, in quo nulla superesset suspicio.

*Ponderaret*] Potest igitur testibus iudex non credere? cupidis et iratis . . . . „non solum potest, sed etiam debet . . . . Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad unamquamque rem aestimandam, momentoque suo ponderandam, sapientia iudicis tenet; videte ne multo vestrae maiores gravioresque partes sint ad cogitandum, quam ad dicendum meae“ pro Fontejo 6. Par est Oratoris querela pro *Caelio 28*. *Haec causa ab argumentis, a coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est.*

15. *Ignoto teste*] *A testibus quaeritis ignotis? ipsi coniectura nihil indicabitis?* Cicero pro *Flacco 3*.

*Afer*] Sardos ab Afris originem duxisse [rectius dixisset a Phoeniciis coloniis] narrat paullo infra Tullius. Heinrichius distinguendum esse censet *sane, si ita se isti malunt nominari*, quod adverbium *sane ἐπιωνικῶς* dictum esse, ut saepissime, persuasum habet.

*Religiosior*] Codex *religiosiosior*.

*Fingi*] In intercisa membrana desideratur littera G. His paria sunt illa Orationis pro *Caelio 9*. „Equidem vos abducam a testibus, neque huius iudicii veritatem in voluntate testium colere sinam, quae facillime fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri potest. Argumentis agemus, signis omni luce clario-

„ribus crimina refellemus.“ Tum *pro Flacco* 10. „Bene testem  
„interrogavit, callide accessit, reprahendit, quo voluit adduxit,  
„convicit, et elinguem reddidit.“

*Voluntatis*] „De toto genere testium, quam id sit infirmum, saepe  
dicendum est; et argumenta rerum esse propria; testimonia  
„voluntatum.“ Cicero *Orator. Partit.* 14. *Codex suiae.*

*Mentiendi licentia*] Primae vocis litterae TIE evanidae sunt, ita  
tamen, ut auspicari liceat I et E. Alterius vocis desunt litterae  
T et A.

16. *Quoque deest*] De hac lectione, quam luculentam vidi in codice  
Ambrosiano, mihi dubium non est. Cl<sup>m</sup> Mai legit *quo quid est*,  
absurde. Scilicet confudit vocales figura persimiles I, et E; de-  
inde haud vidit yocalem E, quae lineam claudebat. Vitium  
esse locum suspicatus Heinrichius varias coniecturas proposuit,  
quin veram lectionem attingeret. Hanc ego declaraturus exscri-  
bam Ciceronis doctrinam de argumentis. „*Fil.* Quibus rebus  
„fides fit? *Pat.* Argumentis quae ducuntur ex locis, aut in re  
„ipsa insitis, aut assumptis. *Fil.* Quos vocas locos? *Pat.* Eos,  
„in quibus latent argumenta. *Fil.* Quid est argumentum? *Pat.*  
„Probabile inventum ad faciendam fidem. *Fil.* Quomodo igitur  
„duo genera ista dividis? *Pat.* Quae sine arte putantur, ea re-  
„mota appello, ut testimonia. *Fil.* Quid insita? *Pat.* Quae  
„inherent in ipsa re. *Fil.* Testimoniorum quae sunt genera?  
„*Pat.* Divinum, et humanum. Divinum, ut oracula . . . Hu-  
„manum, quod spectatur ex auctoritate, et ex voluntate.“ Jam  
ad Scaurinae locum venio. Vim testis, quippe ignoti, atque im-  
punita mentiendi licentia utentis, ita infirmaverat Orator, ut pro-  
num esset colligere deesse testem. Subdit porro *Argumentum quo-*  
*que deest*, quod sit *proprium rei*, nam ut verum argumentum  
dicatur, esse debet *proprium rei*, seu *insitum*. Quid enim est  
testis? Vox. Jam vox est naturae vestigium, veritatis nota, neu-  
tiquam intimus character, seu argumentum *proprium*; namque  
hoc probabiliter invenitur ab oratore ad faciendam fidem, tum  
variat in una eademque re facti: contra testimonium non fingi-

tur ab oratore, sed sumitur; quidquid tandem testimonio dictum fuerit, immutabile manet. Quare si in hoc accusationis genere, quod ex testimoniis, seu argumentis remotis desumitur, vince- rer, omnino causa caderem. Sed rem ad argumenta propria re- voco. Confer locum *pro Flacco* 10.

17. *Agmen*] Lege licebat centum et viginti hominibus denunciare te- stimonium, totidem vero usum esse Triarium innuit Valerius Maximus VIII. I. 10.

*Confugere*] Cl<sup>us</sup> Mai legebat *confugiam ... aequitatem*. Ego ve- ro in membrana vestigia infinitivi *confugere*, atque litteras *PR* depræhendere videbar; praepositionem *ad* ex ingenio supplevi. Scauri pater summus Urbis vir [Cicer. *pro Fonteio* 13], cuius *nutu prope terrarum orbis regebatur* [ib. 7], dictus fuit prin- ceptus Senatus, uti Asconius in argumento huius orationis tradit.

*Urbe*] Cl<sup>us</sup> Mai cum legisset *rre*, supplevit *ferre*; equidem insig- nes vidi has voces in membrana.

18. *Poposcit*] Dare frumentum, quae sunt accusatoris verba.

*Attendam*] Ita legeram in Ambrosiano quod confirmat Taurinen- sis, atque Heinrichius reponendum esse coniecerat. Cl<sup>us</sup> Mai *contendam*.

*Defendendo*] Ita inculenter Ambrosianus, atque Taurinensis. Cl<sup>us</sup> Mai *offendendo*.

*Sit confligendum*] Ambrosianus *confligendum sit*.

19. *Natio 'st*] De pari synaloephe *difficile 'st* multa erudite disputans Cl<sup>us</sup> Niebuhr [Cicer. *Orat. fragmenta* p. 60] ait simile exem- plum *ne ex antiquissimis quidem schedis Mediolanensibus affer- ri*. Jam affertur ex Mediolanensibus, et Taurinensibus.

*Non habuisti quod dares?* Jam fingit Orator se cum uno altero- ve teste disputare. Non habuisti frumentum quod dares Scauro reposcenti? et cetera, quae recte constituta exhibet Taurinensis. In editione Mediolanensi tempora erant turbata *dicit, sciet, iu- dicavit, fingit, diceret*. Recogitanti vero tantam esse figurae af- finitatem inter vocales I et E, ut, facile fucum legenti faciant; tum B et V non figura tantum, sed sono plus milites permutari

in codicibus saeculo decimo anterioribus; tandem schedae Ambrosianas exhibere *dicet*, neutiquam vero *diceret*, apparebit Ambrosianum cum Taurinensi consentire. Erravit tamen Ambrosianus in verbis *quis id iudicavit*, perperam alterum *id* inferciens ex superiore linea tractum; erravit quoque Cl<sup>m</sup> Mai legens *quem refellemus . . . noluisse . . . ut ereptum*, nam sine ulla dubitatione vidi *qui refellemus . . . noluisset . . . vi ereptum*. Ipse etiam excripsi *se noluisset*, cum forsitan codex habeat *si*.

20. *Periurio*] Testium a Triario productorum, qui, antequam sole-  
ne *Arbitror* pronunciarent, iureiurando fuerant adacti.  
*Subtiliter*] Taurinensis *suptiliter*.  
*Impetum istorum*] Ambrosianus *impetum istum illorum*, quod  
orationis impetum frangit.  
*Unus mihi quisque*] Ambrosianus *unus quisque mihi*. Lectio Tau-  
rinensis longum taedium notat Oratori atque iudicibus devoran-  
dum, si testes singillatim protraherentur.
21. *Totius Sardiniae*] Non significat crimen, quo tota Sardinia reum  
arguat, sed quod sit maximum criminum cunctorum, quae in  
Sardinia, frumentaria provincia, perpetrari possint. HEINRI-  
CHIUS.  
*Uno testimonio*] Taurinensis *unum*. In Ambrosiano vix supersunt  
vestigia litterae N.  
*Peto a vobis*] Taurinensis *petavobis*.  
*Fundamenta iacere*] Ambrosianus *iacere fundamenta*.  
*Posita*] Cum Taurinensi consentit Ambrosianus, quamvis Cl<sup>m</sup> Mai  
ediderit *postea nec constituta illam accusationis*. Inde illae con-  
iecturae, quibus Cramerus, Heinrichius, et Schütz depravatam  
locum emendare satagebant.
22. *Formidulosum*] Sic uterque codex.
23. *Quod est*] Ambrosianus *quodcest*.  
*Triari genus*] Taurinensis *Triarii* casu genitivo, sed improbabiliter.  
*Inquitum non ieris*] Reprehendit Cicero Triarium accusatorem,  
qui damnari Scaurum vellet, licet in Sardiniam ad inquirendum

non iuisset. Quod de eodem Triario narrat etiam Asconius in Argumento. MAI.

*Ferox . . . fiducia] Taurinensis ferax . . . fiducia.*

*Laelium]* Ambrosianus, edente Cl<sup>o</sup> Mai *Vaelium* habet; mihi tamen vocalis A dubia videbatur. Contra Taurinensis insignem habet *Laelium*, quod nomen *L. Aelium* quoque legi potest. De Vaelio haec adnotabat Cl<sup>o</sup> Mai = 'Lucem aliquam affert huic loco Cicero ipse in fragmentis orationis *pro Fundanio* cum ait: *Non modo hoc a Villio Annale, sed vix mehercule a Q. Mutone factum probari potest.* Nec non Horatius lib. 1. sat. 2. v. 64. et seq.

„Villius in Fausta Syllae gener, hoc miser uno

„Nomine deceptus poenas dedit etc.

„Huic si Mutonis verbis mala tanta videntis

„Diceret haec animus etc.

Mihi enim *Muto* in loco Horatiano videtur nomen viri, quidquid ibi contra dicant Acro et Porphyrio, quos recentiores interpretes gregatim sequuntur = Hucusque Vir Cl. Allata Ciceronis et Horatii loca innuunt Villium libidinosum hominem infelicem fuisse Faustae amatorem; dubitari autem iure potest, utrum esset libertinus. Jam si cum Taurinensi legas *L. Aelium*, nomen cum epithetis ipsis recte cohaeret. Nam *L. Aelius* eques Romanus fuit *eruditissimus et Graecis litteris et Latinis*, Romanae antiquitatis scriptorumque veterum peritissimus, scripsit orationes, Varronem habuit discipulum, eumque Cicero adolescens audire perstudiose solebat, lege *Cicer. Brut. 56.* Sane habuit servos. Suspicio vero horum unum ceteris ingenio praestasse, operamque suam in re literaria probasse patrono; atque adeo manumissum, ut mos erat libertorum, ad patroni praenomen et nomen dictum fuisse *L. Aelium*. En libertinum litteratum, quem viderat Tullius adolescens. Contra praeplacent quae Cl<sup>o</sup> Mai de *Q. Mutone* disputat. Huic a sordidissima libidine agnomen seu cognomen *Muttonis* vel *Mutonis* factum fuisse persuadet codex Taurinensis scribens *Titi Q. Muttonis*. Eundem furem etiam audi-



visse colligo ex his Lucilii verbis et Mutonis manum perscribere posse tagacem, vide Festum Pompeium ad v. tagax.

*Ac facetum*] Desunt haec in Ambrosiano. Rem facetam ita illustrat Heinrichus = Nomine delato, Praetor dabat *inquisitionem*, id est, ut olim in foro dicebant, permissionem informandi; et hic noster accusator Mutonis, cum facta in provinciis crimina detulisset, tamen parum definite, in qua provincia deberet potissimum fieri inquisitio, significarat. Ex accusatore igitur quaerebat Quaesitor, *quam provinciam* peteret ad inquirendum, aut, si profectio ne forte non opus esset, *quam diem testium*, qua praesentes testes exhibere interrogarique vellet . . . . Jam ille reum contemnens, rogat ioco acerbato, non provinciam, sed *forum boarium*, nec praefinitam diem testium, sed illius diei *horam octavam*, cum, peractis solito tempore diurnis negotiis, posset lustrare forum boarium: ibi inter bubulcos et de sordida plebe circumforaneos facile inventurum se esse, quos dignos Mutone eiusque facinorum conscios profertret. Notat Orator accusatorem *libertinum hominē* propter impudentiam talis apud Praetorem convicii. *De hora octava* conf. Horat. I. Epist. 7. 47. et Martialis. IV. 8. 4.

*Quaereretur*] Ambrosianus *quaeretur*.

*Postularet*] Taurinensis *postulare*.

24. *M. Aemilio*] Ambrosianus *Aemilio*.

*Ad me Romae*] Verba *ad me* absunt a Taurinensi.

*Romam*] Ambrosianus *romae*.

*Atqui homines*] Cl<sup>us</sup> Mai *Adque hominis prudentis*, rectius vero in prima editione scripserat *atqui*. Sane Ambrosianus habet *adqui homines prudentes prudentes*; sed alterum *prudentes* reiicuum est. Taurinensis *usu doctrina*, vocali O perperam insita.

*Provinciam ipsam*] Sic uterque codex. Cl<sup>us</sup> Mai *provincia ipsa*. Orator exemplum suae inquisitionis in causa Verris oppositurus levitati Triarii, narrat se inquisiturum maleficia Verris in Siciliam navigasse.

*Et discendam*] Desiderantur in Ambrosiano.

**Peragravi]** *Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obi, ut omnium populorum privatorumque literas iniuriasque cognoscerem* in Verr. Act. I. 2., postulaverat autem centum et decem dies, vide ib. Act. II. lib. I. 11.

**Valles]** *Codex vallis . . . aq. collis.*

**Leontinus]** Haec ita laudat Rufinianus n° XXXVIII. „Apud Tullium: Campus ipse me causam paene docuit Leontinus.“ Atque Fortunatianus *Art. Rhet.* III. p. 91.: *ipse me causam campus paene docuit Leontinus.* Lege Ruhnkenium ad Rufinianum. Ipse Cicero sic in Verr. Act. II. lib. III. 48: *Meae diligentiae pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quod ipsi Leontini publice non sane me multum adiuverunt.*

**Adii]** *Codex adoi.* Locus corrupte servatus est in Frontonis *exempl. elocut.* p. 493 litt. A ed. Mediol. *Adii causas oratorum.*

**A stiva]** Locum servaverat Servius ad Georg. I. 174 his verbis *ab stiva ipsa mecum homines conloquebantur*; de quo ita recte auguratus fuerat Cl<sup>us</sup> Niebuhr p. 31. „in lacuna quae inter 3 et 4 „sectionem patet, ea olim locum habebant verba quae Servius „attulit: *ab ipsa stiva homines mecum colloquebantur*; aratores „scilicet a Verre eversi.“

**Expraessa]** „Ita res a me agetur, ut in eorum consiliis omnibus „non modo aures hominum, sed etiam oculi populi Romani interesteresset videantur“ in Verr. act. I. n° 16.

**Fidelissimae]** De antiquitate et fidelitate Siciliae copiose dixerat Cicero in Verr. Act. II. lib. II. n° 1. act. II. lib. III. n° 26. et postremo.

**Reatini]** „His rebus actis, Reatini me ad sua *τέμνη* duxerunt, „ut agerem causam contra Interamnates apud consulem et decem „legatos; quod lacus Velinus a M. Curio emissus, interciso monte, in Narem defluit“ *epist. ad Attic.* IV. 15. Quam causam *nuper* egerat apud Ap. Claudium Pulchrum consulem eodem anno U. C. 699. Lege etiam Varro<sup>nem</sup> de *Re rust.* III. 2., Tacitum *Annal.* I. 79.

**Caniculis]** *Codex cunculis.*

*Docuissent*] Codex *docuissent*.

*Cognosceres*] Patet itaque Triarium nunquam in Sardinia querelas Sardoꝝ cognovisse, sed ab iis, qui forte Romae commorabantur; quae erat opinio Cramerii. Quare corrui Triarii in Sardiniam profectio, antequam Praetor daret inquisitionis tempus; quod Heinrichus excogitaverat.

*Aetnam*] Comparare Tulliam suam cum Verre contentionem cum Aetnae eruptione pronum est, et quemadmodum ille Cycloꝝ fabrica totas urbes obruerit arena, ita se Verrem tota Sicilia teste obruisse. CRAMERUS. Quare Heinrichus legendum monet *obruissem*, quod satius esset.

*Tu copereudinasti eum*] Codex *totatuocopereudinastiumteste*. Cl<sup>us</sup> Mai emendat *comperendinantium*; Cramerius *tota*; tu uno *comperendinatione teste producto*; Heinrichus, probante Schützio, sic *Verrem obruissem Sicilia teste tota*; at tu *copereudinasti uno teste producto*. Me vero male habet duplex at intra breve spatium recurrens; quare scripsi tu *comperendinasti eum teste producto*. Accusationis genus expendens Orator redarguit Triarium 1<sup>o</sup> quod in Sardiniam inquisitum non iverit, contra ac ipse fecerat in causa Siciliae et Restinorum. 2<sup>o</sup> quod primam actionem ita subdole instituerat, ut causa comperendinata post habita comitia consularia disputaretur. Nam III. Kal. Quint. [Asconius in Argumento] Scaurus Romam rediit ad Consulatus petitionem; coepit ergo invisere pressare amicos, potentes adulari, corrogare suffragia; quod ut senserunt competitores, dicam ei per Triarium inferendam curarunt; hic nomen ad Praetorem detulit; Praetor inquisitionem dedit dierum triginta. Dum ista transigebantur, ventum erat, uti conicio, ad idus Quintiles, iamque post dies quindecim imminebant consularia comitia. Triarius porro metuebat, ne, si ipse usus triginta diebus in Sardiniam se conferret, Scaurus ea pecunia, quam a sociis abstulerat, emeret consulatum, atque magistratum iniret, antequam de eo iudicari posset [Asconius in Argumento], quod a Scauri patre factum esse recens memoria extabat. Quid ergo? Sustulit inqui-

sitionem, professus se Romae causam omnem facile cognoscere, quin illam in Sardinia disceret. Tum pridie, quam comitia consularia celebrarentur, Triarius defuseturus prima actione, testem unum produxit Valerium, ignotum, ac levem, civitate donatum a patre Triarii, atque, uti mea fert sententia, Sardum; satis, ut appareret, se non verum iudicium instituere voluisse, obruisset enim reum multis testibus, uti Cicero Verrem in prima actione obruerat Sicilia teste tota. Valerio producto, primam actionem sustulit Triarius. Quod qua ratione effecerit per spectum non habeo; fortasse accusationem non dixit, quae erat longa ac perpetua oratio; vel partem tantum recitavit, causatus maiora, quae diceret, se habere, sed non in promptu; certe usus lege Glancia reum comperendinavit, quin iudices sententiam ferrent. Sed cum comitia prorogarentur, accusationem tandem recitavit IV non. septembris.

*Nominis vestri*] Lege Scholium Ambrosianum, atque adde Tullium ideo scripsisse *vestri*, quia *Valerii* nomine appellabatur cum testis, tum accusator P. Valerius Triarius.

31. *Coniunctum*] Hoc ipso anno U. C. 699. Cicero ad Lentulum scribebat: *Certiore te per literas scribis esse factum, me cum Caesare et cum Appio esse in gratia.* ad famil. I. 9. Et ad Quintum fr. II. 12.: *De Comageno rege . . . . mihi et per se, et per Pomponium blanditur Appius.* Hic itaque annus finem dedit simultatibus cum Appio, quae P. Clodii causa susceptae, ad multos annos fuerant productae. Nam anno 702 haec Tullius in Epistola ad Appium [ad famil. III. 1.] scribebat: „Perficiam „profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa „nostra consuetudine, et gratia, et celebritate, et magnitudine „officiorem meorum sarciam.“ Sed amicitia refrixit anno 702, quo Tullius in provincia Ciliciae proconsul successurus erat in locum Appii; eo spectant pleraeque epistolae libri tertii *ad famil.* Sed haec triennio post Scaurinam Orationem contigerunt.

*Doleret*] Cl<sup>us</sup> Mai edidit *dolor et suspicio sua.* Equidem deprae- hendi hanc luculentam lectionem *doleret suspicio sua*; atque ex

ingenio supplevi *quom* ob affinem *quem* facile a libratio praetermissum. Eo vero lubentius hanc lectionem amplector, quo magis comparata est ad simultates Appii excusandas; illas enim gerere dolebat, quare non ex animo *sneceperat*, sed ex suspectione sola.

*Aut non animadvertibat]* Taurinensis *aut animadvertibat*.

*In gratiam reditum]* Taurinensis *reditum in gratia*.

- 3a. Avos] sic uterque codex pro *avus* = Ipsa porro res ex historia satis patescit. Appii enim Claudii, de quo in hac Oratione sermo fit, avus aut proavus Appius ille Claudius est, qui consulatum anno Urbis DCXI gessit, et salassos gentem alpinam domuit. Is autem Appius competitor fuit P. Africani minoris in censura, quam hic, repulso Appio, administravit anno DCXII. Convicium Appii competitoris in Africanum refert Plutarchus in *Aemilio Paulo* sub finem, nec non in *praeceptis gerendae reip.* ed. Paris. 1624. t. II. p. 810. MAI.

*Mihi ipsi]* Cl<sup>us</sup> Mai legit *ipse*. Equidem vidi *ipsi* in Ambrosiano, cui suffragatur Taurinensis.

*Successori]* Sic Taurinensis; Ambrosianus *successum*. Scauro successionem in consulatu petenti invidit decessor Appius; atque adeo voluit illum esse maxime offensum, quo magis ipsius [Appii] memoria excelleret. Enim vero successor, adepto Consulatu, ulturus inimicitias decessoris solebat ei dicam aliquam impingere, maxime in assignanda proconsulari provincia; hanc vero si non impegisset, eo magis excellebat memoria decessoris, atpote viri inculpato. Ingeniose simul, simulque cum exquisita in Appium adulatione haec esse dicta quisque videt.

*Et voluit]* Copula *et* abest a Taurinensi.

*Memoria excelleret]* Sic Taurinensis; at Ambrosianus *perperam memoriam lacesseret*.

*Etiā et valde pervagata]* Ambrosianus *etiamnum et vulgata*. Utraque lectio a Cicerone profecta videtur; nostra diligentior. Ita pro Planc. 19. optimus codex Bavaricus, aliique libri *perva-*

*gata declamatione legunt pro eo quod est in vulgaribus editionibus pervulgata declamatione.*

*Neque vero . . . fore putabat]* Haec servaverat etiam Asconius in commentario legens: *Neque vero haec ipsa quotidiana . . . nisi hunc Claudii . . . certum constitutum erat, cum illo.*

*Tam]* Taurinensis tamen.

*C. Claudii fratris sui]* Ecce praeter binos, quos adhuc e vetustate novimus, Claudios, Appium hoc ipso anno consulem, et Publium Ciceronis inimicum, iam tertium fratrem certo tenemus Caium, tum quidem in Asia pro Praetore morantem . . . quem quidem Cicero invidiae causa aut dicit, aut fingit, quemadmodum alter frater, ad plebem transitum cogitasse, vero transisse non dicit, quod nescio an recte dixerit Scholiastes. CRAMERUS.

Jam iste Caius innotescebat ex argumento Asconii ad Miloniarium.

*Competitorem]* Praestat universam historiam comitiorum consularium anni U. C. 699 exponere, ut sequens locus de Appio Claudio superioribus adnotatoribus non bene compertus illustretur.

Consulatum affectabant Messala et Scaurus patricii, Domitius et Memmius plebei [1]. Messalae favebant Cicero atque Caesar [2]. Scauro studebat Pompeius, sed utrum fronte an mente dubitabatur [3]; res tandem perspicua constavit, cum Pompeius illum abiecit [4], habebat tamen aedilitas eius memoriam non ingratis, eratque pondus apud rusticos in memoria patri Principis Senatus [5]. Domitius valebat amicis [6]. Memmius commendabatur Caesaris militibus, et Gallia transpadana [7]; multam etiam spem habebat in Caesare mox venturo, sed frustra [8]. Ἐξοχή in nullo erat, pecunia enim omnium dignita-

[1] ad Attic. IV. 17.

[2] ad Quintum fr. III. 3 et 8.

[3] ad Attic. IV. 15.

[4] ad Quint fr. III. 8.

[5] ad Attic. IV. 17.

[6] ibid.

[7] ibid.

[8] ad Quint. fr. III. 3 et 8.

*Ciceronis Fragm.*

sem exaequabat [1]. Ambitus vero adeo ardebat, ut numquam fuerit par, et foenus ex triente idib. Quintil. fuerit bessibus [2]. Ueberior quidem erat liberalitas Scauri populo tributum domi suae satisfaciens; gratior tamen videbatur largitio aliorum candidatorum, qui occupaverant [3]. Tantam porro competitorum contentionem ineunte mense Quintili coeptam haud otiosi spectabant consules Appius et Ahenobarbus, qui provincias consulares non sortiri volebant lege curiata, sed quam quisque maxime optabat illam obtinere. Appius enim in sermonibus primum dictitabat, postea dixit etiam in Senatu palam, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si curiata lex non esset, se paraturum cum collega, atque Lentulo in Ciliciae provincia successurum [4]. Quare exeunte mense septembri cogitabat sine lege curiata, suo sumptu in Ciliciam se conferre [5], quam provinciam sibi exoptatissimam deorum habuit post comitia. Quid ergo consules? Coitione facta cum Memmio et Domitio pactionem ineunt, uti ambo H-S quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti; nisi tres Augures dedissent, qui se affuisse dicerent, cum lex curiata ferretur, quae lata non esset; et duo Consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo affuisse, cum omnino ne Senatus quidem fuisset [6]. Suam ergo gratiam et auctoritatem Appius pro Cilicia cum Memmio et Domitio pactus, fieri haud poterat, quin inimicitiam Messalae et Scauro indiceret, quos a consulatu submovendos per fas et nefas satageret. Quid enim? Appiam illum, qui pactione iniquissima bonis omnibus et Ciceroni [7] exosa, leges non latas ementiebatur, Senatus consulta nuspian scripta fingeat, corrumpere porro Augures et Consulares viros, ut consulatum venderet, non censebimus, inquam, Appium illam extremas quas

[1] ad Attic. IV. 15.

[2] ad Quint. fr. II. 15. ad Attic. IV. 15.

[3] ad Attic. IV. 16.

[4] ad Famil. I. 9.

[5] ad Attic. IV. 16.

[6] ad Attic. IV. 18.

[7] ad Quint. fr. III. 3.

que tentasse vias vel iniquissimas, dummodo ne Scaurus nobilitate praestans et patris memoria consulatum adipisceretur? Tentavit enimvero; atque, Memmio et Domitio conspirantibus, dicam Scauro per Triarium inferendam curavit. Curasse equidem coniicio; at Triarii accusationem consilio suo rexisse, auctoritate confirmasse, omnique ope tutatum esse non auguror coniectura, sed declarat sequens Scaurinae locus. Inquisitionem et primam actionem unico teste confectam sustulit maxima celeritate Triarius, comperendinavit reum, comperendinationem ad IV. nonas septembris prorogavit, inusitato accusationis genere et subdolo est usus; equidem universa haec artificia auctoritate consulis composita et perfecta existimo comitiorum gratia. Merito itaque Tullius de accusationis genere comitiorum causa suscepto disputans mentionem iniicit Appii Claudii. Iam ad candidatos redeo. Appii pactio mature innotuit Ciceroni, de illa enim sic ad Atticum IV. 15. scribebat ante diem V. Kal. Sextil: „Cum eo [Memmio] Domitium consules iunxerunt: qua pactione, epistolae committere non audeo“ Scilicet Cicero simul pertimescens Appii potentiam atque amicos, simulque se illi maxime probare studens timebat, ne, si epistola in alienas manus forte incidens significaretur Appio, Consulis odium vix restinctum iterum incenderet. Eundem etiam Ciceronis animum erga Appium declarant Epistolae libri tertii *ad familiares*; hominem enim prodant, qui malebat superbum pati ingenium Appii aegre novo Proconsuli provinciam tradentis, congressum studiose vitantis, iniquissimas querelas adhibentis, multa innovantis, quam uti verbo paullo duriusculo in Appium. Quae quum ita sicut, anne censebimus Ciceronem patrocinatorum causam M. Scauri voluisse iniquam Appii pactionem iudicibus revelare, ut inimicitiarum causa facilius patesceret? *Hic ego*, inquit, *Appium Claudium . . . nullo loco, iudices, vituperabo . . . Ego tantum dicam quod et causae satis, et in illum minime durum aut asperum possit esse. Nempe. Possem equidem Appio obiicere coitionem cum Memmio et Domitio factam, possem pactiones turpissimas retegere, unde omnis Appii in Scaurum inimicitia dimanat; sed nolo quidpiam durum aut asperum in Consulem dicere. Illum nullo loco vituperabo, quamvis vituperationi amplissimus pateat locus; dicam tantum quod causae satis esse*



possit. Iam causae facturus satis quod nam artificium excogitavit Tullius? Utrumque cavere studens, tum ne Appii inimicitia obsesset causae clientia, tum ne, revelata pactione, amicitiam vix redintegratam rumpere; excogitavit verisimilem hanc de Caio consulatum petente historiam, ita ut Caii nomine innueret Memmium et Domitium. Verisimilem, inquam, non veram. Ciceroni enim res illorum comitiorum diligentissime exponenti in multis epistolis [1] nusquam Caius commemoratus est, eiusque nomen ita reticent scriptores universi, ut vix innotescat. Quid plura? Haec sibi obiicit Tullius *at enim frater iam non petit*. Constabat enim inter omnes Caium Romae non esse, in sua Asiae provincia versari, nullas largitiones eius nomine fieri, Appium fratrem, quo maxime valere poterat, aliis candidatis studere. Quam obiectio- nem ut dilueret, fragmentis fragmenta cumulans, ait Caium a tota Asia supplice retentum, commoda provinciae honori suo anteposuisse. Quantam animi magnitudinem! quam incredibilem! Ratum itaque habeo Ciceronem narrasse verisimilem historiam, quae ad clientis causam patrocinandam per momentum habebat, seu, ut eius utar verbis, causae satis esse poterat. Declarabat enim, quod verissimum erat, Appium alia candidatis fraterno plane amore studere; hos vero quippe plebeios anteferri non posse Scauro nobili viro, nisi iste aliquo aut metu aut infamia percelleretur; quare universam Appii inimicitiam cum Scauro comitorum gratia susceptam esse. Quae si vera sunt, uti verissima equidem propono ingenti animi confidentia, qua voce credemus Tullium pronunciasse, quo gestu ornasse illa verba: *Ego tantum dicam quod et causae satis, et in illum minime durum aut asperum possit esse; tum alia de quo plura iam non dicam; quamquam ea quae dixi non secus dixi, quam si eius frater essem.*

*Nondum enim*] Ita Taurinensis et Asconius; Ambrosianus *non enim*. Mordet P. Clodium, qui, ut tribunus plebis crearetur, e patriciis exierat in gentem fonteam per adoptionem. Iam vero quamvis consulatus fuisset plebeis communicatus lege Licinia, patricii tamen plebi praestabant, quia illum *nobilitas inter*

---

[1] ad Attic. IV. 15. 16. 17. 18. ad Quint. fr. II. 15. 16. III. 1. 2. 5. 8.

*se per manus tradebat* Sallust. Jug. 63. Calus itaque sive patricius esset ob generis vetustatem, sive plebeius ob fratrem Clodium, putabat sibi cum hoc Scauro contentionem fore; Appius vero putabat hoc Caio Scaurum maiorem etiam, meminerat enim patricium fuisse in Pontificatus petitione, Saliatu, ceterisque. At Caius, ne patricius esse desiderat, quis Clodius frater ad plebem migraverat? Num Appiorum gens Scaurinae genti cedebat cum generis antiquitate, tum meritis maiorum? Tullius ergo haec de genere patricio disputans, revera innuebat Memmium et Domitium plebeios homines, quibus adeo gravis erat competitoris Scauri nobilitas, ut necessarium foret hunc percellere metu, aut infamia, qua ab insita nobilitatis commendatione deiceretur.

Certum] Ita indubie; quod adverbii instar occurrit etiam apud Horatium Serm. L. II. 6. 27. *quod mi obsit clare certamque locato.*

Sibi contentionem] Ita Taurinensis et Asconius. Ambrosianus ex superiore linea adsciscens incommodum certum habet sibi certum contentionem.

Fratri in honore] Taurinensis *fratrinhonore.*

Quum] Ambrosianus *qui.*

Paene] Ambrosianus *pene* absque diphthongo.

Si a negotiatoribus] Taurinensis *ianegotiatoribus.*

Putas semel exulceratum] Cl<sup>us</sup> Mai legit *putassem et exulceratum*, quod Latinae aures respuunt. Ipse legi in Ambrosiano *putassemelexulceratum*; maxima vero affinitas inter T et L editorem Ambrosianum fefellit. Taurinensis habet *putassentvelexulceratum*, vel etiam *putassenivelexulceratum*; iam cum male me habeat *putas seni vel exulceratum*, praetuli Ambrosianam lectionem.

36. *Persuatum est . . . detraxerint*] Tres hi versus erant editi etiam inter fragmenta Orationis huius, desumpti nimirum ex Arusiani Messii, seu verius Frontonis, *exemplis elocutionum*, a quo libello olim inedito multa sumpsit Sigonius quum Tullii fragmenta con-

gereret. Eum libellum denique nos edidimus cum reliquis Fron-  
tonis operibus, quorum vido paginam 508. in littera D. MAI.  
*Praemiorumque*] Ergo Appius, qui de Scauri fama detractum  
volebat, ut fidem suam Memmio ac Domitio datam facilius libe-  
raret, simulque ipse novorum consulum ope Ciliciam sortire-  
tur, multa promiserat commoda atque praemia Sardis accusa-  
toribus.

*Plura iam non dicam*] Possem enim plura dicere, sed quae in  
Appium essent aspera; quamquam ea quae dixi tanta dissimula-  
tione obvelavi, ac si eius frater essem. Non is frater Clodius,  
qui et revera est Appii frater, et multa quovis tempore dixit  
imprudenter; sed is frater, cuiusmodi ego esse consuevi in  
fratrem meum coniunctissimus, eiusque famae studiosus.

37. *Non secus*] Ambrosianus *nonsesecus*.

*Nihil more, nihil modo*] Ambrosianus *nihilmodenihimodo*. Cl<sup>us</sup>  
Mai emendabat *nihil moderate*. Verum cum quatuor sequantur  
adverbia *improbe turbide festinanter rapide*, ita ut *improbe* et  
*turbide* opponantur adverbis *integre* et *considerate*; tum duo  
adverbia quaerenda sunt, quae ex adverso respondeant postre-  
mis *festinanter* et *rapide*. Ego vero auctore Cl<sup>o</sup> Niebuhr in li-  
teris ad me nuperrime datis, scripsi *nihil more nihil modo*, quae  
verba coniungit Cicero *pro Murena* 34 scribens: „Etsi hoc  
„factum a Murena omnino, Iudices, non est; ab eius amicis  
„autem *more et modo* factum est.“

*Conspiratione*] Conspirant Sardi in testimonio dicendo. Imperio  
et auctoritate utitur Appius consul. Sperant Sardi promissa  
commoda, Memmius et Domitius pactum consulatum, Appius  
provinciam Ciliciae. Idem consul, atque candidati terrent at-  
que minantur Sardos, ni obtemperent. Atque haec de toto ac-  
cusationis genere Orator dixit; iam ad alterum, quod supra  
n<sup>o</sup> 22 proposuerat, caput transit, nempe ad Sardos testes.

*Spe minis*] Ambrosianus *speminhis*.

38. *Patefacta*] Cl<sup>us</sup> Mai legit *late facta*; fateor litteram P dubiam  
esse posse.

*Recitata*] Cl<sup>o</sup> Mai legit *regitata*, atque edidit *rogitata*. Quare Heinrichius adnotabat consensionem testium fuisse effectum compromissi et coniurationis, quae late facta est per provincias Sardiniae. Atqui seu accusator, seu subscriptores in Sardiniam inquisitum non iverunt; atqui, uti superius monui, Sardi Romae degentes corrogati videntur. Cum itaque codex, auctore Cl<sup>o</sup> Mai, habeat *regitata*, seu, uti vidisse videor, *recitata*, de legi hanc lectionem, ex qua apparet Triarium recitasse Sardorum omnium testimonium unica syngrapha iisdemque verbis conclusum.

*Ipsa natio*] Saepe Cicero in Sardos invectus est. In Oratione *de prov. cons.* VII. dicit eos *mastrucatos latrunculos* [fuit autem *mastruca* Sardinienne vocabulum scortae vestis]. In *epist. ad famil.* lib. VII. 24. de Tigellio Sardo ait: *In lucris pono non ferre hominem pestilentiorum patria sua.* Ibidemque: *Habes Sardos venales alium alio nequiores.* Tum IX. 7. de Sardinia ait: *Nec ullum habet [Caesar] praedium deterius, sed tamen non contemnit.* Quintilianus *Instit.* XI. 1. sub finem ait: „Quod „ad exterarum nationes pertinet, Cicero varie: detracturus Graecis testibus fidem, doctrinam iis concedit ac literas, seque „eius gentis amatorem esse profitetur; Sardos contemnit; Allobrogas ut hostes insectatur.“ Quorum primum fecit in oratione *pro Placco*, alterum *pro Scauro* [qui locus Ciceronis hactenus latuerat in ambrosiano codice], tertium *pro Fonteio*. MAI.

39. *Neque ego*] Cl<sup>o</sup> Mai ex coniectura legebat *aio oportere*. Heinrichius idem additamentum depraechendit in voce *ego*, atque reponit *Neque aio Sardorum*.

*Frumentariae*] Huius vocis feliciter a Cl<sup>o</sup> Mai suppletæ vix tenue vestigium superest in codice = Vide epistolas plures Marci Ciceronis lib. II. ad *Q. fratrem* in Sardinia degentem. Iam vero ex hoc loco orationis patet quod olim Paulus Manutius in commentario ad *epist. I.* huius libri II. opinatus fuerat, *Q.* nempe Ciceronem non alia quam rei frumentariae causa a Pompeio in Sardiniam fuisse missum. Et quidem Pompeinum praefectum fuisse rei frumentariae patet ex *orat. pro Domo X.* MAI.

*Vere*] Non nisi adverbium habet Heinrichius, sed *dolori* jungit, ut sit verus dolor oppositus simulato.

*Obscpiatur*] Cl<sup>us</sup> Mai legit *obsidiatur*, atque emendavit *obsidietur*. Verbi *obsidiari* forma usum esse Columellam lexica indicant. Quid igitur? An eo passive usus erit Tullius? Mira quoque foret locutio *obsidiari insidiis*, nempe pura putaque tautologia. Quare Heinrichius reponebat *obsidatur*. Atqui ego legi in Ambrosiano *obsediatur*; pronum ergo est *obscpiatur*, quod apprimè consonat antecedenti verbo *intercludatur*.

*L. Albuçius*] In unius eiusdemque, ut plane videtur, viri Albuçii prænominè scripta veterum vehementer discrepant. Apuleius in *Apologia* [edit. Paris. an. 1688. p. 511] scribit *Aulum Albuçium*. Cicero *de Offic.* II. 14. *Marcum*. Idem Cicero in *Pison.* XXXVIII. *de Oratore* II. 79. III. 43. *Orator.* 44. nullum eius usurpat prænomen. Nunc codex noster antiquissimus manifesto habet *Lucium*. Et quidem etiam Varro *de re rust.* III. 9. hæc scribit: *Nonne itam L. Albutius homo, ut scitis, apprimè doctus, cuius Luciliano caractere sunt libelli dicebat etc.* Verum nihilominus Albuçii prænomen puto fuisse *Titum*, non tam quia ita scribitur a Cicerone in *Bruto* XXVI. et XXXV. *Divin. in Verr.* XIX. *de prov. cons.* VII. *Tuscul.* v. 37; sed propter Lucilii versas apud eundem Ciceronem *de Finib.* I. 3.

„*Xaiçç*, inquam, Tite, lictores, turma omni, cohorsque,

„*Xaiçç*, Tite, hinc hostis mi Albuçius, hinc inimicus.

Fuit autem Albuçius accusatus a C. Iulio [nempe Strabonæ Caesare, ut ait Svetonius in *Caes.* LV.] qui dicebat pro Sardijs, ut patet etiam ex Cicerone *Divin. in Verr.* XIX. secus atque videtur in loco corrupto eiusdem Ciceronis *de Offic.* II. 14. Denique Albuçius dicitur damnatus Romæ in *Pison.* XXXVIII. exul philosophatus Athenijs *Tuscul.* V. 37. MAL. Equidem legi etiam L, quæ littera cum paullo differat a T in antiquissimis hæc schedis, facile amanuensem decipere potuit.

*C. Megabocous*] Cicero *ad Attic.* II. 7. *Megabocous et hæc sanguinaria inventus inimicissima est.* Megabaccum commemorant

Plutarchus in *Crasso*, et Appianus *de Bello Parth.* III. 46. et 50. ed. Schweigh. virum animi magnitudine, et vi corporis insignem, qui in infesta pugna cum Parthis ad Carrhas se ipsum confodit. Haec monumenta de Megabocco, vel Megabacco collegit Cl<sup>us</sup> Mai, nec maiora addidit Heinrichius.

*Sardinia*] Codex *Sarnia*.

*Laudantibus Sardis*] Mos fuit ut reus, praeter patronos, laudatores etiam adhiberet. Hi fuere interdum, si res ita ferret, homines provinciales, quos singulae civitates ab eo administratae, cum publica laudatione ad sublevandum rei periculum mittebant. Vide Sigonium *de Iudiciis* lib. II. cap. XIX. et ex. gr. laudationes Flacci in orat. pro eo cap. XL. MAI.

*Al*] Codex *ad*.

*Tamen*] Heinrichius mallet *tum*.

*Perhorrescent*] Haec interrogantis modo dicta credit Cl<sup>us</sup> Mai, eique suffragantur Germani Duumviri.

*Foenicum*] Ita codex; mox *phoeni*, *poenis*.

*Rebellionibus*] Codex *rebelliensibus*.

*A Poenis*] Hanc Sardorum originem testatur etiam Pausanias *Phoc.* XVII. Tum et aliam Afrorum excensionem in Sardiniam memorat ibidem Pausanias. Et quidem Strabo lib. V. diserte scribit: "Τεργον δὲ Φοίνικες κατεκράτησαν οἱ ἐκ Καρχηδόνας, postea *Phoenices Carthagini incolae eam [Sardiniam] obfirmaverunt*, MAI.

*Amandati*] Codex *amendati*.

*Plena*] Si vox *plena* genuina est, metaphoram sumpsit Cicero a lagenis solo vino plenis, cuius pars si transfundatur, eique alii liquores admisceantur, acorem contrahere solet. Heinrichius corrigit in *hac gente pura*. Mihi quidem vox *plena* non arridet, sed emendatio *pura* nimis distare videtur.

*Sin caius*] Ita legi, ut *Sencaius* quoque esse possit. Cl<sup>us</sup> Mai *Sin-gaius*. Nazione Sardus, Romana civitate donatus a Pompeio. Nam *lex Gallia et Cornelia* definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat. Cicero *pro Balbo* 14.

*Delecones*] En certas litteras D ONES, mihi etiam apparebat C;  
*Ciceronis Fragn.*

T

reliquae tres sunt ex genere litterarum E, F, I, L, P, T in hisce schedis maxime affinium. Cl<sup>us</sup> Mai in prima editione lucem huic nomini ex geographia Sardiniae expectandam esse dixerat. At recte Heinrichio adnotatum fuit contextum *alii viri boni* — *Neminem excipio* — *fortasse aliqui*, innuere Sardos homines eiusdem familiae; maxime cum Tullius mox testetur Sardiniam nullam habuisse amicam populo Romano ac liberam civitatem.

*A me est*] Codex *amenest*; sed addititia littera N obelo configitur.

*Resipsa*] Codex *reipsa*.

*Amicam*] Codex *amica*.

*Regnis*] Puta Masinissae. MAI.

*Utica teste*] Tertio bello punico incipiente, Utica maxima post Carthaginem urbs Africae ad Romanos a Poenis descivit. Vide Appianum *de reb. pun.* cap. LXXV. Polybium *legat* CXLII. Livii epitomem lib. XLIX. MAI.

Hispania] Lacunam incommodam codicis ambrosiani explet quodammodo locus Tullianae Orationis pro *Cornelio Balbo* cap. XV. „Duris quondam temporibus reipublicae nostrae, cum praepotens „terra marique Karthago, nixa duabus Hispaniis huic imperio „immineret; et cum duo fulmina nostri imperii Gn. et P. Scipiones extincti occidissent; L. Marcius, primipili centurio, cum „Gaditanis foedus icisse dicitur.“ MAI.

46. Undique mihi] Postremum Taurinensis codicis folium incipit a verbis *fuisse templo videtur in vestro conspectu iudices*. Atqui haec habet Asconius ad h, or.

„Versu a novissimo CLX.

„Undique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quoeumque „non modo mens, verum etiam oculi inciderint.“ Curia illa vos de „gravissimo principatu patris fortissimoque testatur, L. ipse Metellus, „avus huius, sanctissimos deos illo constituisse in templo videtur, in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepotis sui depraearentur.“

Asconii ergo fragmentum cum Taurinensi coniungitur. Postrema haec est pars perorationis, in qua Scaurum laudat Cicero a maioribus

suis, praesertim vero ab avo L. Metello, et patre Aemilio, Scauro. Hoc fragmentum inquebat Quintilianus VI. 1. *de peroratione* scribens: „Periclitantem vero commendat dignitas, et studia fortia, et susceptae bello cicatrices, et nobilitas, et merita maiorum. Hoc, quod proxime dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt usi: pro Scauro, patre „hic, ille pro filio.“ Quam vero apposite ad captandum iudicum favorem haec a Tullio dicta fuerint, intelligimus a Valerio Max. VIII. 1. 10. „M. quoque Aemilius Scaurus repetundarum reus . . . perditam et comploratam defensionem in iudicium attulit . . . tamen „propter vetustissimam nobilitatem, et recentem memoriam patris ab „solutus est.“

*Illa vos*] Ita duo codices Ambrosiani Asconii, et aliquot antiquae editiones, uti Cl<sup>us</sup> Mai testatur.

*Principatu patris*] M. Aemilius Scaurus fuit princeps Senatus.

*Sanctissimos deos*] Castorem et Pollucem, quibus aedem extruxit L. Metellus Dalmaticus suis manubiis in bello Dalmatico captis; vide Ciceronem in *Verr.* I. 59. Hic porro fuit avus maternus Scauri; nam, ut apposite monet Asconius ad fragm. 12. *pater-nus avus proavusque Scauri humiles atque obscuri fuerunt.*

*Templo*] Asconius in *templo.*

*Nepoti suo depraearentur*] Asconius *nepotis sui depraearentur.*

47. *Templis tribus*] Cicero *de Nat. Deor.* II. 23. „Fides, Mens, „quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Aemilio Scauro; ante autem ab Atilio Calatino erat fides consecrata.“ Idem templum Menti consecratum ab Aemilio Scauro commemorat Plutarchus *de Fort. Roman.* tom. II. pag. 306. ed. Wyttenb. Verum cum a T. Otacilio praetore iam pridem dedicatum fuerit [vid. Livium XXII. 10. XXIII. 31.] equidem coniectio illud vel ampliatum, vel restitutum, neutiquam ex inchoato extractum fuisse a Scauro. Restituit etiam aedem Fidei ab Atilio consecratam. Quod nam fuerit tertium templum a Scauro illustratum, videant alii.

48. *Templum illud*] De aedium Vestae conflagratione, quo incendio Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolume servavit,



ut ait Valerius Max. I. 4. 4.; lege Livii *Epitomen* XIX., Plinium VII. 45.; Ovidium *Fast.* VI. 437., Dionysium *Halic.* lib. II., Senecam *Controvers.* lib. IV. 2.

*Custodis Vestae*] Lege *custos, in aedibus Vestae.*

*M. Scaure*] M. Aemilium Scaurum clientis patrem ante multos annos defunctum alloquitur.

*De te recorder*] *Tria haec verba servaverat Fronto in Exempt. elocut. ed. Med. p. 541.*

ADNOTATIONES

AD FRAGMENTA ORATIONIS PRO M. TULLIO.

[*Antea sic hanc causam*] Has voces videre mihi videor in prima linea. Saltem prima littera A certissima est. Duo versus sequentes ita evanuerunt, ut vix vestigia supersint earum litterarum, quas in huiusce folii imagine repræsentavi. Textum africivi probabiliter, meo quidem iudicio; asperest ut idem lectoribus probetur. Hæc prima esse totius Orationis verba, vel me tacente, quisque intelligit.

[*L. Quintius*] Adversarius Ciceronis in hac causa, et P. Fabii patronus, fuit L. Quintius. De hoc Cicero in *Bruto* LXII. ait: *Complures minime dignos elegantis conventus auribus, aptissimos cognovi turbulentis concionibus, quo in genere nuper L. Quintius fuit.* Reapse hic idem Quintius, patronus fuit Oppianici in horribili illa causa Cluentii. Et eum quidem in ea oratione sæpe exagitat Cicero, capite præsertim XL, ubi eum sic graphice describit: „Facite enim, ut non solum mores, ejus et arrogantiam, sed etiam vultum atque amictum, atque illam usque ad tales demissam purpuram recordemini.“ MAL. Fuit tribunus plebis maxime popularis ac seditiosus a. U. 680. Vid. Pighius ad ann. 679. t. III. p. 305. Hunc eundem videri quem Cicero dicit familiarem suum ad Att. VII. 9. vana est Corradi suspicio, quam cum aliis aliorum non melioribus conjecturis nollem Ernestius repetisset in Indice historico. HEINRICHUS. In supplenda lacuna id grat curandum, ut versus essent sex, quorum quisque quindecim minimum constaret litteris, nec ultra viginti haberet. Mihi quidem eam, quam expressi sententiam, ratio con-

textus exposcere videbatur; quod et futurum edictores meliora dabant, lubentissime amplectar.

*Confessi*] *Codex confessi.*

2. *Iudicium*] *Codex diudicium.*

*Testibus ponebam*] Consensus testium cum facilem Tullio defensionem faciebat, tum Recuperatoribus iudicandi difficultatem creabat, suspicionem enim conspirationis afferre poterat; recole fragmenta *pro Scauro*, et Quintilianum *de testibus* V. 7. *Consensum conspirantem et paene conflatum dixit Cicero pro Ligario* XII.

Iudicandi mora iniicitur iudicibus, quoties alterater patronus ita causam suam defendit, ut iudices *sibi non liquere* pronuncient;

vide *pro Caecina* 2.

3. *Tum erga*] Nullas dubito hanc fuisse Tullii mentem in versibus deperditis. Summam *lenitatem* sibi ipse saepe tribuit Cicero.

4. *Priore actione*] Deficiente lacunae, mentura ad quam divinationis meae verba exigerem, haec inserui tantum, ut quisvis videat pauca defuisse ante primas Ambrosiani folii voces.

*Recuperatores*] In uasis possessionum recuperandarum dabantur

potissimum Recuperatores a Praetore; quare Festus ad voc. *reciperatio* inquit: „Per Recuperatores reddantur res recipiantur,

que, resque privatas inter se persequantur.“ Sic, ut praetermittam *recuperatorium iudicium*, de quo Cicero *in Verr.* III. 11,

et illud in causa Caeciliae, video Recuperatores datos in causa iniuriarum apud Gellium XXI. 1., et lib. *de Inventione* II.; in

causa pecuniae creditae apud Plautum *Baechid.* II. 3. 86, et arrabonis accepti apud eundem *Aud.* V. 1. 2.; in decernenda corona murali apud Livium XXVI. 48.; in eor, qui iugerum nu-

merum ex edicto praeteris professi non essent, apud Ciceronem

in *Verrina* V. Iudices hi a praetore demandati tres esse solebant. Ambrosianus plerumque scribit *recuperatores*, Taurinen-

sis ut plurimum *reciperatores*, quae vetustior est orthographia.

*Ut quod*] Ambrosianus ut quid antea nihil in istam dixi probari \*\*\*\* tam quam in eo repraehendat, ita tamen, ut in quinque evanidis litteris Cl<sup>us</sup> Mai hasce depraehendat *eposs*. Revera pri-

ma et altera sunt litterae longae; tertia exhibet speciem vocalis O. Quare Vir Cl. in prima editione emendabat *ne quod antea nihil in istum dixisse probare possum in eo repraehendar*; in altera vero *ut, quod antea nihil in istum dixi, probare possim quam inique repraehendar*. Guillelmus Cramerus reponerat *ut, quod antea nihil in istum dixi, probare possim, quam in eo repraehendar*. Mihi vero visum est legere *probrosi umquam*.

*In istum*] In P. Fabium, ut patet inferius. MAI.

*Repraehendar*] Cum diphthongo scribunt vetusti codices, vide Niebührii *Fragmenta* p. 47.

5. *A mea natura*] Praepositio *a* aberat a codice.

*Res postulare*] Namque iudicium de vi hominibus armatis pertinet ad summam deiectionis existimationem, vide pro Caecina 2.

*Quid ergo est*] Abrupta haec videntur, sed veram in se artem habent. Qualia ni attendis, quid sit orator, non intelligas. Poterat sic decurrere oratio: non, quia res postulare non videretur, sed quia, tametsi postulat causa, tamen nisi plane cogit etc. Eum cursum sistit Orator subito, interrogans: *Quid ergo est?* et nunc denique rationem dicit. HEINRICHIUS.

*Ingratilis*] Locutio est elegans optimaque aetatis, *cogere*, vel *cogi ingratis* i. e. invitum, repugnantem: quo de verbo vulgatum olim errorem Ob. Gifanii ex eius Indice Lucretiano, alioquin bonae frugis plerò, correxerunt iam dudum Scioppius Verisimil. I. 20, et Vossius de Analog. I. 2. et 47. Orator pro Quintio c. 14. *extorquendum est invito atque ingratis*; quod Facciolatus bene explicat: velit nolit. Denique ipsum hoc *cogere ingratis* dicunt Terentius Heaut. III. 1. 37. et Nepos Themist. IV. 3. HEINRICHIUS.

*Modiceque*] Codex *modique*. Rectissima coniectura Heinrichus emendavit *modiceque*. Sic pro Sulla 29. *a me timide modiceque dicetur*; pro Caello 13. *nunc agam modice, nec longius progrediar, quam me mea fides et causa ipsa coget*; et Sen. 1. *modice ferre*. Monuit etiam idem Philologus verba *tantum at* seiungenda non esse; sic pro Flacco 28. *submissa voce agam, tantum*

ut iudices audiant; pro *Caccina* 8. praetor interdixit . . . sine ulla exceptione, tantum ut, unde deieciisset, restitueret.

Priore actione] Hinc cognoscimus his Ciceronem dixisse pro Tullio. MAI.

6. *Aecum*] Pro *aecum*, uti etiam Bavaricus et Vaticanus codd. apud Garatonium ad *Plaucianam* cap. XV. Confer in fragmento Orationis pro *Placco* cap. 1. *relicum* pro *reliquum*. MAI. In Taurinensibus membranis vidi *aecum*, *relicum*, tum etiam *aecum*, *reliquum*, *iniquom* incerta plane orthographia.

*Ut is*] Sic pro *his*, quod etiam in Taurinensibus schedis occurrit modo pro *his*, modo pro *iis*.

*Fine dicendi*] Sic Codex; lege *finem*.

*Quod te aliquid*] Cum Cl<sup>us</sup> Mai legisset *quo te aliquid*, Heinrichius malebat *quod*, nec in textum inducere audebat. Revera codex habet *quod*; at littera D, utpote postrema longi versus, scripta est forma minori.

7. *Iudicium vestrum est*] Haec est formula indicandi a Praetore data. CRAMERUS.

*Taxationem*] Hinc apparet *taxationem* dici de pecuniae summa, quae a patrono deieci proponebatur ob damnum datum; *aestimationem* vero de ea, quae a iudicibus post damnatum reum, decernebatur.

*Fecimus*] Ambrosianus *fecim*; Taurinensis *fecimus*.

*Quadruplum*] Cum multas leges in hisce fragmentis commemorat Cicero, quas, utpote simillimae, facile legentem possunt in errorem inducere, tum iuvat eas singillatim enarrare.

Lex erat Aquilia, seu verius plebiscitum de damno, cuius capite primo cavebatur, ne damnum inferretur, eaque poena statuēbatur, qua laedens tanti condemnabatur, quanti plurimi homo, vel animal laesum eo anno fuerit. Contra inficiantem actio erat in duplum. Vocabulum INIURIA adeo erat solemne, in hoc plebiscito, ut, si ius occidendi vel laedendi appareret, actio Aquilia prorsus inhiheretur. Vide illam in Digest. lib. IX. tit. II.

Proximum sequitur antiquissimum interdictum *de Vi*, quod a Ci-

cerone his verbis proponitur: „Unde tu, aut familia tua, aut procurator tuus illum, aut familiam, aut procuratorem illius in hoc anno, vi deiecisti, cum ille possideret, nec vi, nec clam, nec praecario possideret, eo illum restitutus iubeo“, atque adeo interdictum *Unde Vi* appellabatur. Porro non *Vis* armata atque solida hic intelligi debet, sed simulata, qua, cum de fundi possessione controversia esset exorta, litigantes inermes, advocatis testibus, ad constitutum experiundi iuris gratia veniebant in rem praesentem, atque petitor alterum deiciebat. Quae simulata vis dicebatur *vis facta moribus, civilis, quotidiana*, frequentes enim erant eiusmodi lites, *ex conventu vis facta*; atque ipse conventus appellabatur *deductio moribus facta*. Hac peracta praeparatione, deiectus praetorem adibat, ut interdictum *Unde Vi* impetraret; uterque ex iure manu conserebat rem quisque suam vindicaturus. In hanc rem formulae verbosae praestitutae erant, quas ridet Cicero *pro Muraena XII*.

Sed cum propter temporum iniquitatem vis simulata in solidam vim abiisset, ut petitor homines sive servos, sive liberos cogeret, atque vel adversarium, vel adversarii familiam a fundo controverso armis fugaret, latum fuit interdictum *De Vi hominibus armatis*. Rem declarat Cicero *pro Caecina 32*: „Dupliciter homines deiciuntur, aut sine coactis armatisve hominibus, aut per eiusmodi rationem et vim. Ad duas dissimiles res duo deiuncta interdicta sunt. In illa vi quotidiana, non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere possit, cum possideret, tom deiectum. Ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, ut nec vi, nec clam, nec precario possederit“, et cetera quae lege. Interdicto exceptionem quandoque addebat praetor; ait enim Cicero *ibid. 8*: „Praetor interdixit, ut est consuetudo. *De vi hominibus armatis*, sine ulla exceptione, tantum ut, unde deieccisset, restitueret.“ Quae verba ita enarrat Hotmannus in comment. ad h. l. = Pure ac simpliciter decrevit ut restitueret, neque addit cum *Caecina* possideret, sed sive possideret, sive non possideret, restitui iussit = Quae Hotmanni interpretatio luculenter refellitur a loco mox laudato *pro Caecina 32*; hoc enim interdictum omnem de possessione controversendi locum tollebat; quare Cicero *ib.*: *Possedit enim Caecina, Re-*

*Cicronis Fragm.*

U

*cuperatores; et id, tametsi extra causam est, percurram tamen brevi. Veram exceptionem commemorat ipse Tullius Epist. ad famil. VII. 13: Neque est, quod illam exceptionem interdicto pertimescas Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris. Ita enim vi illata propulsata fuisset. Tota Oratio pro Caecina in interpretando hoc interdicto versatur, quare a pluribus abstineo, id monuisse contentus interdictum de Vi cum interdicto de Vi hominibus armatis in unum titulum coaluisse in Digest. lib. XLIII. tit. XVI, illa vero adi sis leg. 1. §. 41, et leg. 6 de litiq̄ aestimatione.*

Crescente vero temporum iniquitate, hominumque audacia, qua familiae armatae caedes facerent, aedificia incenderent, bona raperent, Lucullus quartum interdictum proposuit, seu verius paullo mutavit praecedens interdictum. Illud autem cum Cramero haec fere verbis expressum fuisse credo: „Si cui dolo malo hominibus armatis coactisve „damni quid factum esse dicetur, in eum, qui id fecisse dicetur, intra annum, quo experiundi potestas fuerit, in quadruplum, post annum in simplum iudicium dabo.“ Atqui hoc interdictum paene concinit cum illo *De Vi bonorum raptorum* Digest. lib. XLVII. tit. VIII. Enimvero, verba sunt Crameris, utrobique actio est Praetoria, cuius fundamentum damnum alteri datum, causa dolus malus, instrumentum familia armata coactave, finis quadruplicatio damni, ut ovum non sit ovo similis. Cur autem hoc edictum indeque nata actio postmodum adeo evanuerit, ut, si Ulpianum excipias, in iuris libris eius vix vestigium supersit, id non est difficile ad explicandum. Cum enim orta esset his temporibus, quibus per bella civilia nihil non licere crederetur, ubi ad unius imperium res redacta est, facilius singulorum licentiae frena iniecta fuerunt, ad quam rem non parum profuit ab Augusto inde miles perpetuus. Iam vero difficilis est rerum memoria, nunquam posthac, vel rarissime, occurrentium. Retinuisse tamen et Seneca videri potest, qui *Controv. V. 5. lex, ait, fuit, ut qui sciens damnum dederit, reddat quadruplum, qui insciens simplum, nec tamen inoto. Quidquid vero sit noster hic Tullii locus oppido est memorabilis. Inde enim discimus et auctorem edicti de vi coactis hominibus, et causam eius occasionemque proponendi, denique et tempus, quo in-*

troductum sit. Etenim ille M. Terentius Varro Lucullus, id ipsi plenum nomen, quum Cos. fuerit cum Cassio Vero A. U. C. 681. non ita multo ante Praetura functus fuerit necesse est, quam peregrinam fuisse solum Asconium auctorem habemus. Quod si cui difficultatem moveat e peregrini Praetoris edicto ius inter cives disceptatum fuisse, is cogitet, cum multa ex urbano in peregrinum aut provinciali transierint, nihil obstare, quin et e peregrino aliqua migraverint in urbanum, praecipue e delictorum materia, quae in primis ius gentium attingere videretur, adeoque Hadriani aetate utraque edicta in unum conflata fuisse. Hucusque doctus Iurisconsultus Cramerus in notia ad h. l.

8. *Omniaque*] Sic Taurinensis; Ambrosianus *omniaquae*, saepe inutiles diphthongi in hisce schedis occurrunt.

*Ad summam remp.*] I. e. ipsa respublica in discrimen adducta esse videretur. HEINRICHIIUS. Verba haec *ad summam remp. pertinere* laudat, ni fallor, ex Cicerone Victorinus in I. *Rhet. Cicer.* cap. XLVII. MAI.

*M. Lucullus*] Ius inter peregrinos praetor dixit, teste Asconio ad orationem Ciceronis in *toga candida*. Frater Lucii is fuit, ut narrat Plutarchus in *Lucullo*. MAI. Asconius ad Or. laud. p. 979. Graev. Plutarch. in *Lucullo* c. 1. Est hic M. Terentius M. F. Licinianus Varro Lucullus, frater, non germanus, sed consobrinus, si Eutropio fides, L. Luculli, Cos. cum C. Cassio A. U. 681. a quibus Coss. lex frumentaria Terentia Cassia. Vid. Manut. in Ep. ad Q. fr. II. 1. Pigh. ad an. 680. t. III. p. 306. et H. Verheyk. ad Eutrop. VI. 7. HEINRICHIIUS. Ex imagine foliorum patet legendum esse *adque sapientia*; Cl. Mai edidit *ac sapientia*.

*Ut homines*] Sic Taurinensis; Ambrosianus *ut omnis*.

9. *Cum sciret*] Sic Taurinensis; Ambrosianus *cum scirent*.

*Ut perraro*] Particula *ut* abest a Taurinensi. Huius intra breve spatium repetitae multa exempla ex Cicerone congerit Heinrichius ad h. l.

*Videretur*] Sic Taurinensis; Ambrosianus *videtur*.

*Admonere*] Sic prorsus idem Cicero in orat. *pro Roscio Amerino*



XXV. de Solone, qui nullum supplicium parricidio statuerat, ait: „Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod „antea commissum non erat; ne non tam prohibere, quam ad- „monere videretur.“ MAI.

20. *Ex bello*] Taurinensis et bello. Mariana et Sullana tempora respicit.

*Et in universam*] Ambrosianus non habet particulam *et*, quae maxime opportuna est. Quaestio a iuris peritis instituebatur, utrum legi Aquiliae locus esset, si servus caedem noxamve fecerit. Ita vero Ulpianus Digest. lib. IX. tit. IV. l. 2. rem definit: „Si servus, sciente domino, occidit, in solidum dominum obligat; ipse enim videtur dominus occidisse: si autem insciente, noxalis est; nec enim debuit ex maleficio servi in plus teneri, quam ut noxae eum dedat . . . Celsus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam, et legem duodecim tabularum. Nam in lege Antiqua, si servus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit, servi nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur; at in lege Aquilia [inquit] dominus suo nomine tenetur, non servi. Utriusque legis reddit rationem; duodecim tabularum, quasi voluerit servos dominis in hac re non obtemperare; Aquiliae, quasi ignoverit servo, qui domino paruit, periturus si non fecisset.“ Lege ergo Aquilia solus tenebatur dominus. Iam vero cum solerent domini illa uti exceptione, qua proficerentur, se inaccidentibus, damnum a familia datum esse, seu, ut ait Tullius, quod a familia factum diceretur; tum Lucullus et in universam familiam iudicium ampliavit, ut domini familias suas continerent.

*Quod a familia*] Cl<sup>us</sup> Mai edidit *siquod*, neutro codice suffragante.

21. *DAMNUM INIURIA*] Sollemnia verba, quibus hoc iudicium designabatur. Sic Cicero pro *Comoedo* XI. *lite contestata*, iudicio *DAMNI INIURIA* constituto, tu sine me cum Flavio decidisti. Ulpianus ad legem Aquiliam Digest. IX. II. 1. *lex Aquilia omnibus legibus, quae ante se de DAMNO INIURIA locutae sunt, derogavit, atque alibi saepe apud iuriconsultos.*

Cave tamen, ne credas scribendum esse DAMNUM INIURIAE, phrasis enim elliptica est pro *damnum iniuria datum*. Praeter illud effugium, quod *damnum* non a domino, sed a familia datum diceretur, cum alia dominis superesset latebra, qua contende-  
bant noxam non iniuria, sed iure illatam fuisse; tunc Lucullus nullam defensionis spem relictarus edixit de INIURIA non esse quaerendum, quod adeo vocabulum in suo interdicto non admisit.

*In aliis censis*.) Haec et sequentia, quae Taurinensis suppeditat, ita sunt in Ambrosiano oblitterata, ut diligentissimos Cl' Mai oculos fallerent; me meliora sed non omnia legisse demonstrat Imago huiusce folii.

*Datum esset*.) Desiderantur septem versus in Ambrosiano.

12. *Ne privati*.) Haec addidi ex coniectura.

*Datum esset*.) Addidi verbum *esset*.

*Adderet*.) Codex *aderet*. Paulo supra rectius legeretur *daret* pro *daretur*.

*Relinquisset*.) Inferius *relinquissent* = De hac scriptura consule Brisson. *Parerg.* cap. 25. et Hagenbuch. in *Epist. Epigraph.* p. 566. 399. Adde quos laudat Smalldenburg. ad L. 2. §. 33. D. de Or. Iur. CRAMERUS.

14. *Thyrino*.) Antiqua urbs Lucaniae fuit Thurium: quamquam Acro ad Horatii lib. 2. sat. 8. v. 20. dicit Thurium oppidum Calabriae. At noster codex habet *Thyrinum* pro *Thurinum* ex permutatione consueta inter se vocalium eiusdem, aut proximi soni: nam y apud veteres sonabat interdum ut u. Citat hanc locum Quintilianus *Instit.* lib. IV. cap. 2. sub finem ubi ait: „Initium narrationis frequenter et a ve [fieri] sicut pro Pullio Cicero: *Fundum habet in agro Thurino M. Tullius paternum*.“ Institutionum editio Parisiaca anni MDXLII. habet *in agro Tigurino*, ut et codex unus Ambrosianus Quintiliani. Verum longe rectius aliae editiones *in agro Thurino*, quod confirmant tres codd. Ambrosiani eiusdem Quintiliani. Reapse quis praedium divitiis viri romani inter montes potius Helvetios, quam in Lucaniae beato agro requirat? MAL.

*Iure defendere*] Ita in codice certissimo. Aliud agebat Cl<sup>us</sup> Mai exscribens *iure obtinere*.

*P. Fabius*] Littera P. praenominis omissa fuit a Cl<sup>o</sup> Mai, est tamen insignis. P. Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore, cui agro Tullius erat fundo adfinis. Pretio autem sane magno, dimidio fere plurius, emit hunc agrum incultam, exustis villis omnibus; plurius, inquam, emit, quam quanti integrum atque ornatissimum carissimis pretiis ipse Claudius emerat. Ita construo Tulliana verba. Cl<sup>us</sup> Mai in prima editione. „Nam Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore [cui fundo erat „adfinis M. Tullius sane magno] dimidio fere incultum, exustis „villis omnibus, plurius quam quanti integrum etc.“ In altera vero editione: „Nam Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore [cui fundo erat adfinis M. Tullius sane magno] dimidio „fere plurius incultam exustis villis omnibus, quam quanti integrum etc.“ Quae interpunctio perimit germanum sensum.

*C. Claudio*] Videtur hic frater Appii et Publilii. Confer orationis pro Scauro n<sup>o</sup>. 33. cum Scholiaste, qui C. Claudium ait etiam tenuisse Asiam praetorio imperio. Asiae autem et huius mentio fit paulo post. MAI.

*Emerat*] Post *Claudius* facile addam, quod certe hic fuit, *emerat*.

HEINRICHIUS. Desiderantur decem versus.

15. *Circumscripsisse isti a*] Cl<sup>us</sup> Mai legit *circumscripsisset etiam*, atque reposuit *circumscripsisset etiam*; equidem uti legi, sic edidi, neque in contexta mutilo quidquam statuo. Paulo infra ante fortasse distinguendum erat. *Et iam illud addam*.

*Ponere*] Pecuniam *ponere* et *collocare* sunt verba iuris, et pecuniaria, uti vocat Quintilianus. CRAMERUS. Homo pecuniam abiecit in praedio conditionis deterrimae, quippe quod pretio emerat insano. Hoc Orator ait ad rem pertinere; quandoquidem hinc hominis stomachus, et rursum ex stomacho facinus. HEINRICHIUS.

*Adhuc m...*] Desiderantur decem versus.

*Calamitatem*] Cl<sup>us</sup> Mai legit *calamitate*, atque ex ingenio supple-

vit: = *stultitiam suam calamitate vicinorum corrigit* = Perplacent ista; at ego legi *calamitatem*, neque in contextu mutilo quidquam muto.

*Stomachum*] Codex *sthomacum*.

16. *Populiana*] Ita codex, atque Heinrichius ex coniectura. Cl<sup>us</sup> Mai legit *Populiana*, uti inferius ter habet codex.

*Quae semper*] Codex *qui*; dubito tamen in codice esse *quae*, maxime enim sunt affines litterae E et I.

*Possederat*] Ita mutilam vocem optime supplevit Cl<sup>us</sup> Mai. Desiderantur undecim versus.

*Posita esse*] Anguror contextum eiusmodi fuisse = Fabius secum statuit illa arva usurpare; viderat enim in vicinia posita esse, et ad fundum eius convenire.

*Emptionis*] *Consumptis, redempta, exemptum, emptum* etc. ita veteres scribebant, vide Iuvenatium ad Livii fragment. p. LVIII.

*Poenitebat*] Codex *paenitebat*.

*Proscripsit*] Fundum proscribere est vepalem proponere. MAI.

CN. Acerronio] Par nomen est in Lapide Ferentini apud Muratorium *Thes. Inscript.* p. 1621. 10, et in fastis consularibus ad a. 790.

*Viro op...*] Mutilam vocem ita supplet Cl<sup>us</sup> Mai, ut sit *optimo*. Desiderantur undecim versus.

17. *Modum proscrisisse*] Lacuna ante haec verba possit expleri in hanc sententiam: = qui tulit indigne, cum audisset, istum suo arbitrata et sua voluntate totum fundi modum proscrisisse = Nam Fabius videtur fecisse, ut socius queri posset tanquam ille apud Plautum in Trinummio I. 2. 130. *Quia ruri dum sum ego unos sex dies, Me absente atque insciente, inconsulta meo, Aedis venalis hasce inscribit litteris.* Proscripsit tabulam, se fundum venditurum; ex nota formula. V. Epist. ad Q. fr. II. 6. et de Offic. III, 13. 7. Cf. Brisson. Select. Antiq. III. 8. et G. Cuper. Obs. I. 17. Inscriserat iugerum numerum, quo *modus* agri demonstrabatur. V. Digest. tit. de act. empt. vend. [XIX. 1.] l. 13. §. 14. et tit. de evict. [XXI. 2.] l. 64. HEINRICHIIUS.

[*Iste*] Fabius, qui in iudicio adest: sed dictum, ut mox saepius, cum contemptu. Nam aliter, quippe honoris causa, fere dicitur *hic*. HEINRICHIUS.

[*Auctor*] Scilicet Fabius venditor. MAI.

[*Fines demonstraverat*] Sic rursus postea *fines Acerronio demonstravit*. Res nova apud Ciceronem; sed in iure Romano translatitia. Legitimae sunt locutiones *fines demonstrare, ostendere, vel nominare*, in agro vendito: quae est extrema auctoris actio. Qui fines demonstrat, tradit fundum. Digest. tit. de evict. XXI. 2. I. 45. Et demonstrantur fines aut per dominum, aut per servum villicum, domini iussu. Digest. tit. de contrah. empt. XVIII. 1. I. 18. §. 1. HEINRICHIUS.

[*Villicum*] Cum una *l*, quod et ipse vidit in aliis antiquis codicibus, et Garatonius ad *Plancianam* cap. XXV. magnopere probat. Inferius tamen cap. IX. legitur *villam*, non *vilam*, etsi et *vilam* antiquum dicit Garatonius. MAI.

[*Vacnam tradidit*] Venditus ager *vacua possessio* est, antequam traditus emtori, isque ingressus est possessionem. Hoc in Pandectis vulgatum nunc primum legimus apud Ciceronem. Sed in ipsa re, hac quidem parte narrationis, summa est obscuritas. HEINRICHIUS.

18. *Se de tota re*] Ipse quoque cum Cl<sup>o</sup> Mai legi *sedetorare*, sed concoquere nequeo quod Vir Cl. notat Acerronium sedendo supplicasse. Heinrichius emendabat *possedit*, Niebuhrius in epistolis ad me datis mihi auctor fuit de emendatione *se de tota re excusabat*, quam recepi.

[*Semustilatus*] Ita Palimpsestus; ita Varro apud Nonium Marcellum [p. 263. ed. Paris 1586] ad fidem codicis Merceri. Cl<sup>o</sup> Mai edebat *semustulatus*. Revera recentiores scribere amant *ustilo*; sed scripturae antiquioris *ustilo* alia quoque vestigia supersunt; sic in Orat. pro Milone 12. codex Lagomarsinianus 54. legit *semiustilatum*; in Svetonio Tib. 75 sunt codices, qui habent *semiustilandum*; Glossae Cyrilli *Ἀπόσταμα ustilatio*; sic *optimus, libens, monumentum* etc. variata orthographia scribuntur *optimus, libens, monimentum* etc.

Coniici quoque posset *ustilo* antiquis scriptum fuisse pro *ustillo* diminutivo verbo, quemadmodum *quaerela* et *quaerella*, *belua* et *bellua* scribitur.

. . . *mine eiusmodi*] Cl<sup>us</sup> Mai supplet *agmine eiusmodi*; Heinrichius vero *ex discrimine eiusmodi*.

*Habilia*] Ita reposuit Heinrichius pro mendosa codicis lectione *abitata*. Ennius dixit *habiles gladios filo gracilentos*; Seneca de *Ira* II. 36. *gladium commodam et habilem*; lege Heinsium animady. ad Tacit. Ann. XII. 67. Contra Livius XXIV. 34. dixit *inhabile telum*.

19. *Q. Cati Aemiliani*] Ignoti hominis nomen.

*Duo homines*] *Duo pro duos*, quod grammatici concedunt. MAI. Nimirum hanc formam, ut etiam *ambo* pro *ambos*, satis comprobatur usus in veteribus codd. et monumentis. Vide Vossium de Anal. II. 6. Gronov. ad Liv. XXXV. 21. Oudendorp. ad Svet. Claud. 14. et Caiet. Marinium in opere praefato de Monumentis fratrum Arval. P. I. p. 47. HEINRICHIVS.

*Non obscare*] Heinrichius mavult ut *non obscure*.

*Thyrinam*] Codex *Tyrinam*.

*Phillum*] Codex *filium*; paulo infra *Philikus quem antea nominavi*.

20. *Sic . . . in meo*] Vulgarem prononciationem expressit Orator, quam Cl<sup>us</sup> Mai posthabens edidit *istic . . . in meo*.

*Venitur*] Cl<sup>us</sup> Mai legit *venit*. In Imagine huiusce folii lineam diagonalem repraesentavi a laeva ad dextram descendentem, quae est pars vocalis U; altera vero pars eiusdem vocalis deest, cum membrana perforata sit; tandem sequitur insignis littera R. Codex itaque habet *venitur*, cui consonat sequens *disceditur*.

*Deduceret*] Fabius ergo usus Interdicto *Unde Vi* appellabat, ut moribus deductio fieret. *Deduci* porro dicebatur ille, qui per vim civilem et quotidianam a controverso fundo deturbabatur; idemque subinde apud Praetorem postulabat, ut unde deiectus fuerat, eo restitueretur. Cf. a me superius adnotata ad n. 6.

*Vadimoniam*] En fortissimum argumentum pro sententia Fr. Pol. Ciceronis *Fragm.*

leti, et Bav. Voordae D. *de Vadimonio* cap. II. §. 3. promissum fuisse vadimonium priusquam in ius veniretur, quod plerique negant. CRAMERUS.

*Mature disceditur*] Haec verba omisit in prima editione Cl<sup>us</sup> Mai, in altera ita legit *datur conceditur*. Haud dubito de lectione. Pars consonae M insignis superest; inter R, et D spatium intercedit nulli, nisi lineari litterae excipiendae par [~~lineares~~ litteras voco E, F, I, L, P, T, quae vix unica recta linea pinguntur in codice]; postrema syllaba DIS meis quidem oculis luolenta apparebat. Sensus ipse postulat vocabulum, quod notet *discessionem*.

21. *Vi manuae*] Codex *ipsisibimauae*. Suadente Heinrichio, addi vi. Sic pro *Flacco* 6. *si quid ipsi audistis de vi, de manu, de armis, de copiis*; tum de leg. *Agr.* II. 36. *vi ac manu perfringi*. Affinis syllaba BI librarium sefellit.

*Tam multos*] Cl<sup>us</sup> Mai legit *iam multos*; ipse in codice vidi *tam*, quod malebat Cramerus.

*Gurgulionibus*] Hic locus citatur a Capella lib. V. cap. *de elocutione*, omisso nomine huius orationis: sed nunc apparet ex qua citaverit. Iam quod Capellae editiones habent *eiectis*, vel *exactis* pro *insectis*, id primum corrigitur nunc a Tulliano palimpsesto, tum etiam a codice Capellae ambrosiano [F. 119. part. sup.] in quo legitur *execitis*. MAI.

*Etiā relinquissent*] Ita codex, quamvis Cl<sup>us</sup> Mai omiserit vocem *etiam* in utraque editione.

*Is honor*] Ita cum Heinrichio emendavi codicem legentem *minorhishonor*. Librarius enim aspirationem modo demit scribens *is, em, tyrinus*, modo addit *minhis*.

22. *Caede*] Codex *cede*.

*Illi bona*] Codex *illa bona*.

23. *Dicam vim factam . . . iudicium est*] Hoc fragmentum a Victorino in I. *Rhetor. Cicer.* cap. 57 servatum, collocandum esse dixi in hac Orationis parte; est enim veluti propositio sequentis disputationis, in qua Cicero demonstrat dolum malum nec ab in-

- dole huiusce iudicii, nec a vi hominibus armatis coactivae facta seiungi posse.
27. *Si quae familia*] Plerique grammatici scribendum praecipiunt *si qua*; contrariae sententiae patroni iam utantur hoc exemplo.
28. *Ut id fiat*] *Codex ut ea fiat.*  
*Actoris et petitoris*] Nomina coniungit etiam Cicero *Partit.* 110: *sed accusatorem pro omni actore et petitore appello.*
29. *Interdicto inter*] Ita supplervi versum, qui in codice desideratur.  
*M. Claudius*] Nuspiam alibi a Cicerone commemoratus.  
*Ut vi*] Deerat particula *ut* absorpta a sequenti *vi*;  
*Et quis*] Hoc esse etymon vocis *ecquis* tradit Priscianus lib. I.
30. *Prodest Claudio cum*] Ita supplervi versum mutilum.
31. *Illatum*] In codice erat . . . *tum.*
32. *Ita defendere*] *Codex defenderem.*  
*Sive illa*] *Codex sibe illa*, consueta permutatione litterarum B et U.  
*Eum in iudicium*] Ita supplervi mutilum versum.
33. *Delitescere*] *Codex delitiscere.*
34. *Set*] Ita pro *sed*; inferius n<sup>o</sup>. 37, *illud* pro *illud*.  
*Omnes partes*] Huc spectabat Boëtius *de definit.* ed. Paris. an. 1544. p. 23. inquiens: „Hoc etiam pro M. Tullio tenet [*Cicero*], „ubi per enumerationem malorum, per quos fit dolus malus, de „finitio ita fit, ut singulis speciebus dolus malus possit agnosci.“
35. *Iniecit*] Multam diuque haesi in hac voce legenda; tandem intercepta spatia, atque ipsa fugientia lineamenta me permoverunt, ut scriberem *iniecit*, nempe obiter mentionem fecit. Sic *ad Attic.* XVI. 5. *Bruto quum saepe iniecissem de ὀνομαζα;* et *pro Quint.* 21. *id, quod Hortensium quia nuper iniecit.*  
*De simil]* Consona M vix apparet; penultima littera non bene insignis videtur esse L, est tamen ex genere longarum, seu linearium. Cicero *ad Q. fr.* II. 16. *de praevaricatione absolutus.*
36. *Hoc solum bona*] Haec et sequentia luculenter leguntur in codice, mutila tamen esse quisque videt, neque facile expedio. Sane pro *nolle* reponendum est *nolite*, tum aliquid deest.
37. *Dicendum*] Primam syllabam DI oblitteratam supplervi. Postea-



quam Orator interdictum; Luculli declarasset, atque eadem a familia P. Fabii dolo malo factam esse demonstrasset, progrediatur ad objecta adversarii diluenda.

*Pertineant*] Codex *pertineat*.

38. *Quaeri*] Contendebat Quintius aedificium M. Tullii, utpote in fundo P. Fabii exstructum, iure fuisse dirutum. Conquerabatur ergo Praetoris iniquitatem, qui vocabulum INIURIA non admisserat in interdicto, atque appellaverat Tribunos plebis. De eiusmodi appellatione ita Cicero *pro Quintio* 20: „Tribuni igitur „appellabantur . . . non est istud iudicium pati, neque iudicio „defenders, cum auxilium a tribunis petas.“

*Ea res*] Ita legere videor fugientia litterarum vestigia.

39. *Cum Tribunos*] Particula *cum* vix divinando legi potest.

*Nempe ita*] Lectu difficilia.

- Detrusus*] Ea certas litteras \*E\*\*\*S\*S, quare legi etiam potest depulsus.

*Metellus*] Opinor esse Praetoris nomen, qui interdictum dederat. Iam vero Marcus Caecilius Metellus Praetoram gesserat a. u. 684, vide Act. I. in *Kerr.* 9 et 10. Q. C. Metellus Celer Praeturae munere functus est, Cicerone consule, a. u. 690. At cum suspicari liceat alios etiam Metellos fuisse per illos annos Praetores, tum certo statui nequit, quis iste fuerit.

*Ea . . . confirmarunt*] In contextu hiante duo haec Verba addidi:

40. *Tametsi*] Librarius scripserat *tamensi*, tum emendavit *tametsi*, ita ut littera T lateat in littera N paullo erasa.

*Caedes fieri*] Codex *caedis*.

41. *Familiam*] Codex *familia*.

*Quicum*] Codex *cum*. Ceterum hic legis Aquiliae actio comparatur cum actione *de Vi, honorum raptorum*, seu cum Interdicto Luculli. Nam ex lege Aquilia *Digest.* l. IX. tit. II. leg. 32, si familia damnum dederat, persecutio poenae non in singulos datur, ne ex uno delicto tota familia dominus careret, sed sufficiebat id praestari, quod praestandum foret, si unus liber dedisset damnum iniuria; haec paene sunt verba Gaii. Contra in

actione *de Vi bon. rapt.* Digest. lib. XLVII. tit. VIII. leg. 2. §. 14. „Haec actio etiam familiae nomine competit; non imposita necessitate ostendendi qui sunt ex familia homines, qui raperant, vel etiam damnum dederunt.“ Apparet ergo Luculum iudicium dedisse *in universam familiam.*

*In quadruplum*] Interdicti Luconiani poena erat *in quadruplum*, quod supra n<sup>o</sup>. 6.

*In duplum*] Ex lege Aquilia ita poena aestimabatur, *quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum aes dare domino damnas esto.* Tamen *adversus inficiantem in duplum actio* erat, teste Gaius et Ulpiano *Digest.* l. IX. tit. II. leg. 2. §. 1, et leg. 23. §. 10. Confessus quidem fuerat Quintius altera actione, illam caedem ad familiam Fabii pertinere; at, praeterquamquod iudicium, negante Quintio, institutum fuerat, novimus progressu temporis poenam legis Aquiliae fuisse quandoque duplicatam. Sic *Digest.* lib. XI. tit. III. *de Serv. corr.* leg. 5. §. 2. *Haec actio etiam adversus fatentem in duplum est, quamvis Aquilia inficiantem dumtaxat coërceat.*

*Damno adderetur*] *Codex damnum adderetur.* Vocabulum INIURIA cardo erat, atque fundamentum actionis Aquiliae. Contra in actione *de Vi bon. rapt.* *Digest.* lib. XLVII. tit. VIII. leg. 2. §. 23. *Non utique spectamus rem in bonis actoris esse; sive in bonis sit, sive non sit . . . . sive bona fide a me possideatur . . . dicendum est competere mihi hanc actionem; ita ut ius, aut iniuria nullum habeat locum.*

*In quibus*] Amanuensis scripserat IDQUIB. tum delevit litteram D; scripsi *in quibus*, sed contextus liquidus non est.

42. *A lege*] *Codex alegalae.*

*Damno est*] Erat in codice ESSET, tum syllaba SE deleta fuit.

43. *Quoddam scutum*] *Codex quodtamenscutum.*

44. *Multa dantur*] Scilicet multa conceduntur, multa effugia dantur.

46. *Licentiam*] Hoc verbum addidi recolens n<sup>um</sup>. 7. Puto Ciceronem hic dixisse de interdicto *De Vi hominibus armatis.* Hoc autem fragmentum anteponendum esse censui proxime sequenti, in quo

Orator nonnulla obiecta a legibus petita diluens tandem subdit nihil; ut opinor, praeterea de legibus.

47. *Et lace*] Codex *et laci*. Hanc legem XII. tabularum commemorant Macrobius *Saturnal.*, Cicero *pro Milone*, Caius *ad leg. Aquil.* etc. etc.

*Pulsaverit*] *Religione inviolatos esse eos* [tribunos] *tum lege etiam fecerunt.* Livius III. 55.

48. *Noctu venerunt*] Codex *venerint*.

50. DEFENDERIT] Codex *defendit*. Par locus est in *Miloniana* 3. ubi codices, variatis lectionibus, exhibent *defenderit, defenderet, defendat*. Discrepant etiam veteres, qui hanc legem commemorarunt. Gellius XI. 18. *Parem . . . occidi permiserunt, si . . . interdixit se, quam prenderetur, defenderet*. Iulius Paullus V. Sent. 23. 9. *Si quis furem . . . diurnum, quam se telo defenderet, occiderit*. At Ulpianus VII. 3. Caius IX. Pandect. 2. 4. §. 1. et XLVII. 2. 54. §. 2. legunt *defendat*. Augustinus II. Quaest. in Exod. 84. laudans ipsum *Milonianae* locum ait: *Hoc et in legibus antiquis . . . invenitur, impune occidi nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit*. Sed cum Garatonio [ad hunc *Milonianae* locum] observandum est, ei verbo congruere tempora oportere, a quo pendeat infinitivus. Iam in Augustino pendet ab *invenitur*, in Gellio a *permiserunt*, in *Miloniana* a *voluerunt*. Hoc vero *Scaurinae* loco pendet a *vetant*.

QUOD SI] Codex *quos si*, dubito tamen hic quidpiam latere veteris orthographiae. De voce *endoplorato* ita Festus: „Endo-„plorato. implorato, quod est cum quaestione inclamare. Im-„plorare namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapu-„lantis.“

*Arbitris*] Codex *arbitriis*.

51. *Magis quam iecit*] Cicero *Topic.* 17. „Nam iacere telum, voluntatis est; ferire quem nolueris, fortunae. Ex quo aries ille „subiicitur in vestris actionibus: si telum manu fugit magis, „quam iecit.“ Idem in *Orator.* III. 39. „Nonnumquam etiam

„brevitas translatione conficitur, ut illud, *Si telum manu fugit*. „Imprudencia teli emissi brevius propriis verbis exponi non „potuit, quam est uno significata translato.“ Ita ergo mutilus contextus splendens videbatur.

52. *Si quis furem*] Hoc fragmentum a Rufiniano in *Apophasi* servatum inserui hoc loco, qui natus mihi videbatur.

53. *Tamen verum*] Haec turbata esse quisque videt; paria verba *tamen*, et *non modo servos* fefellerunt librarium. Posteaquam Cicero diluerat ea, quae ex legibus opponebat Fabius, in hoc fragmento refutat ea, quae ex familia Tullii obiciebat.

*Hoc insciente*] Hoc, ablativo casu, aempe Tullio.

*Per vim aut clam*] Quam recte haec affirmasset Cicero, patet ex Ulpiano *Digest.* lib. XLIII. t. 24. *quod vi aut clam* leg. 1: „Hoc „interdictum restitutorium est . . . . Et parvi refert, utrum „ius habuerit faciendi, an non; sive enim ius habuit, sive non, „tamen tenetur Interdicto, propter quod *Vi* aut *clam* fecit . . . „*Vi factum* videri Quintus Mucius scripsit, si quis contra, quam „prohiberetur, fecerit.“ Tum lege 3. §. 7: „*Clam* facere vi- „deri Cassius scribit eum, qui celavit adversarium, neque ei „denunciavit: si modo timuit eius controversiam, aut debuit „timere. Idem Aristo putat, eum quoque *clam* facere, qui „celandi animo habet eum, quem prohibitorum se intellexerit, „et id existimat, aut existimare debet, se prohibitorum iri.“ Patet ergo *hoc insciente*, ablativo casu intelligendum esse.

*Paucas tegulas*] „Si quis aedificium demolitus fuerit, quamvis „non usque ad solum, quin Interdicto teneatur, dubitari desiit, „Proinde et si tegulas de aedificio sustulerit, magis est, ut In- „terdicto teneatur.“ Ulpianus l. I. leg. 7. §. 9. 10.

*Restituas*] Solemne hoc Praetoris verbum servat formula Interdicti in *Digest.* l. I. In privatis controversiis consuevisse petitorum sponsione certae pecuniae adversarium lacessere norunt omnes.

54. *Ad servus*] Ita pro *at*. Inde videre licet servum P. Fabii, qui Tullii familiam adierat, ita ex hominum oculis evanuisse, ut

Fabius ratus illum fuisse a servis Tullii interemptum, horum caede ulcisceretur servi mortem. Idem etiam contendebat suam casam a familia M. Tullii fuisse incensam.

*Ut corium peti]* Ita codex luculentissime. *Corium* pro hominis pelle atque toto corpore quandoque comici scriptores usurpant; ut *petere corium* sit vitam alicuius, vel aliquem aggredi, quemadmodum, metaphora a gladiatoribus ducta, Cicero pro *Murena* aiebat: *Sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum petere solere.* Verum petebatne Fabius vitam M. Tullii? Nonne contextus exposcit comparativum adverbium ante vocem *peti*, tum etiam *possit*, vel simile verbum? Quare cum unum et alterum vocabulum desit, tum coniicio integrum verbum fuisse a librario praetermissum in pervetusto codice, qui fortasse dabat

eritvixmeherculeutco-  
tingatferociusadversa  
rium peti etc.

Meliora ab aliis expecto.

56. *Statuit unquam]* Codex *statutumquam.*

*Potest ut eum]* In his verbis finem facit folium Taurinense. Cetera habui ex Quintiliano *Instit.* V. 13. qui locum ita recitat: „Quis hoc statuit unquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum iure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur?“

ADNOTATIONES  
AD FRAGMENTUM ORATIONIS PRO L. FLACCO.

---

1. *D. Laeli*] *D. Laelius* fuit *L. Flacci* accusator de repetunda ex Asia. MAI.  
*Constituere*] *Cl<sup>us</sup> Mai* perfecturus contextum addebat hoc verbum. Desiderantur undecim versus.
2. *Hispaniae . . . vitia*] Nempe vitia atque flagitia in Hispania commissa. De hac genitivi vi multa exempla congerit *Heinrichius* ad h. 1.  
*Molitae*] Lege *Tmolitae*. In edita parte huius Orationis occurrit n<sup>o</sup>. 3. *Tmolites vicanus*, qui testimonium contra *Flaccum* dicebat; et n<sup>o</sup>. 19. *Hermippus* legationem dicit, quam non accepit a suis civibus, sed usque *Tmolo* petivit. Utrobique sunt codices, qui *Molites*, et *Molo* legant, quemadmodum in *Virgillii Ge. I. 56* pro ut *Tmolus* multi libri habent ut *Molus*; quod eo facilius contingit, si postrema praecedentis vocabuli littera sit T, vel etia affinis, uti D in nostro.
- Lorent*] Videtur nomen derivatum ab ignobili Asiae pago. Studiosae autem *Tullius*, ut testium infringat auctoritatem, patriae eorum obscuritatem deridet. MAI. *Cramerus* malebat *Lorymani*, est enim *Loryma* urbs Cariae; *Heinrichius* reponerat *Lorymeni*.
3. *Gravesque provinciae*] Enumerantur n<sup>o</sup>. 49 orat. editae.  
*Necessitudine*] *Cl<sup>us</sup> Mai* vulgavit *necessitudinis vetustate*, in altera vero editione monuit codicem habere *necessitudinem vetustatem*. Ipse legi in codice *necessitudine ac vetustatem*, quare suppleo *necessitudine ac nominis vetustate*; vetustatem familiae *L. Flacci* pluribus exornat *Cicero* n<sup>o</sup> XI.

4. *Optima*] Codex OPTIMOS, ita ut puncto expungatur littera S; scripsi *optima*, scilicet *quae optima esset*, rectius scriberetur *optima pars*. Asia enim, quae accusatores miserat, constabat ex *Phrygia, Mysia, Caria, Lydia* n. 27, quae provinciae pessime apud Graecos audiebant. Contra aliae optimae provinciae pro Flacci periculis laudatores miserant. Cl<sup>us</sup> Mai subinde legit *in corruptos*, equidem non vidi syllabam *os*, ideoque edidi *in corrupta*.

*Impulsa*] Cl<sup>us</sup> Mai legit *improvisa*, quod non assequor. En litteras certas incertasque codicis SI INIURIA, ita ut 2<sup>a</sup>, 5<sup>a</sup>, et 7<sup>a</sup> sit una ex litteris longis E, F, I, L, P, T, quae vix minimis ductibus distinguuntur in codice. Sane Tullius n. 2 orat. ed. ait: *Non estis de Lydorum, aut Mysorum, aut Phrygum, qui huc compulsi concitatique venerunt*.

*Cupide*] Cum membrana intercisa sit, vix aliqua vestigia supersunt huius vocis, quae mihi diligentissime rimanti innuerunt vocabulum *cupide*. Cupiditate permotos fuisse testes plus semel affirmat Cicero, vide praesertim n. 12 orat. ed. Cl<sup>us</sup> Mai legebat *putide*.

*Nomen suum*] Cl<sup>us</sup> Mai legebat *nomina*, quin mendum suspicaretur; quare Heinrichius reponebat *omnia*. Codex procul dubio habet *nomen suum*. Iudice Heinrichio, *mittere rem in iudicium* est efficere, ut de re iudicetur. Cum itaque Asia egentissimos testes Romam legasset, misit *nomen suum* in iudicium, effecit nempe, ut de suo nomine, suaque testimonii auctoritate iudicandum esset, quod praestitit Cicero in multis orationis partibus, vide praesertim n. 25, et 27. Hic porro *sensus* non extunditur ex lectione *nomina*.

*In hoc*] Membrana lacera integrum non exhibet praepos. *in*; superest tamen extrema pars litterae N.

*Longinqui*] Materia haec est triplicis observationis proprietatis Latinae et vere Ciceronianae. Unam hic sumam; nec frustra. Legitur in Or. *pro Quintio* c. 23. consensu MSS. omnium: „Fides huius multis locis cognita, ne perfidia Sex. Naevii de roge-

„tur, laborant.“ *Multis locis* quod barbare diceret, „multis in casibus, Ciceroni bene frequens, ut *nullo loco* in *Fragm. Scaur.* et sic alia. Sed *derogare fidem alicuius*, hoc est imminuere, constructio nimis insolita et non ferenda visa est Graevio atque Ernestio. Ergo corrigendum putarunt; quis altero peius, non iudico. Tamen audaciores hinc facti duo nuperi editores certatim, unus Graevio, alter Ernestio auctore, locum aliter scripserunt. Quanto rectius, relicto, quod erat notandum, non mutandum, Facciolatus in Indice: „Constructio haec fortasse singularis est. Fere enim dicimus, *derogare fidem alicui.*“ Quod Forcellinus repetiit v. *derogo*. Iam ecce alterum exemplum constructionis eius ex hoc loco, ubi dicitur *rerum fidem derogare*. Et nunc rursus, post hoc repertum, emendandae erunt emendationes istae. HEINRICHIUS.

5. *Ead . . . .*] In duobus evanidis versibus haec legebat Cl<sup>us</sup> Mai: *ea . . . . vere . . . . dicis qui equidem* etc. Paulo diversa vidi diffusus et ipse lectione mea; versus enim sunt pessumdati. Sane hic Cicero ad pressiore[m] clientis defensionem tandem veniens, exordiebatur ab eius adolescentia, quam a Laelio notatam esse scimus [vid. supr. n<sup>o</sup> 2], atque pergebat apud Iudices illiberalitatem Flacci bonarum disciplinarum non expertis. Niebuhrius ex coniectura ita supplebat: *ea crimina in Flaccum vere conferri*. Sed tam longum comma non recipit spatium lacunae in codice.



A D N O T A T I O N E S  
AD FRAGMENTUM ORATIONIS IN CLODIUM.

1. *In absentem*] Ut probabilem sensum exseulerem ita scripsi pro eo quod erat in codice *inabgente*.

*Primum homo — baias essent*] Hoc fragmentum servavit Scholiastes Ambrosianus, qui videtur Asconius, a Cl<sup>o</sup> Mat<sup>o</sup> editus pag. 73. alter. edit., quem consule de argumento huius orationis. Porro Scholiastes sequenti adnotatione illum illustrat. „Consuetudo „erat multis incunte verno ad aquarum, quae sunt in Campania, „velut fomenta sababria convenire. Igitur intulit personam Clo- „dii, quasi priscae severitatis et continentiae viri, cui displi- „ceant et quae non ad delicatam voluptatem, sed ad valetudinis „optinendae curam fieri soleant, cum sit ipse omnium libidinum „cupiditatibus deditus. Et hinc fiet gradus ad ipsius Ciceronis „Puteolanas possessiones, in quas devertere ad oblectamentum „solebat. Removit ergo impedientiam reprehendentis a moribus „suis, ne vel superbus, vel nimium delicatus habeatur.

*Per quem hominibus — servire*] Hoc item fragmentum est in Scholiaste Ambrosiano p. 74, qui legit *tunc cum*. En ipsum scholium: „Congesta et copiosa defensio est in ipsa propositio- „ne, ut eorum moribus nihil oporteat exprobari, qui certo tem- „pore anni salubres aquas petant. Vel quia aetate proveci sint, „quae ferme valetudo parum fida est; vel quia in suis praediis „demorentur, quod est legitimae honestatis; vel quia eo tempo- „re, quo sint Romae omnia quietissima, ne quis hoc ad fugien- „dum laborem civilium rerum facere videatur; vel quod sit om- „ni modo valetudini serviendum, quae non minus ipsis senato-

„ribus, quam resp. necessaria est, ut fortius possint ebire mu-  
„nia, quae gerenda sunt.

2. *Quid homini inquit]* Hanc alterationem narrans Cicero in episto-  
la XVI. lib. I. ad Atticum inquit: „Surgit pulchellus puer: ob-  
„iicit mihi, me ad Baias fuisse. Falsum; sed tamen quid hoc?  
„Simile est, inquam, quasi in aperto dicas fuisse. Quid, inquit,  
„homini Arpinati cum aquis calidis? narra, inquam, patrono tuo,  
„qui Arpinates aquas concupivit; nostri enim marinas.“<sup>4</sup> Quae  
quam conceptis verbis non habeantur in nostro fragmento, sta-  
tuo editam Orationem discrepasse ab Oratione recitata; quod  
certissimum est de aliis orationibus.

*Haec fuit caecus — non fuisse]* Hoc fragmentum servavit Scholia-  
stes Ambrosianus p. 75, atque ita enarrat: „De Appi enim Caeci  
„familia genus trahebat. Et praecipitem volens significare atque  
„temerarium, resculpit infamiam illius incesti, quod fecisse in  
„operto Bonae Deae videbatur, quo viris ingredi non liceret:  
„quasi poenam criminis sui luere iam coeperit nihil providendo  
„quod dicat.“<sup>4</sup>

*Illum . . . suae]* Haec verba, de *ipsum*, recitat Scholiastes  
Ambrosianus, atque ita illustrat: „C. Curionem, qui de pro-  
„scribitione Syllana fundum emerat in Campania, qui Marii nu-  
„per fuerat et ipsius Arpinatis. Quo se exemplo facillime Ci-  
„cero purgavit, non esse id in se repraehendum, quod municipi  
„pi suo C. Mario consulari numquam fuerit infame.“ Quare lux  
iam affunditur verbis Epistolae XVI ad Atticum superius reci-  
tatis, uti apposite animadvertit Cl<sup>o</sup> Mai. Scilicet ait Cicero:  
quid mihi Arpinati balneas obiicis? obiice potius patrono tuo  
Curioni, qui Arpinatis hominis fundum et aquas concupivit.

*Aedificare]* Cicero *ad Attic.* IV. 5. „Hi subringentur qui villam  
„me moleste ferunt habere, quae Catuli fuerat, a Vettio me  
„emisse non cogitant; qui domum negant oportuisse me aedifi-  
„care, vendere aiunt oportuisse.“<sup>4</sup>

3. *Nam rusticos — tunicam]* Haec recitat Scholiastes Ambrosianus  
p. 76, atque ita exponit: „Mixta responsio et facetiis urbanitatis

„et asperitatis aculeis non sine lenitie. Desinit enim rusticos et „urbanos ita, ut in se ingenium sobriæ virtutis, in Clodio in- „dicia foeditatis et dedecora proscribat.“

*Tu vero festivus — vocem potes*] Huius fragmenti pars laudatur a Rufiniano *de figur. sent.*, pars alia a Nonio ad v. *elegant.*, ita tamen, ut Nonius legat *psaltria*, qui *levare vultum, mollire vocem potes*.

*Urbanus*] De hoc vocabulo, quod Cicero novum credebat, vide Quintilianum VIII. 3. 691.

*Levare corpus*] Nonio teste *levare* pro *minuere* attenuare accipitur; Galli dicunt *taille fine*:

4. *Ad o*] Pro *at o*.

*Tu qui indutus — fueris*] Haec sunt apud Scholiastem Ambrosianum, qui illa ita exponit: „Videtur enim Clodius habitu mulie- „bri sexum mentitus penetrasse domum C. Caesaris, ut incestum „sub hac fraude committeret. Id describitur, ut omnia linia- „menta turpitudinis detegantur.“

*Tu ne*] Nonius: „Calantica est tegmen muliebre, quod capiti in- „nectitur. M. Tullius in Clodium: ‘Tunc cum vincirentur pedes „fasceis, cum calanticam capiti accommodares?’“ Et paulo in- fra: „Strophium est fascia brevis, quae virginalem tumorem „cohibet papillarum . . . Tullius in Clodium: Cum strophio „accurate praecingere.“ Scholiastes Ambrosianus his illustrat frag- mentum a se quoque servatum: „*Ornamenti* genus, quo femi- „nae capita velabant, hoc nomine ferebatur. Et Afranius me- „minit in Consobrinis ita dicens CVM MITRIS CALAVTICIS. „Inpudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura de- „scribitur. Atque ita se et in historia temporis huius comme- „moratio habet. C. Caesaris pontificis maximi praetoris domi „sacrificium sollemne pro populo fiebat. Huc vir ornatu mulie- „bri quod introierat, sacrificium instauratum est. Res ad sena- „tum delata est. Patres conscripti decreverunt, de ea re non „aliter, quam de incesta quaereretur. Eo crimine reus factus „est P. CL. Pulcher, delatore L. Lentulo, qui consul fuit post

„cum C. Marcello: subscribentibus Cn. et L. Lentulis. Aurelia  
„Caesaris mater testis in iudicium accita est. Ea pro testimonio  
„dixit, suo iussu eam esse dimissum. Idem dixit Iulia soror  
„Caesaris. Et tamen post haec absolutus est.“

*Calvatica*] *Calantica* est apud Nonium l. l. et Ausonium Perioch.  
5; eadem scribitur *calantica* in Scholiaste Ambr., et Ulpiano.  
Scriptura Taurinensis *calvatica* verior videtur, quippe quae pro-  
pius accedit ad *calvam* superiorem capitis partem, quod est ger-  
manum *calvaticae* etymon.

Fragmenta Orationum excipit unica pagina vetustissimi codicis Epistolarum. Haec vero tantam ferri oxydationem passa est, ut ea sola insignia verba supersint, quae in tabula n° 6. incidenda curavi; cetera ille leget, qui intenta oculorum acie praestet, atque membranam commode luci opponat. Dum hanc schedam tractarem, forte mala fortuna cecidit supra membranam noxia aquae regiae gutta, eamque ita corrosit in verbis *um tuum vel*, et *ib. commorandi* etc., uti invisenti folium patebit; at testor haec verba iam a me lecta fuisse atque exscripta, antequam illa membranae particula malo fato periret. Pagina aversa vacua est. Scriptura ad saeculum VI. vel VII. facile pertinet. Fragmentum primae epistolae respondet Epist. IX libri VI *ad famil.* Altera epistola ad Trebonium inscribitur *Trebiano* in editionibus ibid. epist. X.

De nomine, cui epistola esset inscribenda, maxime dissidebant critici viri. Nam cum primae editiones legerent *Trebatio*, Paulus Manutius reponi iussit *Trebiano*, cui maxima editorum pars suffragata est; Ursinus tamen malebat *Trebanio*, Corradus scribendum coniiciebat *Turquato*. Discrepabant etiam codices, quorum alii *Trebatio*, alii *Trebiano*, vel *Trebelliano*, pauci *Trebonio* epistolam inscribebant. Quae controversia si auctoritate et argumentis dirimenda est, video iam omnibus in lectione *Trebonio* conquiescendum esse. Illam enim prae se ferunt nonnulli codices recentiores, atque confirmat antiquissima membrana Taurinensis, quae ad saeculum VI vel VII facile pertinens maxima valet auctoritate. Sed ad propria atque insita argumenta accedam, demonstraturus omnia Epistolae adiuncta facile cadere in Trebonium. Quod ut ordine fiat, paucis primum perstringam Trebonii res gestas atque munia.

C. Trebonius C. F. anno U. C. 698 tribunus plebis legem tulit, qua Gallia in aliud quinquennium Caesari prorogabatur. Tertio post anno legatus Caesaris in bello Gallico obsidioni Massiliae praeficitur. Caesar *Bel. Civ.* I. 36. Romam reversus obtinuit praeturam urbanam non sorte, pro more prisco, sed electione Caesaris, vide Dionem XLII. 22. Caesarem *Bel. Civil.* III. 20. Praetura functus anno 704

proficiscitur in Hispaniam Proconsulari dignitate ornatus, uti narrat Freinshemius in *Supplem.* ad Titum Liv. lib. CXII. 50.; sed qui attente Dionem XLIII. 29. legerit, atque Hirtium *de bel. Alexandr.* 64, is pervidebit Proconsulem Trebonium in Hispaniam venisse post Pharsalicam pugnam, quo tempore Caesar bellum Alexandrinum administrabat. Neque multo post Scapula et Aponius, Trebonio eiecto, omnem Baeticam ad defectionis societatem perduxerunt. Dio Cass. XLIII. 29. Rebus Hispaniae compositis, Caesar anno 708 illum sibi in tres novissimos menses consulem sufficit. Dio XLIII. 46. Tandem norunt omnes Trebonium in conspirationis societatem contra Caesarem coivisse; atque Antonium evocasse, dum Caesar in curia confodiebatur. Quamvis vero non constet quid consilii ceperit Trebonius, aut egerit, eo temporis intervallo, quod inter depositam Praeturam, et Proconsulatum intercessit, hoc tamen scimus quo tempore Caesari ex Hispania redeunti obviam simul ibant Antonius et Trebonius, hunc leniter et caute tentasse Antonii sententiam de Caesare interimendo, Antonium tamen, quamvis ipse nollet facinus aggredi, fideliter tacuisse, neque insidias ad Caesarem detulisse. Plutarch. in *Anton.* 13. Cicero *Philipp.* II. 14. Inde satis liquet Trebonium secretas in Caesarem inimicitias gessisse; Caesarem tamen seu simultatum ignarum, seu lenitate usum, Proconsulatu, et Consulatu honestasse Trebonium ingratisimum [lege Velleium Patere. II. 69.].

Cum itaque is fuerit Trebonius, quem hucusque persecutus sum, aio hanc Epistolam ipsi datam fuisse a Cicerone post Pharsalicam pugnam, antequam Proconsulatum Hispaniae obtineret. Ad illum enim scribit, qui Caesaris omnia moderantis iram metuebat, simulque pristinam dignitatem recuperare satagebat. Iam vero Trebonius non alia de causa triumphanti Caesari cum Antonio occurrebat, simulque necem meditabatur, nisi quia illius animadversionem metuebat, ita tamen, ut spem fore videret redeundi in gratiam, fortunamque pristinam recuperandi. Hanc porro Treboniani animi incertitudinem augebat conscientia factorum atque consiliorum, quae eius generis essent, ut Caesaris quidem iram mererentur, at ab eius lenitate facile veniam impetrare possent maxime ob antea vitae merita.

Ex hac vero Epistola novimus Trebonium casu potius, quam consilio, diutius in armis civilibus commoratum esse; quod eo pertinet, ut Trebonius facilem excusationem apud Caesarem obtinere posset. Quanti Cicero faceret Trebonium, semperque a Trebonio feret, liquet ex epistolis *ad famil.* XII. 16. XV. 20. 21. *Optimorum studiorum*, in quibus versabatur, documentum dedit Trebonius in libro de dictis Ciceronis, quae *venustissima* scriptura persecutus est *ibid.* XII. 16. XV. 21. Ea tamen verba *ordinis tui* difficultatem facessere possunt. Nam ad h. l. adnotat Schützius: „Scilicet equestris. Vel ex hoc loco patet hanc epistolam non esse ad L. Torquatum L. F. L. N. scriptam; hic enim anno U. C. 704. praetor faerat, ideoque dudum erat in senatorium ordinem allectus.“ Atqui Trebonius Praeturae etiam gesserat. Sed, ita ne certum est Praetores vi muneris sui continuo fuisse in Senatum allectos? Contrariam sententiam docet Gellius III. 18. inquam: „Varro . . . equites quosdam dicit pedarios, appellatos: videturque eos significare, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant. Senatores quidem non erant; sed quia honoribus populi usi quidem erant, in senatum veniebant et sententiae ius habebant. Nam et curulibus magistratibus functi, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant.“ Quare Trebonius Praetura urbana functus, dignus erat, cui gradus amplissimus, nempe Senatorius [*amplissimus enim κατ' ἐξοχήν*] dicebatur gradus Senatorius] conferretur; erat ordinis sui equestris facile princeps, quippe ad Senatorium proximus, sed Senator non erat. Apprime itaque cum illa verba *ordinis tui*, caeteraque Epistolae adiuncta concinunt cum Trebonii vita, fortuna, atque ordine.

Trebonii nomine constituto, maior oritur disputandi materies ex lacunis, quibus membrana nostra cum editionibus vulgatis collata laborat. Enimvero istae inter verba *casus mei itaque*, atque illa *si auctoritate et gratia* paucos inserunt versus; eadem multos addunt ad viginti inter verba *nostrum atque cecidit*, et illa *quod non pro te*. In Epistola quoque praecedenti, quae est ad T. Furfanium, editiones maiora dant post verba *coniunctius viverem*, tum in fine epistolae addunt *Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.* Ergone lacunis la-

borat Taurinensis membrana, an vero editiones statuemus interpolatas esse?

Quantum equidem coniectio, neutrum dici potest. In suspicionem adducor duas olim fuisse Epistolarum Ciceronis editiones, quarum altera absolutior per codices ad nos propagata est; alterius vero, quantum quidem ex hoc loco augurari licet, imperfectioris exemplum supeditat folium Taurinense.

Qui conferat editiones cum membrana nostra, animadvertet tot esse lacunas, quot vel a librarii oscitantia, vel ab exemplari detrito profectas esse, haud sibi facile persuadebit. Interea inficias non iverit supplementa lacunarum in editionibus obvia, suo quaeque nativo loco collocata esse, atque nonnisi per summam impudentiam deturbari posse. Quare duplex hypothesis proponi potest. Vel enim duo olim fuerunt, qui Epistolarum Ciceronis colligendarum sibi opus dederunt; alter fortasse secutus adversaria atque schedas Ciceronis, alter epistolas quae essent penes Tullii amicos. Ille paucas et imperfectas habuit; iste multas congregavit, atque ita absolutissimas, ut ne extremum quidem *Vale* iis deesset. Vel Rhetores discipulis suis proposituri exemplaria locorum communium, quae magis in usu veniunt in commercio epistolico, mutilarunt epistolas Ciceronis, ea tantum seligentes fragmenta, quae generales amoris aut officii significationes exhiberent, vel admonitionum excusationumve formulas. Librariis vero ad seriorem aetatem Epistolas Tullii propagaturis haud fuit ambigendum, cuinam editioni adhaerendum esset. Quare hac posteriore, eaque locupletiore utimur. Sunt tamen probae lectiones, quae ex prima editione in posteriorem recte transferri possent, uti patebit utramque conferenti. Atque ita mea fert sententia; videant alii si rectius divinari possunt, atque comminisci epitomem aliquam Epistolarum Ciceronis a rhetore aliquo digestam.

Nolo manum de tabula ponere, quin nonnullorum superstitionem arguam in hac ipsa ad Trebonium epistola edenda. In verbis *antea misissem ad te literas* novae epistolae initium constituendum esse probe senserunt Manutius, Graevius, et Martyni-Laguna; secus visum est Lambino, Benedicto, atque maiori editorum parti. At nonne op-



time clauditur epistola superioribus verbis *Hoc eo pertinet, ut nihil* etc.? Deinde illa verba *Antea misissem ad te literas* perspicue demonstrant nullas antea Ciceronem literas misisse ad Trebonium. Ideo vero haud scripserat, quia tali tempore *aut consolari amicorum est, aut polliceri*, neutrum vero praestare poterat. Atqui in prima Epistolae parte Cicero multa pollicetur Trebonio, eumque adeo consolatur. Duplex itaque epistola ad fidem nonnullorum codicum constituenda est. Prima sit *Antea misissem — consiliis nostris providebuntur*; altera *Ego quanti te faciam — iocundum sit futurum*.

---

**LECTIONES VARIANTES**

**A D**

**O R A T I O N E S**

**PRO A. CLUENTIO, M. CAELIO, A. CAECINA, LEGE MANILIA,**

**IN L. PISONEM, PRO P. QUINTIO, IN VERREM.**



Cum Taurinensis palimpsesti folia enumerarem, multa esse dixi, quae exhibebant editarum Orationum fragmenta. Diligenter illa contuli cum Ciceronis editione in usum Delphini excusa Patavii typis Seminarii an. 1753 in 4°, quam, utpote pervagatam, nec temerariis neotericorum emendationibus perturbatam, sequendam esse duxi. Errores, quotquot amanuensis admisit, recensui inter varias lectiones, tantum ut quisque de librarii diligentia rectam sibi informaret ideam. Emendationes a secunda manu, sed antiquissima, eaque fortasse suppari, profectas exposui cum fide. Foliorum numeros designavi, quos palimpsestus habet, eorum gratia, qui meam operam secundis suis curis recognoscere velint. Cuiusque folii prima atque extrema verba notavi, quod vellem praestitum a Cll. VV. Mai et Niebuhr. Quid enim? Primam variam lectionem alicuius folii designant; sed, fac in linea praecedenti Orationis locum esse vexatissimum, dicam ne codicem cum editione consentire, quia Collatores taciti locum illum praeterierunt? Subit animum suspicio locum fortasse abesse a membrana, quae a verbis proxime sequentibus exordiat. Quid ergo statuam? Quare ne futuris editoribus sit de lectione codicis ambigendi locus, prima atque postrema verba singulorum foliorum enuncianda esse duxi, ut extremos

quasi limites figerem, inter quos varietas lectionis consisteret. Inde quoque constabit, quod in excursu *De lacunis Oratoris pro Milone* dicam, unaquaeque folia respondere lineis triginta sex editionis Patavinae; si modo excipias folia, quae appellavi *dimidia*, utpote cultro desecta, neque integra.

Quam bona felixque futura sit haec collatio germano Tullii textui confitebuntur cum laude futuri editores, atque ipse saepe brevibus adnotationibus, quae praestantiam variae lectionis perstringerent, monui.

VARIANTES  
ORATIONIS PRO A. CLUENTIO.

Folium 39. 44.

Incipit a primis Orationis verbis: *Ani-  
madverti iudices omnem* etc.

Desinit in verbis: *Evellam ex animis  
hominum.*

- I. p. 34. lin. 4. *confidere videba-  
tur* — *confidere videatar* — Lectio erronea.
- ib. iudicii Iuniani *iudici iuniani.* Quod ad orthographiae  
rationes pertinet.
5. *altera tantummodo* *alteram tantummodo.* — Quod malebat  
Gulielmus, sed improbabiliter.
6. *attingere rationem* *attingere orationem.* Mendosa.
9. *in defensione ser-  
vare* *in defensionem servare.* Mendosa.
13. *altera pars, ea  
quae ... iudicii* *altera pars et ea quae ... iudici*
14. *legitimae beneficii* *legitima benefici* — Clementum V cum  
B facile commutabant veteres.
16. *a iudicio* *ab iudicio*
18. *prospicio quan-  
tum* *perspicio quantum* — Quod Ernestius  
et Schutzius probarunt.
20. *hac tanta difficul-  
tate* *hac difficultate*
- postr. *consolatur* *consulatur.*
35. 1. *eorum omnem dis-  
solutionem* *eorum omnium dissolutionem* — Pro-  
babilis.
4. *inter vos disceptare* *inter nos disceptare.* Non bona.

Ciceronis *Fragm.*

A a

- I. p. 35. 1. 6. Cluentii      *Cluenti*  
14. infamiam iudicii      *infamiam iudici*  
ib. negem illam rem      *negem esse illam rem.* — Probabilis lectio.  
15. concionibus      *contionibus*

Folium 26. 29.

- II. 36.      2. nequid praeiudicati  
                    *nequid huc praeiudicati.* — Quod habent multae editiones.  
                    3. si ratio labefactabit      *si oratio labefactabit* — Quod probaverunt Lambinus, Lallemandus, Ernestus, et Garatonius.  
                    10. contraria sunt      *contraria sint* —  
                    11. et me meum      *meque meum* —  
                    12. praeteritum, a me requiratis      *praeteritum animo requiratis* — Optima, quantum ego video, lectio quae extat in utraque Veneta.

- III.      17. si quis mihi      *si qui mihi.* Codex scribit etiam *qui pro quis* in Orati pro Caecina II. 601.  
                    3. Parem etiam varietatem exhibent Schedae rescriptae Vaticanae ad Orat. pro Sex. Roscio [vide Niebuhr pag. 83] ut liceat asserere hanc veram fuisse Tullii scripturam.

Folium 27. 28.

- VI. 41.      25. sin autem erunt      *sin erunt.*  
                    26. ignoscere debetis      *ignoscere debetis.* — Probabilis lectio.  
VII.      32. et necessitate      *ac necessitate.*  
42.      11. Dinea      *Dinaea* — Ita semper cum diphthongo, quae scriptura admittenda est.

- VII. p. 42. l. 12. M. et Numerium *M. N. AURIUS.* At secunda manu  
Aurios emendatum est M. et N. Aurios.  
16. fuit in ergastulo *in ergastulo fuit.*  
ib. Numerius autem *N. autem.*  
ib. frater mortuus *frater eius mortuus* — Quod recepit  
Schutzius, ac veteres habebant.  
17. fratrem suum re- *fratrem reliquit.* — Admissa superiore  
liquit lectione, incommodum est pronomen  
suum.  
18. postremo unus *POSTEAUNUS* — sic secunda manu  
emendatum *postremo.*  
19. Dineae *Dinae*  
ib. fecit heredem *heredem fecit*  
21. Dinea *Dinaea*
- 
- Folium 41. 42.  
Incipit a verbis: *iussit. Interim venit index*  
Desinit in verbis: *hominem ac minis.*  
22. Dineam *Dineam*  
24. unius filii recupe- *unius reciprandi filii*  
randi  
26. et ab iis *et ab eis*  
28. quem tantum unum *quem tamen unum* — Optima lectio,  
quam Beckius et Schutzius probant.  
30. H-S CCCCIOOOO *HS CCCC milia* — Probabilis; nam te-  
millia ste Plinio XXXIII. 10. *non erat apud*  
*antiquos numerus ultra centum mil-*  
*lia; itaque et hodie multiplicantur*  
*haec, ut decies centena millia.*  
33. viva Dinea *viva Dinaea*  
VIII. postr. multis ex rebus *ex multis rebus*  
43. 6. propinquos *desideratur in codice.*  
9. A. Aurius *Aurius.*  
10. M. illius Auri *et M. illius Auri per propinquos in* —  
propinquus in *Copula et proba videtur.*



VIII. p. 43. l. 12. Aurium compe-  
risset

18. cum A. Aurius qui  
antea

*Aurium esse comperisset* —

*cum M. Aurius is qui antea*

Folium 87. 92.

Incipit a verbis: *Quanto est Oppianicus*

Desinit in verbis: *societate coniunctae.*

*Quanto est Oppianicus* — Proba.

XI. 47. 1. Quanto Oppinia-  
nicus

ib. iniuria

3. se ipsam cruciavit

*iniuriam* — Obelo confixa est littera m.

*se ipsa cruciavit* — Quod multis edito-  
ribus arrisit.

XII. 8. cognosceret

10. isque gravi

*cognosset*

*isque cum gravi* — Probabilis; nam li-

brarius, incerta orthographia, modo

*cum* scribit, modo *quum*, vel *quom*.

11. amicis adhibitis

*adibilis amicis*

12. Dinea

*Dinaea.*

13. Dineam

*Dinaeam*

16. servaret, ut sal-  
vum parere posset

*servare et salvom parere et posset* —

Probabilis lectio.

17. ab secundo

*et secundo* — sic scripsit prima manus.

20. Nam cum eius fi-  
lium

*nam cuius filium.*

48. 2. viri decem illis

*viri X. illis*

4. post viri mortem

*postulari mortem*

Folium 96. 99.

Incipit a verbis: *Quid illa caedes*

Desinit in verbis: *triumvir constitunt.*

*caedes Asui Larinatis* — Membranæ

ita hoc nomen declinant; Asuvius, vel

Asuius; Asuvi, vel Asui; Asuvium, vel

Asuium. Quæ vera nominis scriptura est.

XIII. 7. caedes Asinii La-  
rinatis

- XIII.p.48.1.8. re? quam omnium *re fuit et quam omnium. — Probabilis.*
9. Avilius quidam Larinas perdita nequitia *Avillius quidam Larino perduto a nequitiam — Sic Avillius cum duplici L, quod malebat Ursinus.*
11. excitandas *exercitandas. — Probabilis.*
12. Asinii *Asui*
13. Avilio *Avillio*
14. Asinii *Asui*
16. iniri *inire*
17. perfici rem *perficere rem} — Probabilis lectio.*
18. Asinius cum Avilio *Asuius cum Avillio*
22. mihi dicere praesertim *dicere mihi praesertim*
24. atque ibi pernoctaret et ibi diem *atque ubi pernoctaret ibi diem — Optima lectio.*
25. Avilius *Avillius*
27. Asinium *Asuium*
28. neque Avilium *neque Avilium — cum unico L*  
*ASUIUM APPELLATIPSE*
- ib. Asinium appellat ipse *TESTAMENTO — ut vox Testamento novum exordiatu comma. Ita ergo interpunge ac lege et illum Asuium appellat ipse. Testamento Asinii nomine obsignato, disceditur.*
29. Asinii *Asui*
- ib. discedit. Avilius *disceditur Avillius —*
- 30 Asinius autem *Asuius autem.*
- postr. liberti Asinii *liberti Asui*
49. 1. Asinius visus *Asuius visus*
- ib. Avilium *Avillium.*
3. Q. Manilii *Q. Manli*

Folium 33. 36.

Incipit a verbis: ...*tiebatur facile Camn-  
tius*

Desinit in verbis: *vestrum innocentem  
Oppiani.*

- XXVII. p.64.l.10. eo tempore *illo tempore —*  
12. sine Staleno in *sige illo in —*  
14. Staleni iudi- *staieni iudicium — Ita perpetuo Staie-  
cium nus cum I, atque adeo emendandae  
sunt editiones.*  
15. stalenum *staienum*  
18. Stalenus *Staienus*  
23. spectabant *expectabant — Probabilior lectio.*  
24. corruptos pu- *corruptos esse putabant —  
tabant*  
XXVIII. 27. Staleno *staieno*  
31. ex vetere *et ex vetere — Proba lectio.*  
65. 1. homines hoc *homines qui hoc statuerunt  
statuerunt*

Folium 32. 37.

Incipit a verbis: *cum sive imprudentia*

Desinit in verbis: *aliis nonnullis sus*

*absolverunt — Proba lectio.*

7. absolverent  
8. Quintius *Quintus*  
14. clamitabat *clamabat*  
18. pecunia op- *pecuniam oppressum esse arbitrarentur  
pressum ar-  
bitrarentur*  
22. Stalenus *Staienus*  
25. ut eorum ser- *ut eum sermonem audierint omnem —  
monem om-  
nem audie-  
rint*

- XXVIII.** p.65.l.26. prope in *propter in* — Hanc lectionem praetulerunt Ernestius et Schutzius.  
ib. atque in forum *et in forum*  
27. omnia Staleno *omnis Staieno* —  
**XXIX.** postr. Staleni *Staieni*  
66. 5. condemnatum *condemnatum audiebant*  
esse audiebant  
ib. Staleni *staieni*

Folium 9. 14.

Incipit a verbis: *entio iudicabatur non inquit*

Desinit in verbis: *in fausto tamen idcirco illis legibus*

- XXXIV.** 71. 9. idcirco his legibus  
10. possunt illud *possunt idem illud*  
idem  
11. Ergo idcirco *Ergo inquit idcirco*  
inquit  
12. praeter Iunio *PR. fuit C. Iunio*  
fuit  
14. alia natura totius *alia totius* — Desideratur vox *natura*.  
72. 4. apud C. Orchinium *APUDCORCHIUM* — In Petit. Consul. 5. commemoratur C. Orchinius amicus Ciceronis, vel, uti habet codex Palatinus *Corchivius*; hunc Ernestius in *Indice* eundem esse suspicatur ac C. Orchinius. Dissidentibus codicibus, lectio C. Orchium praeferranda videtur.  
5. Fausto Syllae *Fausto Sallae*  
6. non quo illi *non quod illi* — Proba.

<b>XXXIV.</b> p.72. l.6. Syllam	haec vox deest ob membranam intercisam
7. contemptam atque abiectam putarent	<i>contemptam abiectum putarent</i>
9. Syllam ne	<i>Sullam ne</i>
11. Sylla —	<i>Sulla</i>
14. modestus prudens	<i>modestus prudens</i>
16. ac pacatum	<i>adque pacatum</i>

Folium 8. 15.

Incipit a verbis: *suscepta sicut in status*  
Desinit in verbis: *adduxerat uno iudicio*  
*mul*

<b>XXXVI.</b> 74. 20. ad Iuturnae	<i>ad diuturnae</i>
24. proferebatur	<i>praeferebatur —</i>
25. Stalenus	<i>Staienus</i>
28. Staleni	<i>Staieni</i>
31. uti in illa	<i>ut in illa</i>
postr. reperitur	<i>reperietur — Schutzliis reperiat; nostra probabilior.</i>
75. 1. a iudice	<i>ab indice — Recte</i>
2. Staleni	<i>Staieni</i>
<b>XXXVII.</b> 9. a Iunio	<i>ab Iunio.</i>
12. Staleni	<i>Staieni</i>
14. Fidiculanus	<i>fidiculanus — Quod multis editoribus probatum est.</i>

Folium 19. 20.

Incipit a verbis: *ignominia quemquam*  
*qui ad*  
Desinit in verbis: *praeditis certe probavisse.*  
*quetur*

**XLVI.** 85. 14. inuretur

- XLVI. p. 85. l. 15. et severitatis *ac severitatis*  
18. non eadem poena affici oportere et quam conditionem *non eadem poena adfici convenire aut quam conditionem* — Proba lectio.  
23. atque hominum *et hominum*  
25. et turpitudinem *desunt haec duo verba.*  
29. a tribuno seditionoso *desunt haec tria verba.*  
ib. illud erat multitudini: illicitum *erat illud multitudini nemini licitum* —  
Quod Ant. Augustinus feliciter coniecerat.  
33. tabularum *tabellarum*  
postr. a censoribus *ab censoribus*  
XLVII. 86. 4. erant iudicia *erat iudicia*  
6. auctoritate illa iudicia cum equestri ordine reprehendisse *auctoritate iudicia reprehendisse* — Verba cum equestri ordine ex superioribus temere repetita esse censebat Ernestius.  
8. eos ipsos *eosdem ipsos* — Recte.  
9. prudentia certe *prudentia praeditis certe* — Proba lectio.

Folium 16. 23.

Incipit a verbis: *ne lege copiosissime posse defendi*

Desinit in verbis: *legum imperio et praescripto.*

- LII. 91. 29. copiosissime sine lege posse *ne lege copiosissime posse* — Scilicet legebat *sine lege cop. posse.*  
30. qua iam *quam iam*  
92. 1. obtinerem *obtineremus* — Scilicet Cicero et Avitus.  
LIII. 3. commoveret *commovet* — Quod plures editores receperunt.

LIII. p. 92. l. 3. Attius	<i>Attius</i> — sed infra Attius.
4. quemquam	<i>quempiam</i>
9. a legibus. Hoc enim	<i>ab legibus. Hic enim</i>
12. sine mente	<i>in mente</i>
13. ac sanguine	<i>et sanguine</i>
15. legum denique idcirco omnes servi sumus ut	<i>legib. niq. idcirco omnes servimus ut</i>
17. Quid est	<i>Quod est</i>
ib. in hoc sexto loco	<i>in isto loco</i> — Quod Ernestius et Schutzius praetulerunt.
19. ex tam magna multitudine	<i>ex tanta multitudine</i> — Recte, ne duplex tam intra breve spatium recurrat.
22. dicendi datur	<i>dicendi datur</i>
25. antea dixi	<i>ante dixi</i>
ib. mente quadam	<i>mentem quadam</i>
26. Quid ergo est? haec	<i>quid ergo haec</i>
27. C. Orchinii	<i>CORCHIVI</i> — Quemadmodum duplex erat orthographia <i>Asvius</i> et <i>Asvius</i> ; ita <i>Orchius</i> ; et <i>Orchivius</i> .
29. reliquae quaestiones.	<i>reliquaestiones.</i>

VARIANTES  
ORATIONIS PRO M. CAELIO.

*Editio.*

*Codex.*

Folium M.

*Incipit a verbis: quisq. est qui istam effu-  
gere potest*

*Desinit in verbis: quib. cum facere non  
possent.*

XVI. p. 108. l. 7. quisque istam

*quisque est qui istam — Proba lectio.*

8. miraris

*minaris — Ita R superscripto.*

11. Coelii causa

*fili causa — Quod Graevius receperat.*

21. haec igitur est  
tua

*haec est igitur tua*

24. et hanc tu

*et ut hanc tu — Proba lectio.*

25. si qui iudices

*si quid indices*

26. atque hac

*atq. in hac*

27. ac continentiae

*ad continentiae*

30. convivia

*convivium*

109. 2. ornatum

*hornatum*

3. genere illos  
fuisse arbitror  
Camillos, Fa-  
bricios, Curios  
omnesque eos

*genere illos fabricios fuisse arbitror ca-  
millos curios omnesque eos*

6. chartae

*earthae.*

Dimidium folium 7.

*Incipit a verbis: loqui tamen et scribere*

*Desinit in verbis: aliquando ad curam rei  
ac prolapsione.*

XVII. 109. 21. aut prolapsione

*propitius [sic]*

28. propitios

B b 2



*Editio.*

*Codex.*

XVII. p. 109. l. 28.	putabunt	putaverant.
XVIII. 30.	detur aliquid aetati	detur aliqui ludus aetati
110. 4.	temporis ad ludum	tempori ad ludum

Folium 79. 84.

Incipit a verbis: .. *dis illis artib. atq. doctrina*

Desinit in verbis: *non futurum caeliv.*

XXII. p. 114. l. 13. studiis artibus

... *dis illis artibus*

15. hominem illatum

*hominem INTENTUM severo* — sic cum A suprascripto, ut sit *in tantum.*

16. in hospite

*in hospitem* — Optima; scilicet in Dionem; subaudi *illatum.*

17. actum cum comperisset

*actum si comperisset* — Optima lectio.

ib. suis tentatum negligeret

*suis servis temptatum esse neglegeret* — Germana lectio.

18. locisve

*locisque*

ib. reprehenderet id

*reprehenderet et id* — Erronea.

19. ac suae domi

*ac domi suae*

ib. leviter

*leniter* — Quod Graevius malebat.

21. in insidiis nocentissimi hominis

*in insidiis nocentissimi hominis* — Ita perspicue; scilicet Coelii, qui fuisset nocentissimus homo.

23. auctoritatemque percipite atque omnia diligenter

*auctoritatemque omnia diligenter* — Omissio oscitantis amanuensis.

*Editio.*

*Codex.*

XXII. p. 114. l. 24. recita testimonium Luceii. TESTIMONIUM LUCEII. Quid expectatis

recita L. Lucei testimonium quid expectatis

28. est et in re

est in re — Desideratur copula et quae contextum enervat.

33. illa quae tentata scelere

illa quae temptata esse scelere — Probabilia.

34. integritatis officii

integritatis dignitatis officii

XXIII. 115. 4. neque principium

nec principium

5. vellet dare

dare vellet

6. crimen haerere

crimen haberet — Melius congruit cum praecedenti redderet, cuius nominativus est Caelius. Iam si legas haereret, sub audiendum est ei

8. hic nemini nomen

hic nullius nomen — Optima

9. audistis verbose

audistis-se-verbo-se — Amanuensis erratum; neque enim lectio se verbose probabilis est.

— futurum fuisse Caelio

futurum caelio — Optima.

Folium 69. 62.

Incipit a verbis: ...lus exitus criminis reperietur

Desinit in verbis: hic etiam miramur si il  
tota traducta sunt est — Ita punctis expungitur vox sunt.

XXVIII. 120. 6. tota traducta est

<i>Editio.</i>	<i>Codex.</i>
<b>XXVIII.</b> p. 120. l. 12. imperatrice in	<i>imperatricis in</i> — Expungitur littera S.
— locatos	<i>collocatus</i>
13. quonam modo... alveus	<i>quemadmodum ... alveus</i>
16. comprehenderint	<i>comprendiderint</i>
17. istum in locum	<i>in istum locum</i>
18. quam volet in	<i>quamvis in</i> — Optima.
22. solis et lychnorum	<i>solis ac lychnorum</i>
23. prodierint. Sed si me audient	<i>prodierint si me audient</i>
24. operam, aliam incant	<i>operam incant</i> — Erratum.
25. ostendent	<sup>T</sup> <b>OSTENDENT</b> — Sic cum T superscripto.
27. et fortunis	<i>fortunisq.</i>
<b>XXIX.</b> 28. At sunt servi	<i>adsunt servi</i> — Librarius tamen saepe scribit AD pro AT.
31. fecisse videatur. Sed	<i>fecisse dicatur sed</i> — Quod praetulerunt Ernestius et Schütz.
121. 1. sublevata	<i>sublata</i> — Quod Lambinus, Ernestius, aliique divinando coniecerunt.
3. At propinquis placuit.	<i>Ad propinquis inquit placuit</i> — Optima.
— cum rem tate ad eos	<i>cum tu rem te ad eos</i>

VARIANTES  
ORATIONIS PRO A. CAECINA.

*Editio.*

*Codex.*

Folium 105. 106.

Incipit a verbis: ....*mestico diiudicatur  
alterum*

Desinit in verbis: *potestis atrocitatem  
nostram.*

- II. p. 600. l. 12. consuetudine  
13. iudicanda est  
14. At ea in qua exi-  
stimationis  
18. verbo se uno ob-  
ligavit id non  
22. Et facta quidem  
turpe  
601. 2. non iudicari  
3. At si quis mihi  
— recuperatorve  
9. aut ipse id  
16. armatis hominibus  
17. levio rem actionem

*consuetudinem* — Erronea  
*vindicanda est* — Ita etiam codex Er-  
furtensis probatus Grutero et Graevio.  
*adde eadem hac quia existimationis* — Ut  
sit *ad eadem quia* erronea.  
*verbo se obligavit uno si id non* — Op-  
tima.  
*ex facta quidem turpi* — Egregia. Ab-  
rupta oratoris responsio.  
*non vindicari* — Quod praetulit Schütz.  
*Ac si qui mihi* — Viderat Ernestius  
scribendum esse *ac.*  
*recuperatorve* — Ita semper *ri*, quod  
ad orthographiam pertinet.  
*aut ipsi id* — Erratum.  
*hominibus armatis.*  
*laenior em actionem* — Probabilis.

Folium 70. 77.

Incipit a verbis: *hereditaria constituta  
aebutius*

Desinit in verbis: *argentario promittit  
aebuti*

- V. 603. 16. eius in familia-  
ritatem

*in eius familiaritatem.*

*Editio.*

*Codex.*

V. p. 603. l. 16. versabatur quo-  
que eo tempore

*versabatur eo quoque tempore*

20. intrudebat

*introdabat* — Sic nonnulli codices, at-  
que veteres editiones.

23. quotidiana cog-  
noscitis vita

*cotidiana vita cognoscitis*

24. assentatoris cog-  
nitoris . . . de-  
fensoris

*assentatores cognitores . . . defensores*  
— Erronea

25. conciti ad rixam  
inepti

II  
CONTRIADREGIAMINEPTI. Ut sit *con-*  
*triti ad regiam inepti*. Licet Romae  
tot fuerint Regiae, quot enumerat  
Alex. ab Alex. Genial. D. III. 6. ma-  
gis tamen celebrabatur illa, quae erat  
in via Sacra, vide Asconium ad Milon.  
24. Hac vero in Epist. ad Attic. X. 3.  
accipitur pro publico ac frequenti lo-  
co. Quare otiosus quisque audiebat  
*contritus ad Regiam*.

27. imponite Aebutio

*imponite aebutio*

28. propinquus

*prolinquos* — Postea emendatum *pro-*  
*pinquos*.

— amicus aut a patre

*amicus a patre* —

29. ille quem

*ille ille quem* — Ut sit *Quis igitur ille?*  
*ille quem*

30. deformavi volun-  
tarius

*deformavi voluntarius*

604. 5. in mentem venie-  
bat

*veniebat in mentem*

8. eam posse melius

*posse eam melius*

9. itaque mulier

*itaque hoc mulier* — Probabilis

10. cui tandem? cui  
putatis?

*qui tandem qui putatis*. — Dativus cui  
*vulgatae lectionis regitur a praece-*

*Editio.*

*Codex.*

V. p. 604. l. 11. mentem venit omnibus hominis illius ad hoc munus et ad omnia

denti mandat. In lectione codicis *Qui tandem? Qui putatis?* subintelligendum *emisse*. Caeterum codex alibi scribit *qui pro cui;* vide infra XVI. 617. 14. XXIII. 623. 31.

*mentem vobis venit omnibus illis hoc munus esse ad omnia* — Optima lectio vexatissimi loci, in quo scripti libri variant. Codex Erfurtensis a Graevio laudatus dat *an non in mentem venit omnibus illius hoc munus esse ad omnia;* qui codex cum aliis etiam in locis ad nostrum propius accedat, tum ad veteris libri fidem expressus credendus est, atque optimae notae.

13. callide agi posset *callide posset agi*

Folium 40. 43.

Incipit a verbis: .... *um est ad incertam revocari*

Desinit in verbis: *licet tamen hoc interdicto.*

XIII. 613. 30. perspicuum non sit ad incertum

.... *um est ad incertum*. Viderat Ernestius nullam esse conjunctivi causam, quare ex coniectura reponebat *non fit ad*. Iam lege *Etenim cui non perspicuum est ad incertum*

614. 3. ius armatorum .... approbatum

*ius armatorum .... approbata*. Quod multi editores in textum receperant. *qui obstiterit*. Ita probae editiones.

10. quod obstiterit

*introitus sed*. Erronea.

11. introitu sed

13. ergo? hoc quam

*ergo quam habetvimu\*dis\* arealiquidtau*

*Ciceronis Fragm.*

C c

*Editio.*

habet vim? ut  
illa res aliquid  
aliqua ex parte

*Codex.*

*exaliquaparte.* Ita suppleo atque le-  
go vexatissimum locum: *ergo? quam  
habet vim? ut distare aliquid, aut ex  
aliqua parte.* Egegria lectio.

XIII. p. 614. l. 15. in possessionem

*in possessione.* Recte.

16. atque deiciat

*ac deiciat*

— atque iisdem

*et isdem*

17. verum etiam ad-  
spicere

*verum aspicere*

18. qui hoc ab illo

*quid hoc ab illo.* Recte.

23. huius generis

*huius generis.* Sed *ce* videtur supra-  
scriptum.

26. nostris dici po-  
test

*nostris deici potest*

28. periculosum est  
dissolvi hoc in-  
terdictum

*hoc est periculosum dissolvi hoc inter-  
dictum.*

Folium 71. 76.

Incipit a verbis: ... *hac possessionis causa  
velit*

Desinit in verbis: *compositam qui se prae.  
intellegitis statuitis*

XVI. 617. 8. intelligetis sta-  
tuetis

*utrum tandem noluit*

XVII. 11. utrum noluit  
tandem

*et reppulisse dicis.* Ita meliores codices.

12. et repudiasse  
dicis

13. concedis. Po-  
tes

CONCEDISSÏPOTES. Scilicet expun-  
gitur particula *si.*

14. cui cum cuperet

*quicumcuperet.* Vide supra V. 604. 10.

15. non sit licitum

*licitum non sit*

<i>Editio.</i>	<i>Codex.</i>
XVII.p.617.l.16. nullomodo potuit vis	nullomodo <sup>POT</sup> DOLUIT vis. Prima manus mendose <i>doluit</i> ; sed emendatum postea <i>potuit</i> .
21. depelli de loco	depelli <i>DE</i> loco. Expungitur particula <i>DE</i> .
23. Quod si fuisset	<i>quid si fuisset</i> . Ita meliores codices.
25. callide	<i>calide</i> . Erroneum.
26. controversias	<i>controversiam</i>
28. deiectum esse	<i>delectum esse</i> . Erroneum.
— tactus	TANCTUS. Ut sit <i>tactus</i> .
— detrusum dices? Nam	<i>detrusum dices</i> <i>menam</i> . Probabilis.
32. necesse est	<i>necesses</i> . Scilicet synaloepha <i>necesse</i> 'st.
— cui manus	<sup>IAM</sup> CUIMANUS. Ut lectio sit <i>cui iam manus</i> .
— necesse est inquam	<i>necess est inquam</i> . Synaloepha <i>necesse</i> 'st.
618. 1. volumus attingere	<i>volumus adiungere</i> . Egregia lectio. Recole Ciceronem de Inv. II. 17. <i>definitionem adiungere ad factum</i> ; pro Roscio Amer. 31. <i>crimen et suspicionem potius ad praedam adiungerent quam ad egestatem</i> .
2. statu detrusum	<i>statui detrusum</i> . Quod Lambinus viderat.
4. deiectus vero qui	<i>deiectus verbo qui</i> . Probabilis.
7. ne aequo	<i>ne in aequo</i>

Folium 72. 75.

Incipit a verbis: .... *ses quod homines in tuo negotio*

Desinit in verbis: *iurisconsultorum auctoritati optempera*.

XXII. 623. 6. latine loqui *latine obliviscerentur*. Glossema *loqui*



*Editio.*

*Codex.*

- |                  |  |   |
|------------------|--|---|
|                  | obliviscen-<br>tur                                     | desideratur etiam in sex codicibus,<br>Oxoniensibus et Erfurtensi.  |
| XXII. p. 623. l. | 6. quod inermes  | <i>quod inermi.</i> Rarior forma, sed non<br>inuitata, quam Beckius probaverat.   |
| 370              | 11. haec in interdi-<br>ctum                           | <i>haec ad interdictum</i>  |
|                  | 12. caput et ad vi-<br>tam pertinet                    | <i>caput ac vitam pertineret.</i> Probabilis.   |
|                  | 14. armatosque quae<br>si alio                         | <i>armatosque si alio.</i> Pronomen <i>quae</i> ab-<br>est etiam a sex codd. Oxoniensibus,<br>atque ab Erfurtensi.  |
|                  | 16. villicus   | <i>villicus</i>   |
|                  | 20. vim haberent<br>armatorum                          | <i>vim armatorum haberent</i>   |
|                  | 21. si uno armato                                      | <i>si armato.</i> Verbum uno sapit glossema.  |
|                  | 22. hae res appel-<br>lantur interdicto                | <i>hae res appellantur in interdicto.</i> Pro-<br>babilis.  |
|                  | 24. tamen sententia<br>iuris                           | <i>sententia tamen iuris</i>  |
| XXIII.           | 26. deieci si non<br>sivi accedere                     | <sup>TE</sup><br><i>DECI non enim sivi accedere.</i> Pro-<br>babilis.   |
|                  | 29. cum fustibus et<br>saxis venerunt.<br>Si mehercule | <i>QUOM fustibus et QUOM saxis fue-<br/>runt si mehercule.</i> Littera O parti-<br>culae QUOM expungitur. Ipsam le-<br>ctionem receperunt multi editores. |
|                  | 31. cui vi et  | <i>qui vi et.</i> Vide supra V. 604. 10.  |
|                  | 33. scutis ac sine<br>ferro                            | <i>scutis sineque ferro</i>   |
|                  | 35. in altera videar                                   | <i>in alteram videar</i>  |
|                  | 36. ferri quidquam                                     | <i>ferri quicquam</i>   |

VARIANTES  
ORATIONIS PRO LEGE MANILIA.

*Editio.*

*Codex.*

Folium 56. 59.

Incipit a verbis: *tollens aq̄esse arbitrantur*  
Destinit in verbis: *res gestae pares de quo*  
*homine.*

- |                    |   |   |
|--------------------|---|---|
| XIV. p. 20. l. 29. | tollenda esse                                   | <i>tollensda esse</i>   |
| 30.                | omnes quidem<br>nunc                            | <i>omnes nunc</i>   |
| 21. 1.             | hac quondam ab-<br>stinentia; quod              | <i>hac quondam continentia. quod</i>  |
| 3.                 | imperii nostri                                  | <i>imperi vestri. Ita etiam Schützius ex<br/>codicibus.</i>   |
| 4.                 | gentibus lucet:<br>nunc                         | <i>gentibus lucem adferre coepit nunc.<br/>Probabilis.</i>  |
| 5.                 | cum hac tempe-<br>rantia                        | <i>cum aea temperantia</i>  |
| 9.                 | facilitate par infi-<br>mis esse                | <i>facilite [sic] infimis par esse</i>  |
| 12.                | ipso in loco                                    | <i>ipso ex loco</i>   |
| 13.                | eius inter socios<br>quantam                    | <i>eius quantam inter socios</i>  |
| —                  | quam hostes om-<br>nium gentium<br>sanctissimam | <i>qua hostes omnes omium [sic] gene-<br/>rum sanctissimam. Lambinus et Grae-<br/>vius e Mss. dederant etiam generum.</i> |
| 17.                | Et quisquam du-<br>bitabit                      | <i>et quis umquam dubitavit. Affines lit-<br/>terae B et V facile permutantur.</i>  |
| —                  | huic tantum bel-<br>lum hoc                     | <i>huic hoc tantum bellum. Rectius.</i>   |
| 20.                | auctoritas multum                               | <i>auctoritas quoque in bellis administran-</i>   |

<i>Editio.</i>	<i>Codex.</i>
in bellis quoque administrandis atque imperio	<i>dis multam atque in imperio</i>
XIV. p. 21. l. 24. imperatoribus ve- stris	<i>imperatoribus nostris</i>
25. ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut a- ment	<i>ut aut metuant aut oderint temnant aut con aut ament</i>
26. non minus famae	<i>non minus et fama. Quod recte con- iecerat Schützius.</i>
27. certa ratione	<i>ratione certa</i>

VARIANTES  
ORATIONIS IN L. PISONEM.

Folium 89. 90.

Incipit a verbis: .... *to enim illud consulem*  
Desinit in verbis: *fuisse alia enim cau ...*

- VIII. 186. 30. *illud consulem edicere ut senatusconsulto ne obtemperet* *illud<sup>m</sup> consulem edicere ut senatusconsulto ne obtemperetur. Lectio probabilis.*
189. 5. *id iis non* *id his non.*  
— *per interdicta crudelitatis tuae, potestatis erat* *per interdicta potestatis tuae crudelitatis erat. Vulgatam probabiliorum credo; numquam enim crudelitas est ferenda.*
7. *censuisset, ordines* *censuisset, et omnes ordines. Optima.*

<i>Editio.</i>	<i>Codez.</i>
IX. p. 189. l. 11. At quaerebat	<sup>D</sup> <i>ATQ. AREBAT.</i> Fortasse atque ad- debat.
14. fuissem sed	<i>fuierim sed</i>
17. niti volebam	<i>volebam niti</i>
19. requirebam	<i>quaerebam</i>
20. in hoc animali	<i>in hoc maiali.</i> Ita probatiores editio- nes ex Isidoro.
190. 2. et cum collega	<i>et cum gabinio collega</i>
<p style="text-align: center;">Folium 94. 101.</p>	
3. viri Q. Metelli	<i>Incipit a verbis: ... sa praestantissimi viri</i> <i>Desinit in verbis: facies consulatus aut te.</i> <i>viri quae metelli</i>
9. lanternario quos neque hercule ego neque su- percilium	<i>lanternario consule neque ego hercule</i> <i>supercilium.</i> Egregia lectio.
11. cymbala ac crotala fugi	<i>cinbala fugi</i>
12. timidus	<i>tumidus.</i> Sed postea emend. <i>timidus.</i>
14. nubeculam tum collegae.	<i>nubeculam aut collegae.</i> Quod divinan- do viderat Sebütz.
16. aliis impendenti- bus	<i>anliis inpendentibus.</i>
19. vecors	<i>viaecors</i>
21. illud funestum animal	<i>funestum illud animal</i>
22. ex omnium scele- rum inportuni- tate et flagitio- rum impunitate concretum.	<i>ex omni scelerum inportunitate con-</i> <i>ceptum</i>
24. eodem et losi	<i>eodem loci</i>

*Editio.*

*Codex.*

- X. p. 191. l. 6. cumque ipse  
 7. in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunae rotam,  
 9. in suo Graecorum  
 14. Tu etiam  
 — consulatus tui ante

- ~~sum~~ quidem ipse  
 in quo cum illum saltatorium versaret orbem ne tum quidem fortunae rotam. Optima.  
 in suorum graecorum. Quae fuit optima Ursini coniectura.  
 Tunc etiam. Rectius.  
 consulatus aut te

Folium 103. 108.

Incipit a verbis: ....rentur male praecarentur.

Desinit in verbis: iustam excusationem esse visam.

- XIV. 196. 29. fuga potius quam  
 32. tempus profectio tua  
 34. occasumque nostrum reipublicae  
 36. atque fortissimo  
 197. 1. consentiente populo Romano, atque una  
 4. ut tu Insuber dicere  
 5. conservatorem  
 6. unius salutem

- fuga quam. Iam Faernus expungebat pleonasticam potius, quod verius dixerim glossema interlineare.  
 tempus tuo. Glossema ne sapit vex profectio?  
 occasumque vestram reip. Verius.  
 et fortissimo  
 consentiente atque una  
 ut tu insuper dicere. Aequè probabilis.  
 servatorem  
 unius hominis salutem. Quod acutissime coniecerat Faernus.

	<i>Editio.</i>	<i>Codes.</i>
XIV. p. 197. l.	9. servandi causa	<i>conservandi causa</i>
XV.	12. principum celeberrimae	<i>principum civitatis celeberrimae. Probabilis.</i>
	16. iisque verbis	<i>hisque verbis</i>
	21. tribunos plebis legem	<i>tribunos legem</i>
	23. eius disiunxerat in	<i>eius diluxerat in</i>
	26. accepta sit	<i>recepta sit</i>
	27. adesset satis	<i>adeset satis</i>

Folium 104. 107.

Incipit a verbis: . . . . *am in quam tantam exercitum*

Desinit in verbis: *haec omitto ille si non.*

XX. 203.	12. tantum exercitum	<i>tantam exercitum</i>
	20. te tui constringendum	<i>te constringendum</i>
	22. populi senatusque	<i>P. R. senatusque. Scilicet populi Romani.</i>
	25. ex agris	<i>quam ex agris. Probabilis.</i>
	28. partim permutationes	<i>desunt haec verba.</i>
	29. Tusculanum montem	<i>tusculani montem. Egregia.</i>
204.	1. eius immensa et intolerabilis	<i>eius intermissa intolerabilis. Proba.</i>
	4. iussa populi	<i>iussa P. R. Scilicet populi Romani.</i>
	6. quantos voluerat	<i>quantosoluerat</i>
	— optaverat	<i>optaraf.</i>
	7. mei capitis pretio	<i>praetio mei capitis.</i>

	<i>Editio.</i>	<i>Codex.</i>
XX. p. 204. l.	7. his se tenere	<i>is se tenere</i>
	9. tribuit se	<i>praebuit se. Quod praetulit Lambinus, probavitque Graevius.</i>
	18. populi aut	<i>P. R. aut</i>
	20. Cornelia maiestatis	<i>maiestatis cornelia</i>
	21. vetant	<i>vetat</i>
<b>Dimidium folium III.</b>		
		<i>Incipit a verbis: .... terea mi caesar neglectis</i>
		<i>Desinit in verbis: noluisti iam vides quo ....</i>
XXV. 209.	28. mihi Caesar neglectis vehiculis	<i>mi caesar neglectis ferculis. Quod habent antiquae editiones.</i>
	30. alia ulla in re	<i>alia in re</i>
	210. 4. illum iam adscendentem	<i>illum escendentem</i>
	5. possis revocare	<i>revocare possis</i>
XXVI.	6. tenebrae, o lutum, o sordes	<i>tenebrae tutum sordes</i>
	15. mors ademit. Irrisa est abste	<i>mors praeripuit inrisa est aps te</i>
211.	8. licet sit Themista	<i>SISCİLICET themista. Nempe sis licet themista.</i>
	10. iam vides quandoquidem	<i>iam vides quo .... In his verbis desinit folium cultro desectum; fortasse codex legebat quoniam.</i>

*Editio.*

*Codes.*

Dimidium folium 112.

Incipit a verbis: *Num etiam in hac cotidiana*

Desinit in verbis: *nequius luxuriam autem nolite.*

XXVI.p.211.l.14. Nunc etiam in hac

*Num etiam in hac. Probabilis.*

15. celebritatem domesticam

*celebritatem domesticam. Ut sit celebritatem, modestiam domesticam. Egregie; quid enim est celebritas domestica?*

16. operam forensem, consilium

*operam forense consilium. Probabilis.*

18. es infirmissimo ac

*es infimo ac. Quod Lambinus aliique receperunt.*

XXVII. 212. 5. est curare philosophi

*est currae philosophi*

7. malum ut disputas

*malum disputas. Ut sit malum ut tu disputas.*

8. verba sunt atque ineptiae

*verba ineptiae. Nempe verba atque ineptiae.*

10. dignitatis gratia

*dignitatis causa*

— ut cum P. Clodio hoc est cum amoribus suis

*ut cum patribus conscriptis hoc est cum maioribus suis. Cum in aliquo ex antiquis codicibus esset UTCUMP·C, amanuensis initiales litteras interpretatus est Publio Clodio. Lectionem quae erat in communibus libris cum compotoribus suis primus emendavit Manutius scribens cum amoribus suis. Nostra melior.*



*Editio.*

XXVII. p. 212. l. 19. luxuriam autem in isto nolite

*Codex.*

*luxuriam autem nolite.* Ergo cum Faërono ita verba collocabat *nolite in isto.*

Dimidium folium 110.

Incipit a verbis: *quorum quidem quis enim non*

Desinit in verbis: *debere esse dicis ego C.*

- XXXI. 217. 1. una causa omnium  
3. eius erga me studio  
10. collocaverunt vestrae cupiditates provinciarum effecerunt ut ego excluderem.  
14. ut illi plane suo stare iudicio  
19. venerant ne meas  
23. plebis sine consilio publico  
— nolle consulibus  
28. esse armis, nihil contentione  
29. iterum rempublicam  
32. tribuno plebis

*causa una omnium*

*erga me eius studio*

*colocarant ut ego excluderem*

*ut illi plane stare in suo iudicio*

*venerant ut ne meas*

*PL. INCPUBLICOCONSILIO. Sic.*

*nolle se consulibus.*

*esset armis nihil contentione. Jam vero codex contentione saepe scribit pro contentione.*

*remp. iterum*

*tribunum pl.*

*Editis.*

*Codex.*

Folium 57. 58.

Incipit a verbis: .... vit non sum prop-  
ter nimiam

Desinit in verbis: ille ut si montes re-  
se ....

XXXII. p. 218. l. 4.	sum ego prop- ter	sum propter
7.	tradidissem	tradissem
9.	gessisset	gessissent. Ut littera N expungatur.
11.	ut ea quae ipse	ut quae ipse.
12.	cur ei non ig- noscam	cur ego non ignoscam
14.	omitto	mitto
—	omnibus suis studiis	omnibus studiis suis
17.	auctori salutis	auctoris salutis
—	senatui senten- tiam	senatus sententiam
25.	mihi fuit amicus	mihi amicus fuit
26.	aliquando, sibi amicior	sibi aliquando amicior
29.	armisque ponant	armisque deponant.
—	Atqui me ille o- disse nunquam potuit	Neque me ille odisse potuit unquam. Quod recte dabat cod. Erfurtensis.
XXXIII.	35. fuisset sed sem- per	fuisset si semper. Recte.
—	si aspernaretur	si semper aspernaretur.
36.	seseque mihi	seque mihi.
219.	2. imperio non	IMPERIUMNON
	3. adscensum	ascensum

VARIANTES  
ORATIONIS PRO P. QUINTIO.

*Editio.*

*Codex.*

Folium 10. 13.

Incipit a verbis: *sed bonorum emptoris ut*

Desinit in verbis: *dedisses tute collegis. mavult commemorare*

XVI.p.20.l.14. mavult enim commemorare

32. societatis affinitatis ageretur

33. non modo ad C.

34. Lucillum sed ne ipse quidem ad te retulisti ne haec quidem tecum locutus es. Horac.

*societatis ageretur*

*non modo non ad C. Recte.*

*Lucillum retulisti sed ne ipse quidem te consulisti ne hoc quidem tecum locutus horae. Egregia lectio loci vexatissimi. Manutius iam coniecerat Lucillum scribendum esse.*

21. 2. Quintius  
4. paululum

*quinctius  
paulum.*

Folium 11. 12.

Incipit a verbis: .... *sentem sine causa facere conetur*

Desinit in verbis: *rem commemorando renova ....*

XXI. 25. 26. quod petat

30. Alphenus

26. 1. Quintium . . .  
Quintius

4. recederet et in hoc

6. Aquili

*quod patet*

*alphenus*

*quinctium .... quinctius*

*recederet in hoc*

*aquili*

*Editio.*

*Codex.*

- |             |  |   |
|-------------|--|---|
| XXI.p.26.l. | 7. Alpheno                             | <i>alfeno</i>   |
|             | 8. Quintius absens<br>negetur esse     | <i>quinctius negetur absens esse. Tamen<br/>in Oratione pro Cluentio. n° 37. etiam<br/>palimpsestus Taurinensis habet L.<br/>Quintius.</i>  |
|             | 11. cum Alpheno                        | <i>quom alfeno</i>  |
|             | 13. Quintii                            | <i>quincti</i>  |
|             | 15. qui cum experiri<br>posset. Qualis | <i>qui quom experiretur qualis</i>  |
|             | 16. et magistratum                     | <i>et per magistratum. Quod a Graevio,<br/>Ernestio, aliisque receptum fuit.</i>  |
|             | 18. Quid ni? qui apud                  | <i>quid neq. apud</i>   |
|             | 19. educatus                           | <i>eductus</i>  |
|             | 20. quidem cederet.<br>Sicut tu semper | <i>quidem faveret si quod tu semper. Le-<br/>ctio faveret erat in vetere libro, eam-<br/>que Schützius recepit. Illa<sup>m</sup> si quod<br/>hucusque inauditam recipient editores.</i> |
|             | — concupisti                           | <i>cupisti</i>  |
|             | 21. Alphenus                           | <i>alfaenus</i>   |
|             | — contentio erat                       | <i>contentio non erat</i>   |
|             | 22. itaque is interce-<br>debat        | <i>ita quis intercedebat</i>  |
|             | 24. tum et poterant                    | <i>tum poterant</i>   |
| 27.         | 2. tantopere                           | <i>tanto opere</i>  |
|             | 3. sed his ipsis                       | <i>sed ipsis</i>  |

Folium 80. 83.

Incipit a verbis: *minas quas ante horrebamus*

- |          |                      |   |
|----------|----------------------|---|
| XXX. 35. | 27. cuius probaturos | <i>quotvis probaturos. Fortasse erat quoivis.</i>             |
|          | 30. ea res enim nunc | <i>ea res nunc enim</i>                                       |
|          | — utrumne possit se  | <i>utrum possit ne se. Quod plurimi co-<br/>dices habent.</i> |

<i>Editio.</i>	<i>Codex.</i>
<b>XXX. p. 35. l. 31.</b> luxuriam	<i>luxuriam</i>
33.	Post vocem <i>addicatur</i> nullum est lacu- nae signum in codice.
34. Quintius Sex. Naevi	<i>quinctius naevi</i>
36. 1. tibi concedit	<i>tibi condit</i>
2. non ab afflicta	<i>non afflicta</i>
4. non ornare mag- nifice splendide- que	<i>non ornatibus magnificis splendideque</i>
6. et voluptatibus	<i>et voluntatibus</i>
7. sibi officium	<i>sibi ait officium. Recte.</i> <i>Pagina aversa legi nequit.</i>

## V A R I A N T E S

### ORATIONIS IN VERREM ACT. II. LIB. I.

#### Dimidium Folium.

Incipit verbis:....*que iter fecit eiusmodi*

Desinit in verbis: *non participem C.*

*Ver. ....*

**XVII. 197. 20.** nisi quod

*nisi id quod*

198. 1. Est alius mihi  
locus

*est mihi alius locus*

— ad hanc istius  
cupiditatem de-  
monstrandam  
servatus.

*ad hanc eius cupiditatem demonstan-  
dam separatus*

*Editio.*

*Codes.*

- XVII.p.198. 3. dictum hoc est *dictum est hoc in dolabellae*  
in Cn. Dolabellae  
4. non modo parti- *non participem*  
cipem

Dimidium hoc folium inveni insertum in codice opusculorum D. Cypriani de quo retuli ad cod. 47. Inventarii. Scilicet monachus saeculi IX, quum deperditum folium libri Cypriani supplere vellet, hanc schedam arripuit ex antiquo Verrinarum volumine, atque sua langobardica manu commaculavit. Novitia adeo scriptura exhibet fragmentum opusculi D. Cypriani.

DE LACUNIS  
ORATIONIS PRO T. ANNIO MILONE.

Ornatissimam illam Ciceronis orationem pro Milone Clodianae caedis reo laborare lacunis nec fando fuerat auditum, nec Tullii adnotatores monuerunt. Propter insignem eius elegantiam frequenti manu illam versabant docti, scholasticae iuventuti praelegebant professores sapientissimi, multa, quae imitarentur, excerpabant oratores; at nemo aut vidit, aut est suspicatus, male multato contextu, atque interciso sensu, orationem plus semel hiare. Quare quo magis meum hoc iudicium ipsa novitate praestat, eo etiam acrius mihi enitendum est, ut solidissimis argumentis illius veritatem communiar. Primum rationibus ex ipso orationis ordine desumptis lectores adducam in alterius lacunae suspicionem, deinde auctoritate pervetusti codicis lacunam simul confirmabo, simulque explebo; tandem multiplici coniectura alium locum significabo, quem ex Tullii membris antea disiectis, nunc iterum coalescentibus restitutum iri non tantum spero, sed plane confido. His in antecessum disputatis, propius accedam ad subsidia a me adhibita ad orationis textum expoliendum, scilicet ad collationem P. Lagomarsinii; inde vero commoda enascetur occasio disserendi de indole codicum Tullianorum, qui in duplicem familiam mihi maxime distinguendi videntur.

Iam ordine retrogrado venio ad alteram lacunam. Constat inter omnes Clodium a Milone interfectum fuisse in via Appia; cum ergo necis inficiatione haec causa defendi nequibat, tum alia ratio dissolvendi criminis quaerenda erat, qua recte ac iure factum esse iudicaretur. Placebat quibusdam asserere e republica fecisse Milonem, cum mortem Clodio intulit; quod argumentum secutus est M. Brutus in ora-

tione, quam pro Milone composuit, leg. Quintil. III. 6. et Ascon. in Argum. pro Mil. At secus visum est M. Tullio reputanti, nequaquam privato viro licere quemquam vel sceleratissimum interficere iniudicatum. Quare Tullius, postea quam n<sup>o</sup>. 3. disputasset, homicidium non continuo esse in criminibus deputandum, gladiumque nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus, n<sup>o</sup>. 4. proponit unicam totius suae defensionis rationem, inquiring: *Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi, quae multa sunt, certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, quum vi vis inlata defenditur.* Quae naturae lege semel constituta, reliquum erat, ut nihil iam aliud quaeretur, nisi *uter utri insidias fecerit*, atque vi vim inlatam propulsaverit n<sup>o</sup>. 9. Haec porro quaestio cum multis argumentis solvi poterat, tum maxime duobus; narratione caedis ad Bovillas factae, atque iudicatione coniecturali [Quintil. III. 11.] *utri in utrius morte aliqua esset proposita utilitas.* Iam vero rem gestam in via Appia ita exponit Cicero n<sup>o</sup>. 10. 11. ut vi victam vim, vel potius oppressam virtute audaciam esse colligat. Tum n<sup>o</sup>. 12. his verbis ad alterum argumentum venit: *Numquid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? Profecto nihil. Si hic illi, ut ne sit impune; si ille huic, ut scelere solvamur. Quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? Satis est in illa quidem tam audaci tam nefaria bellua docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum Cui hono fuerit in his personis valeat; etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc assequebatur, et cetera, quibus Tullius demonstrat Clodium, Milone interfecto, magna sperare potuisse, praeturam in primis omni metu solutam, atque liberam sacerrimarum legum promulgationem. At perfecto ne argumento usus esset Cicero, nisi vicissim evixisset Miloni non modo nullam spem in morte Clodii fuisse propositam, verum etiam maximam utilitatem ereptam? Atque hanc alteram argumenti partem concludit Tullius iis verbis n. 13: *Non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodii mors Miloni*, illam ergo tractaverat. Quod si verum est, quemnam esse transitum dicemus a prima ad alteram argu-*



menti partem? Equidem non video. Illum Ernestius ponebat in verbis *At non P. Clodio remoto* n°. 13. Vellem scire quid tandem Vir Cl. de praecedenti capite *P. Clodi Praeturam non sine maximo etc.* decernebat. Quae verba si, uti vident omnes, significant Milonem, vel vivo Clodio, non modo fasces consulares adepturum fuisse, verum etiam eo facilius, quo suffragationem consulatus habuisset in Clodio; iam erit dicendum illa ita pertinere ad alteram demonstrationis partem, ut evincant Clodii mortem obfuisse Miloni consulatum petenti. Sed nonne recta argumentandi ratio postulabat, ut primum demonstraretur nihil Miloni profuisse Clodii mortem, deinde vero obfuisse? Saltem verba, quibus argumentum concluditur *Non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodi mors Miloni* innuunt bipartitam fuisse hanc probationis partem; frustra vero in vulgatis editionibus requiro primam particulam *nihil prodest*. Ad haec, quum Tullius in hoc Cassiano argumento multum praesidii poneret atque ad illud vellet quam maxime intentos iudices, putabimus ne nova *propositione* usum non fuisse, quum ad alteram argumenti partem digrediretur? Propositionem desiderabat ipsum argumentum, ut insignius eniteret, atque vividius percelleret auditorum animos. Propositionem exposcebat ille excursus de Sexto Clodio inter utramque demonstrationis partem interpositus; qui licet pugnantiam argumentorum commoda egressione fregisset, animos tamen iudicum alio avocaverat. Iam ergo rediturus orator, unde paullo deverterat, si, ut est in editionibus, ita exordiat: *P. Clodi praeturam non sine maximo rerum novarum metu etc.*, quis hic non desideret commodum transitum, novam propositionem, primam bipartitae probationis particulam, quis non requirat liquidum Tullii ordinem, atque adeo Tullium ipsum?

Est enimvero, est lacuna ante comma *P. Clodi praeturam*, quod male secum cohaeret. Hanc vero qua ratione explebimus? Dicam quod res est. Haec disputabam ut lectoribus approbarem novum additamentum, quod suppeditat folium 24. 31. Taurinensis Palimpsesti. En illud.

FOLIUM 24. 31.

PALIMPSESTI TAURINENSIS.

FUERIT OCCIDIMILONEMCO  
VERTITE ANIMOS NUNCUI  
CISSIMADMILONEM  
**Q**UIDMILONIS INTERERATIN  
TERFICICLODIUMQUIDERAT  
CURMILONONDICAMADMIT  
TERETSEDOPTARETOBSTABAT  
INSPECONSULATUSMILONI  
CLODIUSADEOREPUGNAN  
TEFIEBATIMMOVEREOEPIE  
BATMAGISNECMESUFFRA  
GATORE  
**M**ELIOREUTEBATURQUAMCLO  
DIOVALEBATAPUTVOSIUD  
MILONISERGAMEREMQ·P·ME  
RITORUMMEMORIAVALEBANT  
PRAECESETLACRIMAENOSTRAE  
QUIB·EGOTUMVOSMIRIFY  
CAEMOVERISENTIEBAMSSED  
PLUSMULTOVALEBATPERICU  
LORUMINPENDENTIUMTI

MORQUISENIMERATCI  
VIUMQUISIBISOLUTAMP·CLO  
DIPRAETURAMSINEMAXI  
MORERUMNOVARUMME  
TUPROPONERETSOLUTAM  
AUTEMFOREVIDEBATISNI  
SIESSETISCOS·QUIEAMAUDE  
RETPOSSETQ·CONSTRINGERE  
EUMMILONEMUNUMESSE  
CUMSENTIRETUNIVERSUS  
P·R·QUISDUBITARETSUFFRA  
GIO \* \* \* \* \*  
LIBERARE  
**A**TNUNC CLODIOREMOTOUSI  
TATISIAMREB·ENIMTENDUM  
ESTMILONIUTTUEATURDIG  
NITATEMSUAMSINGULA  
RISILLAETHUICUNICONCES  
SAGLORIAQUAECOTIDIEAU  
GEBATURFRANGENDISFU  
RORIB·CLODIANISIAMCLO

IDEM FOLIUM  
PAGINA VERSA.

DIMORTECEGIDITVOSADEP  
TIESTISNEQUEMCIVEM  
METUERETISHICEXERCITA  
TIONEMVIRTUTISSUFFRA  
GATIONEMCONSULATUS  
FONTEMPERENNEMGLORI  
AESUAEPERDIDITTAQ-MILO  
NISCONSULATUSQUIVIVO  
CLODIOLABEFACTARINON  
POTERATMORTUODENIQ-TEM  
PTARICOEPTUSEST.

N \* \* \* \* \*

DESTSEDOBESTETIAMCLODI  
MORSMILONIATVALUIT  
ODIUMFECITIRATUSFECIT  
INIMICUSFUITULTORINI  
RIAEPENITURDOLORISSUI  
QUIDSIHAEC SINON DICO  
MAIORAFUERUNTINCLODIO  
QUAMINMILONESEDINIL  
LOMAXIMANULLAINHOC

QUIDVOLTISAMPLIUS.  
QUIDENIMODISSETCLODIUM  
MILOSEGETEMACMATERIA  
SUAEGLORIAEPRAETERHOC  
CIVILEODIUMQUOOMNES  
INPROBOSODIMUSILLEERAT  
UTODISSEPRIMUMDEFEN  
SOREMSALUTISMEAEDEN  
DEVEXATOREMFURORISDO  
MITOREMARMORUMSUO  
RUMPOSTREMUMETIAM  
\* \* \* \* \* MREUS

ENIMMILONISLEGE-P-CLODI  
FUITCLODIUSQUOADVIXIT  
QUOTANDEMANIMOHOC  
TYRANNUMILLUMTULISSE  
CREDITISQUANTUMODIUM  
ILLIUSETINHOMINEINIUS  
TOQUAMETIAMJUSTUMFU  
ISSE.  
RELICUMESTUTIAMILLUMNA

Illud ita mihi supplendum, emendandum, atque distinguendum videtur.

„*Audistis iudices quantum Clodio profuerit occidi Milonem; convertite animos nunc vicissim ad Milonem. Quid Milonis intererat interfici Clodium? Quid erat, cur Milo, non dicam, admitteret, sed optaret? Obstabat in spe consulatus Miloni Clodius. At eo repugnante fiebat; immo vero eo fiebat magis; nec me suffragatore meliore utebatur, quam Clodio. Valebat apud vos, iudices, Milonis erga me remque publicam meritorum memoria; valebant preces et lacrimae nostrae, quibus ego tum vos mirifice moveri sentiebam, sed plus multo valebat periculorum independentium timor. Quis enim erat civium, qui sibi solutam P. Clodi praeturam sine maximo rerum novarum metu proponeret? Solutam autem etc.*

Quam belle hoc additamentum cum universo contextu cohaereat, quam eximie argumenti vim perficiat, atque alteram demonstrationis partem ita extrahat ex digressionem, ut illam in conspectu iudicum ponat, sentiunt omnes. Habemus conclusionem primae partis *Audistis iudices quantum Clodio profuerit occidi Milonem*; habemus novam alterius partis propositionem *convertite animos nunc vicissim ad Milonem*; habemus demonstrationem, qua orator efficere satagit Miloni non profuisse mortem Clodii; in verbis *nec me suffragatore meliore utebatur, quam Clodio* praecoccupata habemus, immo enarrata illa, quae mox sequuntur *suffragationem consulatus .... perdidit*; uno verbo dicam habemus Tullium ipsum.

Altera lacuna ope codicis Taurinensis expleta, ad primam iudicandam venio, quae, non secus ac illa, ignota est.

Me iterum iterumque legentem numerum 12. huius orationis semper illa verba male habebant: *Et adspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, quam omnia omnibus minabatur. Movet me quippe lumen curiae.* Sanissimus fateor, quam qui alius, est locus iste, quippe iisdem plane verbis laudatus ab Asconio in Commentario, et a Quintiliano lib. IX.2. At quo pacto dicemus haec cum praecedentibus cohaerere? Mihi quidem ista cum superioribus per vim cuneata videntur. Statuebam ergo lacunam esse post verba *deferre posses*. Quam suspi-

cionem a contextus consideratione mihi iniectam confirmat etiam Palimpsestus Taurinensis.

Enimvero est mihi folium 25. 3o, quod incipit a verbis *sunt partim cum ad raedam* n<sup>o</sup>. 10. p. 247. lin. 26. edit. Patavinae ad usum Delph. a. 1754. in 4<sup>o</sup>. atque desinit in verbis *in his personis valeat* n<sup>o</sup>. 12. p. 249. lin. 1.; quare lineas sex supra triginta Patavinae editionis tenet, quem linearum Patavinarum numerum contineri animadverti in singulis Palimpsesti foliis. Sequens ergo folium [quod periit] incipiebat iis verbis *etsi boni nullo emolumento*, atque claudebatur verbis *audistis iud. quantum Clodio pro*. Atqui a verbis *etsi boni* ad illa *irasci certe non debeo*. *Audistis iud. etc.* sunt lineae Patavinae triginta supra dimidiam; ergo deperditum folium continebat quinque lineas Patavinas, quae in editione desunt.

Praeterea: nonne ante verba *P. Clodi praetoram* lacuna erat pluri-um versuum? Quid hoc? Scilicet illae lineae exciderant in pervetusto codice, a quo recentiores scripti libri manarunt, fortasse quia membranae pars vel intercisa desiderabatur, vel evanida, erosa, legentium oculis fugiebat, vel in lacinias abibat; addo ceteros casus, quibus scheda aliqua male multari possit. Cum igitur in pagina aversa illae lineae *faerit occidi milonem convertite animos . . . . quis enim erat civium qui sibi solutam* excidissent, quid mirum, si in eiusdem folii pagina recta ipsae illae lineae, quae ex adverso respondebant, pari casu exciderint? Rem, quam innuo, probe tenent philologi vetustis codicibus tractandis assueti, atque paria exempla bene multa vidi in Ambrosianis et Taurinensibus palimpsestis. Tum facile quisque intelligit, quod ego conicio, ita scribi potuisse pervetustum illum codicem, ut verba *deferre posses* n<sup>o</sup>. 12. essent in pagina recta, iisque ex adverso in pagina versa responderent alia *irasci certe non debeo*. Nec dicere fas est hanc quinque versuum lacunam ponendam esse ante verba *faerit occidi milonem convertite etc.* Nam in verbis *irasci certe non debeo* video concinne absolutam egressionem de Sexto Clodio, quae incipit iis verbis *Quid? tu me iratum etc.* Porro *iratum* fuisse intellexerat Cicero, quum illum *adspexerit illis quidem oculis*. Haec itaque secum ita cohaerent, ut nulla lacunae suspicio locum habere possit.

Conclusio primae argumenti partis longior esse nequibat iis verbis *audistis iudices quantum Clodio profuerit occidi Milonem*; nam conclusio alterius partis paucis etiam hisce verbis continetur *non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodi mors Miloni*. Vix ergo per pauca verba inserenda sunt inter *irasci certe non debet, et alia fuerit occidi milonem*.

Contra, imperfectam esse atque hiulcam orationem ante verba *et adspexit mihi luculenter suadent rhetoricae rationes*. Dixerat enim Tullius: *Exhibe, quaeso, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse domino, et ex mediis armis turbae nocturna, tamquam Palladium, sustulisse, ut praeclarum videlicet munus atque instrumentum tribunatus ad aliquem; si nactus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre posses*. Scilicet Tullius maiorem in modum a Sexto Clodio efflagitaverat, ut librarii copiam sibi faceret; maxima vero fit oratoris efflagitatio, si cum Garatonio ter legas *exhibe, exhibe, quaeso, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum*. Vide enixam Tullii in iubendo contentionem! Palladium e flammis ereptam, praeclarum munus, instrumentum tribunatus, sesquipedalis ipsa periodus, omnia anxiam in auditorum animis expectationem concitant de librario, quidnam monstri tandem contineat. Orator etiam atque etiam iubet; auditores summa expectatione pendent. Quid Tullius feret dignum tantam tamque sollempni efflagitatione? Nihil, praetereaque nihil; subdit enim *et adspexit me illis quidem oculis*. Una ne alterave linea librarii fuit praelecta, qua, veluti specimine, auditores excitatum desiderium explerent, simulque intelligerent, fuisse illas leges faces urbis ac pestes reipublicae? Nihil est praelectum; sequitur enim *et adspexit me illis quidem oculis*. Cur ergo Tullius iussit exhiberi ab adversario librum, cuius ne una syllaba quidem est recitata? — Locus est mutilus. Nonne haec figura natura sua comparata est, ut instar exordii sit, quod consequatur unius aut alterius iniquissimae legis recitatio, sicque maior invidia in adversarium concitetur? Atqui nihil recitavit orator. Nisi ergo locus sit hiulcus, oratorem desidero.

Hisce argumentis adductus quum persuasum haberem locum labo-

rare lacuna, contuli me ad lectionem antiquorum rhetorum, si forte aliquid invenirem, quod orationi redintegrandae conducere. Ne multus sim, incidi tandem in hunc Quintilianum locum IX. 2. „*Ἀποσιώπησις*, quam idem Cicero *reticentiam*, Celsus *obticentiam*, nonnulli *interruptionem* appellant, et ipsa ostendit aliquid affectus, vel irae, ut

*Quos ego: sed motos praestat componere fluctus*

„Vel sollicitudinis, et quasi religionis: *An huius ille legis, quam Clodius a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consule? De nostrum enim omnium: non audeo totum dicere.*“ Vix verba legi, atque huc esse aptanda sensi; credo enim in anima esse vim aestheticam. *Vivo Milone, ne dicam consule, Clodius ausus non fuisset hanc legem proponere? ergo haec Tullii sunt demonstraturi Clodio profuturam fuisse Milonis mortem, ut leges suas, hanc vero potissimum, rogaret. Quam Clodius a se inventam gloriatur? ergo sermo erat de Sexto Clodio, quem iusserat librarium legum exhibere; si enim Publium Clodium innuisset, utique scripsisset gloriabatur, e vivis enim excesserat. Quare locus ita est enarrandus.* „*An huius ille [Publius Clodius], legis, quam Clodius, [Sextus Clodius] a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consule?*“ Atqui in contextu n° 12. Tullius insectabatur leges Publii Clodii, quas Sextus Clodius amanuensis simul, simulque auctor in codicem retulerat. Nisi ergo omnia me maxime fallunt, Tullii periodus a Quintiliano servata in hunc contextum apposite cadit. Atque hoc Ciceronis fragmentum fuisse ab oratione pro Milone excerptum viderant adnotatores Quintilianj, sed quum in edito textu nusquam illud legerent, id consilii coeperunt, duce in primis Gesnero adnot. ad h. l. Quintil., ut statuerent illud derivatum esse ab oratione in foro recitata, non item ab illa literis mandata pro Milone.

Sed mihi integram lacunam implere satagenti obversabantur ea verba *An huius ille legis*. Cuiusnam malum? Dubium mihi exemerunt haec verba pro Milone n°. 32. *incidebantur iam domi leges, quae nos servis nostris addicerent*, tum alia n°. 33. *lege nova, quae est inventa apud eum cum reliquis legibus, servos nostros libertos suos fecisset*. Si igitur Cicero specimen sacerrimarum Clodii legum exhibitu-

rus hanc commemoravit n. 32. et 33, quae de servis esset, quidni censeam hanc quoque indicatam fuisse n. 12. ante verba *An huius ille legis* etc.?

Qua opinione quum firmissime tenerer, iterum multa legi a Cicerone, et Rhetoribus scripta, tandem incidi in hunc locum Scholiastae Ambrosiani ad Orationem *pro Aere alieno Milonis* [M. T. Ciceronis sex orationum partes ed. Angelo Maio. Mediol. 1817. pag. 97.]. En illud ad fidem editionis Cl. Mai

IV. 1. «Nec suffragia dabis quibus ostentas.

„Comminatur et denuntiat se actionibus eius adversarium futurum, „nec in legationem cum Pompeio discessurum. Laturus autem de suffragio libertinorum P. Clodius legem videbatur, ut et [istorum in censum] aequaliter perveniret.

2. «Nec vero illam nefariam libertatem.

„Suffragii scilicet libertinorum, cuius legis mentio fit in oratione, „quae habita est pro Milone.

3. «Atque per . . . de nostrorum omnium non audeo totum dicere. Videte quid ea vitii lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio est.

„Opinio erat legem etc.

Itaque post verba *Atque per* est lacuna, quae iisdem verbis concluditur, ac Tullii locus a Quintiliano servatus. Qui vero secum reputaverit Ciceronem tanta verborum ac figurarum copia praestasse, quanta par esset eidem ideae variatis verbis convestientiae, ut adeo Tullius in variis orationibus easdem phrases numquam verbum de verbo exscripserit, quod Homerus fecit; nae ille iudicabit mutilum Scholiastae locum supplendum esse fragmento Quintiliani, hoc modo.

„Atque per . . . an huius ille legis, quam Clodius a se inventam „glorietur, mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consule? De nostrum enim omnium: non audeo totum dicere.“

Iam vero quid erat, cur Cicero de aere alieno Milonis disputans diceret *vivo Milone, ne dicam consule?* Anne de morte Miloni aut



inferenda, aut illata agebatur? Nonne Clodius inter vivos erat? Vivebat, imo in Senatum venerat; imo rempublicam suis atrociniis vexabat, multa sperabat; quidni ergo potuisset nefariam legem proponere? Atqui verba *habitura fuerit* non nisi post Clodii mortem dici poterunt. Hoc ergo fragmentum non ad orationem *pro aere alieno Milonis* pertinet, sed ad nostram *pro Milone*. Quare verba *atque per . . . reprehensio est* non uti textus orationis *de aere* erant proponenda, sed ad superius commentarium revocanda, ut Scholiasta scripserit: *legis mentio fit in oratione, quae habita est pro Milone: Atque per . . . reprehensio est*. Laudavit adeo Scholiasta ipsa verba Orationis pro Milone, quemadmodum p. 168. excitavit locum libri I. de officiis, ac Xenophontis Cyropediae.

Probe video me turbasse ordinem, quo Cl. Mai textum discriminatus a commentario dispensavit verba codicis; sed distributionem a me propositam admittit codex ipse Ambrosianus. Enimvero textus a sequenti commentario quandoque ita secernitur in palimpsesto, ut prima littera textus pingatur maiuscula in externa ora laterculi, quod hodierna consuetudo frequentat; quandoque intra lineam incipit textus, spatiolo interiecto post extremam praecedentis scholii vocem, uti codicis pag. LXXVI. [pag. 98 ed. Med.]

LIARUM            QUISNON  
MEMINERITPUERITIA  
TUAM  
ASPERITATISINVIDIAE  
QUAEPLENISSIMACUM

et codicis pag. LXXVII. [p. 99. ed. Med.]

QUALITATIBUSAESTUMA  
DAM            TUMHABUIS  
TIQUASDAMFORMIDI  
NESQUASICORNUA  
QUAEDAMEXCIDERUNT  
IMPLETA  
QUA-P-CLODIUMADFE  
REALICUHUSETBELUAE

Tandem sunt loca, in quibus continenti acriptionis serie textus cum commentario omnino confunditur, uti in codicis pagina LXXXIV. laterculo primo [pag. 119. 120. ed. Med.]

EACENSUMNONDETU  
LISSECUM·L·LUCULLO  
APUTESERCITUMFUIS  
SEINASIASCILICETTEM  
PORIB·BELLIMITHRIDA  
TICIETTESTAMENTUM  
SAEPEFECITNOSTRISLE  
GIB·APARTIB·ADTÓTUM  
REB·GESTISQUAMPLURI  
MISARCHIAMSIGNA  
EDDISSECIVIS·R·QUAE  
NONPOTERATHABERE  
PEREGRINUS·

QUIAALOQUIPILASUNT

Tum sequitur alter eiusdem paginae laterculus.

ENIMHAECUTVULGO  
COMPERIMUSGENERA  
LUDENDIQUISANIMO  
TAMAGRESTIETDURO  
FUTTUTROSCIMÓRTENO  
MORERETURQUINTU  
ROSCIUMGALLUMDI  
GITILLISTEMPORIB·IN  
LUSTREMCOMICIOPE  
RISAUCTOREMQUEM  
FAMILIARISSIMECICE  
RODILEXITQUINON  
APRIDEMULTOEXCESSE  
RATILLAMARIUSIDEM  
EXIMIAE·L·CLODIUM  
DILEXITHICPRIMUSRO  
MASTUDIALA·TINADO  
CUISSSEERGOILLUMQUI

HAECFECERATHUDINO  
HOMINEMRATIONE  
RUDINUSFUITQ-ENNI  
USQUEMSUPERIORAFRI  
CANUSDILECTUMFAMI  
LIARISSIMIETIAMCO-  
MUNICATOSEFULCHRI

Habes integrum laterculum. Nullum ergo certum atque constans criterium suppeditat codex, quo textus a scholiis distinguatur. Iam veniam ad controversum locum, cuius imaginem ad codicis fidem subiiciam.

NECSUFFRAGIADABISQUI  
BUSOSTENTAS  
COMMUNA  
TURSEETDENUNTIAT  
ACTIONIB-EIUSADVER

Ita desinit a pagina recta LXXV, tum sequitur pagina versa LXXVI, cuius integrum exhibebo primum laterculum.

SARIUMFUTURUMNEC  
IN\*\*\*ONEMCUM  
POMPEIODISCESSURU-  
LATURUSAUTEMDESUF  
FRAGIOLIBERTINORUM  
P-CLODIUSLEGEMVIDE  
BATURUTETI\*S\*CUMIN  
\*\*\*\*AEQUALITERPER  
\*\*\*\*NECVEROILLA-  
NEFARIAMLIBERTATEM  
LEGISME-  
TIOFITINORATIONEQUAE  
HABITAESTPROMILONE  
ATQUEPER  
DENOSTRORUM  
OMNIUMNONAUDEO  
TOTUMDICEREVIDETE  
QUIDEAVITILEXHABITU

RAFUERITCUIUSPERICU  
LOSAETIAMREPREHEN  
SIOESTOPINIOERATLEGE

*Extremas lineas quatuor legi nequeunt.*

Vacuum itaque interiacet spatium. Quid hoc tandem rei est? „Huiusmodi spatia vacua haud raro occurrunt in codice, quae replenda videntur modo oculis graecis, quas librarius, quia graeci fortasse erat ignarus, omisit; modo latinis, quas idem librarius ideo forsitan non scripsit, quia exscribebat e codice corrupto, aut mutilo.“ Haec monebat Cl<sup>us</sup> Mai p. 63. nota [2]. Cum codicis aetas distet ab illa auctoris vix uno alterove saeculo, dubitari potest de tanta tamque frequenti corruptela, quantam arguerent vacua spatia, quae passim offenduntur in codice. Quare equidem coniecerim hoc commentarium exscriptum fuisse ex adnotationibus, quas vir eruditus in usum suum vel in adversaria retulerat, vel orae codicis Tulliani adleverat, sed male conscribentis, in quibus frequentes liturae officerent lectioni, cuiusmodi esse solet primum operis tentamen offusum, uti fit, lituris, emendationibus, additamentis quaquaversus exaratis. Cum itaque librarius paucarum litterarum homo offendisset huiusmodi exemplar, hunc confecit codicem, in quo multa errata admisit vel in Tulliano-textu proponendo, quod ex orationibus pro Archia, Sylla, et Plancio facile constat; ordinem textuum perturbavit, uti quisque videt pro Plancio XXXIV. 1; et XXXIV. 2; tandem multis vacuis spatiis testatus est, se continenter orationis seriem haud potuisse explicare in Scholiastae autographo. Quae conjectura eo spectat, ut dubium eruditis eximam, utrum tot veniant inveniendae voces, quot recipiendis par sit vacuum spatium. Sane Cl. Editor optima, quandoque divinatione lacunas supplevit eo litterarum numero, quem non admitteret vacuum schedae spatium. Sic in proposita pag. LXXVI Vir Cl. his verbis *suffragii scilicet libertinorum cuius supplet vacuum spatium ante verba legis mentio.*

Quae quum ita sint, haud video quid officere possit distributioni

textus a me superius propositae. Nihil etiam vetat, quominus in spatio uno versus desiderentur tres, quinque, vel decem lineae; maxime si citandus erat notissimus locus, cuiusmodi ille erat orationis pro Milone. Sic in Tulliano textu describendo multa verba omissa vide Orat. pro Plancio n° X. 1. XI. 1. XXVIII. 2. Atque utinam Ambrosianus Scholiastes laudasset integrum textum Milonianae orationis *Atque per ... de nostrorum*; haberemus enim suppletam, quam hucusque demonstravi, lacunam. Sed quando vix prima et postrema verba supersunt, ad coniecturas confugiendum est, quas antequam proponam, attentius perpendam duo laudata loca Interrogationis, in quibus non una tantum lex indicatur, quod visum est Cl. Maio, sed duae diversae leges Clodianae innuuntur, quod Garatonius [M. T. Ciceronis Oratio pro Milone cum adnotat. Bononiae 1817. pag. 212] optime vidit. Ea primam:

«Nec suffragia dabis quibus ostentas

„Comminatur, et denuntiat se actionibus eius adversarium futurum, nec in ... onem cum Pompeio discessurum. Laturus autem „de suffragio libertinorum P. Clodius legem videbatur, ut et ipsis com „ingenuis aequaliter pertineret.“

Ita enim suppleo. Recole quae Aseonius ad Milonianam XXXII. adnotat: *Significasse iam puto nos fuisse inter leges P. Clodi, quas ferre proposuerat, eam quoque, qua libertini, qui non plus quam in urbanis tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum, sunt, ferre.* Prima ergo lex Clodiana communicabat libertinis illud suffragii ius, quo gaudebant ingenui, ut non solum in urbanis tribubus suffragium ferre possent, verum etiam in rusticis cum civibus ingenuo loco natis. Eo spectaverat Appius Claudius, quum, *humilibus per omnes tribus divisus, forum et campum cenrapit* Liv. IX. 46; at, non ita multo post; *Q. Fabius, ne humillimorum in manu comitia essent; omnem forensis turbam exoretam in quatuor tribus coniecit, urbanasque eas adpellavit.*

Altera lex ita proponitur:

Nec vero illam nefariam libertatem [sub. *dabis*].

„*Huius legis mentio fit in oratione, quae habita est pro Milone: „Atque per ... de nostrorum omnium: non audeo totum dicere. Videte quid ea viti lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio est. Opinio erat legem etc.*

Ita enim edendus atque supplendus est locus. Nam si haec etiam intelligenda sunt de suffragio libertinis ampliando in rusticis tribubus, quaero qui tandem hoc suffragium appellasset *nefariam libertatem*? Nonne legitima, ac iusta libertate fruebantur libertini? Clodius ergo libertatem ipsis impertiri nequibat, quam iure possidebant. Contra, verbis constat sua veritas, si haec de servis intelligantur, quos nefarie in libertatem asserere meditabatur Clodius. At statuemusne omnes omnino servos Clodium manumissurum fuisse unica lege? Incredibile hoc foret, absurdum, atque supra Clodianam audaciam. Superest itaque, ut unum tantum servorum genus manumittere conaretur Clodius, hoc vero potissimum. Scilicet norunt omnes medium fuisse gradum inter iustam libertatem, atque servitutum. Nam servi, qui neque vindicta, neque censu, neque testamento, sed per epistolam, aut inter amicos, aut adhibitione ad convivium manumissi fuerant, libertate quidem utebantur intra domesticos parietes, at nulla civilia iura sive Latinorum, sive Quiritium consequentur; nonnisi anno V. C. DCCLXXI. lege Iunia Norbana ius Latinum ipsis concessum est. Clodius igitur suorum suffragatorum numerum amplificaturus legem excogitaverat, qua eiusmodi servis iusta libertas a iure concederetur, ac Romana civitas. Iam, lege Clodiana, in ordinem libertinorum allekti, per universas rusticas tribus, non secus ac libertini [quod prima lege Clodius proposuerat] dispertiti fuissent, atque adeo comitia in libertinorum manum venissent. Hanc legem apertissime innuit Cicero pro Milone n<sup>o</sup>. 33. *lege nova, quae est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis, servos nostros libertos suos fecisset. Recte fecisset libertos suos, eos enim sua lege Clodius manumittebat. Fac nonnisi unicam fuisse Clodii legem, scilicet suffragii libertinis ampliandi, aqua tibi haerebit interpretanti ea verba servos nostros libertos suos fecisset.* Libertini enim

*Ciceronis Fragm.*

Gg

Romani servi dici nequibant, nec liberti Clodiani. Paria dic de alio orationis loco n. 32 *incidebantur iam domi leges, quae nos nostris servis addicerent.* Ratum itaque sit duas leges excogitatas fuisse a Clodio, alteram de Libertinis, alteram de servis; hanc vero potissimum insectatum fuisse Ciceronem, maxime n<sup>o</sup>. 32. 33. Iam quum Scholiasta Ambrosianus *nefariam hanc libertatem* enarrans, quam Clodiciis servis daturus erat, dicat huius legis mentionem fieri in oratione pro Milone, atque commemorari iis quidem verbis *Atque per .... reprehensio est;* tum iure videor colligere posse quid tandem in Miloniana supplere debeam. Restat, ut iis verbis hanc legis recitationem investiam, quae proxime accedant ad stilum Ciceronis. Mihi vero ista probabilia videntur: „Atque permultas leges praeter ius et aequitatem excogitatas „quum recitare possem, unam tantum exponam, iudices, ceterarum „omen atque firmamentum. Ille enim maiora suis legibus suffragia, „atque latrociniis arma comparaturus constituerat, ut servis, qui pri- „vata dominorum voluntate manumissi in libertate morabantur, iusta „libertas, ac civitas Romana cum suffragio in rusticis tribubus ipso „iure daretur. An huius ille legis, quam Clodius a se inventam glo- „riatur, mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consu- „le? De nostrum enim omnium: — non audeo totum dicere. Videte „quid ea viti lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio „est. Et adspexit me illis quidem oculis etc.“ Neque plura, neque pauciora supplenda mihi videbantur, ut in utraque lacuna par esset desideratorum versuum numerus. Ad hunc modum video haud frustra efflagitatum esse Clodii librarium a Cicerone. Hic enim recitavit, ne multus esset, unam legem, quae ceterarum erat omen atque specimen luculentissimum. Tum monuit iudices, hanc legem numquam propositurum fuisse Clodium, vivo Milone; nam tantum vitii habebat, ut, vel mortuo Clodio, non sine periculo reprehendi posset. Sextus, audita legis recitatione, incensus ira fingitur minaces oculos in oratorem convertisse; quod nihil est, nisi oratoria transitio ad ea, quae sequuntur de Sexto. Mene ludit amabilis insania, an recta argumentatione lacunam felicissime supplevi. Iudicent docti viri.

Sed quando commemoravi Scholiastem Ambrosianum, cuius non-

nulla folia palimpsesta ipse legi novo conatu, nequeo, quin simul laudem accuratam industriam Cl. Editoris, atque egregiam ab ipso navatam operam celebrem. Tamen, quum facile sit inventis addere, mihi liceat quaecumque meum consilium aperire de ratione huiusce commentarii edendi.

Singulorum foliorum imagines minuta et anxia diligentia exhibeantur. Sunt enim in codice lacunae, seu vacua spatia; sunt lineae evandae; sunt fugientes litterae; haec omnia rectius ipsa folii imagine repraesentantur, quam verbis. Illud quoque commodi inde est, quod omnes lacunae demonstrantur vel iis in locis, in quibus contextus integer videri potest. Sic Vir Cl. praetermisit lectores monere de sequentibus lacunis.

Edit. alter. p. 98 lin. 9. post voces *foeditatibus inquinatum* est vacuum spatium.

99	11.	<i>etiam hoc</i>	idem.
	12.	<i>in exitu</i>	idem.
177.	5.	<i>essent. Ergo</i>	idem.
181.	8.	<i>Nunc autem</i>	idem.
99.	3.	<i>nonnatura putas est spatium duorum versuum.</i>	
169.	9.	<i>esse fateantur est spatium trium ferme versuum.</i>	

Nisi haec vacua spatia fortuita esse dicamus, aliquid certe innuere debent.

Nullum est in codice constans indicium, quo textus discernatur a commentario, ita ut lector incertus quandoque pendeat, atque ipse novam proposuerim dispensationem in Miloniano loco; quare editor suam profiteatur opinionem, sed imaginem folii exhibeat daturus criticis parem iudicandi facultatem.

Omnia codicis errata candidè profiteatur editor. Praeterquam quod enim illa quandoque ad germanam lectionem nos manu ducunt, maxime conferunt ad auctoritatem codicis recte aestimandam. Sic erat in codice *significat scio epistulam non ad mediocrem instar voluminis inscriptam*; tacite emendavit Cl<sup>us</sup> Mai p. 177. *significat epistulam non*



*mediocrem ad instar voluminis scriptam*; locus tamen posset criticorum iudicia trahere in varias emendationes.

Tandem haec loca fefellerunt oculos Editoris licet in membranis legendis peritissimi.

Edit. alter. p. 88. lin. 2. *contumeliosam atque asperam* — Codex *contumeliosam simul atque asperam*

93. 11. *impudentiam sive* — Cod. *impudentiam ei sive*  
94. 13. *Clodius et easdem* — Cod. *Clodius easdemque*  
95. 5. *re pertimescendam* — In codice syllaba *re* punctis est notata, adeoque reiici debet.  
12. *de incestus stupris* — Cod. *de incaestis stupris*  
120. 3. *tempore* — Cod. *temporibus*  
167. 4. *compenlativum* — Cod. *compensativum*, qui fuit certe operarum error.  
9. *compensatio exhibebitur* — Cod. *compensatio implebitur*  
178. 5. *nantiasse Cn.* — Cod. *nuntiasse se Cn.*  
179. 10. *decedere urbe* — Cod. *secedere urbe*  
181. 14. *lacrimosas excubias deplorat* — Cod. *lacrimosis legmalibus iam perorat*

Haec vero non eo spectant, ut eximiam Editoris operam deteram, aut eum Virum vituperem, cuius ingenium suspicio, amicitiamque colo; sed ut meum qualecumque consilium urbana libertate aperiens, gravissimum tanti critici iudicium vicissim de mea hac editione quasi lacerassam.

Posteaquam ornatissimam hanc orationem a lacunis liberavi, illius ex integro edendae consilium mente revolvebam. Nam habebam quinque folia Palimpsesti Taurinensis, quae optimas lectiones suppeditabant; Garatonius in libro non satis pervagato multa adnotaverat scite, emendaverat acute, ut solebat, quibus novus Orationis textus proficere posset; nonnulla quoque subsidia ad expoliendam lectionem mihi offerebant alii bibliothecae Taurinensis libri; sed supremum calculum consilio meo addidit Eques Niebuhr, ad me mittens integram collationem P. Lagomarsinii. Inedita haec variantium sylloge magnam mihi

primum spem faciebat optimarum emendationum; fando tamen audiveram de eius praestantia disputatum esse in utramque partem; quae controversia dissolvi nequibat, nisi ederetur aliqua saltem huiusce collationis pars. Vidi, fateor enim, in opere tam longo vix paucas esse varietates bonas; ceteras tamen inutiles conferens cum indole librorum Britanniae, atque Germaniae, dispexi scriptos Tullii libros, qui in nostris bibliothecis servantur, in duas potissimum, easque diversas familias facile abire. Quae quum mihi haud indigna visa sunt, quae iudicium doctorum virorum cum fructu morentur, tum de singulis iam liceat disputare, atque primum de Lagomarsinii collatione. Hanc in bibliotheca Collegii Romani delitescens in usum meum exprompsit, quantum ad Milonianam adinet, atque propria manu exscripsit Eques Niebuhr, cuius nescio, utrum ingenium ad eruditionem eximie comparatum plus suspiciam, an suavissimam amicitiam colam. Certe Vir egregius dedit grande patientiae studiique in meos conatus documentum, quum ex universa variantum farragine singulas delegit, singulorumque codicum lectionem exposuit accurate, ceterasque bibliographicas notitias perquisivit, quibus Lagomarsinianum opus illustraretur.

Itaque Hieronymus Lagomarsini Societatis Iesu sodalis quum superiore saeculo in Ciceronis operibus id sibi critici negotii dedisset, ut veram ac germanam auctoris scripturam constitueret, gravissimum molestissimumque laborem suscepit conferendi seu veteres editiones, seu codices scriptos, quotquot in bibliothecis Italiae perlustrare potuit. Quod opus propemodum immane Vir impiger nec labore victus, nec assiduitate fractus perfecit felicissime. Nam usus editione Gronovii Lugduno-Batava anni 1692. primum ex uno alterove codice variantes excerpens, eas adnotabat in libello; multi vero ex hisce libellis etiamnum supersunt. Deinde variorum codicum collationes seorsim in libellis scriptas simul comprehensurus, atque unico veluti obtutu exhibiturus, eas in maioribus voluminibus digesserat. Rem ad duodecim praegrandia volumina adduxerat variantibus referta, et stipata lectionibus. Verum quum hanc recensione[m] mancam suo iudicio atque imperfectam propter nimiam scribendi festinationem deprehendisset, totum opus ab initio retexendum esse censuit. Rursus itaque codices

inspexit, minima quaeque notavit solertius, atque excerpsit diligentius, ut volumina, quibus alterae in Ciceronem curae commissae sunt, ad triginta ferme excreverint. In unoquoque autem volumine hanc pro-  
dendarum varietatum rationem servavit. In eo descripsit integram elu-  
cubrationem Ciceronis, puta Orationem pro Milone, singulas textus vo-  
ces in singulis lineis ponens, atque annumerans, ut vocabulum infra  
vocabulum collocaret; tum unum quodque vocabulum exciperent varie-  
tates lectionis; has demum consequerentur numerales notae, quibus  
varii codices designabantur. Inter variantes non tantum probabiles ad-  
notabat, verum etiam absurdas quasque, deinde apices, puncta, com-  
mata librorum, ad haec diphthongos, litteras adspiratas, librariorum  
interductus, ac variam orthographiam; si quidem eo spectabat, ut ger-  
manam codicum conditionem cum fide summa repraesentaret, viamque  
muniret ad veterem orthographiae rationem constituendam. Maioribus  
voluminibus ad hunc modum descriptis, iterum ea castigata sunt ad  
fidem libellorum; tantaque diligentia usus est Lagomarsinius, ut quan-  
doque de una alterave variante dubitans adnotaverit in chartulis, eam  
iterum cum codice contendendam esse. Huius castigationis testes da-  
bo emendationes, quas ostentant ipsa volumina, nec non epigraphas,  
quae id ipsum apertissime declarant.

Sed, quod fit in rebus humanis, quae vel temporum iniuriis pa-  
tent, vel aliorum invidiae, malo fato perierunt duo maiora volumina,  
quorum alterum tenebat variantes ad Orat. pro Caelio, de Provinc.  
Consul., pro Balbo, in Pisonem; alterum exhibebat indicem universo-  
rum codicum collatorum, atque numerum arabicum, quo quisque co-  
dex in opere ipso distinguebatur. Quare ignoraretur potestas numero-  
rum, nisi hoc quadantenus erueretur ex libellis. Saltem, quod ad Mi-  
lonianam attinet, Cl. Niebuhr ex libellis feliciter collegit notitiam sin-  
gulorum codicum seu manu, seu typis descriptorum, quam referre  
iuvat.

1. Codex Fesulanus bibl. S. Bartholomaei Fesulæ, in Laurentianam  
illatus: apud Bandinium n. 187. inter Fesulanos. Membranaceus.  
saec. XV. Continet omnes orationes.
2. Codex S. Marci n. 102. membranaceus. Continet plerasque ora-

- tiones, exceptis Verrinis, Philippicis, et orationibus a Poggio inventis.
3. Codex S. Marci n. 103. chartaceus. Continet orationes omnes, praeter Verrinas et Philippicas.
  4. Codex S. Marci n. 104. Continet orationes pro L. Manilia, pro Sulla, pro Archia, post red. ad Q. post red. in Senatu, de har. responsis, pro Plancio, in Vatinium, de prov. consul. pro Coelio, pro Balbo, pro Milone, pro Marcello.
  6. Codex S. Marci n. 106. chartaceus. Continet orationes pro Quintio, pro Q. Roscio, Divinat. in Caecilium, Act. I. in Verrem, Actionis II. lib. 1. et 2. pro l. Manilia, pro Cluentio, pro Rabirio perd. reo, Catilinaris, pro Flacco, pro Sulla, pro Archia, post red. ad Q. post redit. in Senatu, pro domo, de har. responsis, pro Plancio, pro Sextio, in Vatinium, pro Coelio, de prov. consularibus, pro Balbo, pro Milone, pro Deiotaro.
  7. Codex Laurentianus pl. XLVIII. 7. chartaceus. De hoc et sequentibus confer Bandinium.
  8. Id. eodem pl. 8. membranaceus.
  9. Id. eodem pl. 9. membranaceus.
  10. Id. eodem pl. 10. membranaceus.
  11. Id. eodem pl. 11. membranaceus.
  13. Id. eodem pl. 13. membranaceus.
  18. Id. eodem pl. 18. partim membr. partim chartaceus. Varias lectiones, seu emendationes ad Milonianam a recentiore manu additas esse indicat Bandinius.
  20. Id. eodem pl. 20. membranaceus.
  21. Id. eodem pl. 21. membranaceus.
  23. Id. eodem pl. 23. membranaceus.
  24. Id. eodem pl. 24. membranaceus.
  25. Id. eodem pl. 25. membranaceus. Hunc Bandinius ad saec. XIII. refert, quod certe ita se habere nequit; habet enim aliquot ex Poggianis, ipsamque orationem pro Caecina, in quibus nihil ferrea reliquis libris discrepat, quos e Poggiani apographi fonte deductos esse constat.

43. Codex S. Crucis membran. apud Bandinium in bibl. Leopoldina XXIII. 3.
54. Codex Riccardianus n. XXXIV. chartaceus. Continet orat. pro Milone et pro Marcello.
65. Codex Laurentianus pl. LII. 1. chartaceus. Vide Bandinium.
67. Editio Beroaldi.
68. Editio, quae vix differt a n<sup>o</sup>. 88. Sane alterutra est Veneta anni 1488, quae quum verbum de verbo expressa sit ad fidem editionis Waldarferi, coniciere licet hanc designari n<sup>o</sup>. 68. Venetam vero n<sup>o</sup>. 88.
69. Editio Iuntina recusa ab Angelio.
70. Editio Aldi senioris.
71. Editio Nauguii.
72. Editio Roberti Stephani anni 1539.
73. Editio prima Lambini. Alteram enim non contulit Lagomarsinius.
75. Editio Veneta anni 1480.
81. Editio Manutii.
85. Editio, fortasse Camerarii.
86. Codex Mss. quantum quidem colligitur ex emendationibus. Collatus est ad orationes pro Quintio, pro S. Roscio, pro L. Manilia, pro Cluentio, pro Murena, post red. ad Q. post red. in Senatu, pro Plancio, pro Coelio, de prov. cons. pro Milone.
88. Vide supra ad n. 68.
93. Editio Gruteri.
95. Editio Hervagii.
97. Fortasse est liber scriptus. Tenebat unam orationem pro Milone. Sane bibliotheca Laurentiana possidet rarissimum librum saeculo XV. editum, qui unam tenet orationem pro Milone.

Atque hos libros contulit Lagomarsinius ad Orationem pro Milone. Quam vero prodendarum varietatum rationem excogitasset Lagomarsinius, vide, sis, eius programma recusum in commentario *Iosephi Mariani Parthenii de vita et studiis Hier. Lagomarsini cum enarrationibus Fr. Carrarae, et adnot. Georgii. Venetiis 1801.* Ex quo libro mul-

ta derivavi, quae componerem cum his, quae de opere Lagomarsiniano ad me dederat Cl<sup>us</sup> Niebuhr.

Iam quo in pretio haec collatio habenda sit, si licet iudicium interponere meum, libere, neq̄ invidiose dicam. Quaestio vero duas habet partes; vel enim consilium Lagomarsinii expendimus, vel auctoritatem voluminum.

Quod ad consilium attinet conferendi tot tantosque codices, atque adnotandi singulas lectiones vel absurdissimas, vereor, ne illud in doctorum hominum reprehensionem incurrat. Plerique enim codices erant recentes, ab uno eodemque fonte deducti, mendosi, atque novitiam orthographiam a grammaticis sequioris aevi excogitatum praeserebant; quare numerus codicum multiplicabatur, quin eorum multiplicaretur auctoritas. Praeterea, quorsum tantum diligentiae in locis Tullianis claris, atque perspicuis? Probe video posse ex erroribus librarium expiscari emendationem complorati contextus; at ex immani variantum farragine, quae tenebris offundit clarissimum locum, quid tandem colligas, nisi mendosos esse, atque nullius auctoritatis illos libros, qui in contextu luculentissimo turpiter errant? Debuisset Lagomarsinius ea sola ex codicibus excerpere, quae obscuritatem aliquam, vel ambiguitatem, vel quodvis aliud vitium tollerent a vulgata lectione; codices vero, quos perlustraverat, ita aestimare, ut bonos tantum, adeoque paucos, in collationem admitteret, ceteros uti inutiles repudiaret. Nam si rem ad severum calculum adducas, inter codices, qui cum fructu pervolvi poterant, hunc tantum reperies 43., tum emendationes a secunda manu adlitas codicibus 6. 13. 18. Reliqui libri eundem textum exhibent variis tantum mendis deturpatum, nec nisi in selectis locis conferri debuerant. Et sane, quum Lagomarsinius profiteretur in programmate suo, editionem Gronovii, suo quidem iudicio, omnium esse emendatissimam, saepe tamen videret germanam Gronovii lectionem vel ab omnibus omnino suis libris exulaxe, vel in solis 43. 6. 13. 18. defitescere; satis ipsi hoc esse debebat, ut reliquos libros parvi faceret. Sed Lagomarsinius effroeni in Tullium amore ferebatur, neque Parthenio amico suo, neque ceteris Sociis haec et alia consultiora suadentibus, aures praebuit; quare vel in sua Societate na-

ctus est reprehensores consilii sui, inprimisque Franciscum Retzium Praepositum Generalem; Lege Parthenium n<sup>o</sup>. XC. et Carraram nota 28. Nihil ne ergo bonae frugis deligi potest ex opere Lagomarsiniano? Haud multum, in Miloniana; maxima enim librorum pars, qui tamen et alias bene multas orationes continent, erat non bona. Superest, ut in ceteris Tullii operibus Lagomarsinius maiore felicitate usus habuerit alios eoque purgatos codices; hi tamen nonnisi pauci esse possunt, uti constabit ex iis, quae de codicibus Tullianis Italicae familiae infra disputaturus sum.

Quod vero ad auctoritatem attinet voluminum Lagomarsinianorum, scio nonnullos de eorum fama studioso detrahere, atque libreriorum incuriam ita exaggerare, ut ne uni quidem litterae aut numero fidentum esse clament; sed eiusmodi obtrectatores, quod me Niebuhrius monuit, aut opus ipsum neque oculis usurparunt, aut ideo hunc fontem Tullianae emendationis maledictis incessunt, ut sibi suisque integrum eum intactumque servant. Fuerint igitur librarii errori obnoxii, erraverint in numeris describendis, quemadmodum ipse animadverti numerum 75, non semper accurate respondere editioni Venetae anni 1480; quid tum? Aliquid ne detrimenti capit varians ipsa lectio? aut auctoritatis aliquid detrahatur codici? Quamvis numerus 75 aut incertus sit, aut falsus, vidi tamen illam editionem haud fuisse praestantem; fac, erratum quandoque fuisse in numero 43. exarando, hic tamen scriptus liber reliquos antecedit lectione. Neque enim sunt numerandi, sed aestimandi codices. Quare licet aliqua corruptela in collectionem Lagomarsinianam obrepserit, ea tanta esse nequit, ut universam infecerit, atque veram singulorum librorum indolem interverterit.

Mihi vero Lagomarsinianum opus patefecit Tulliani textus historiam, atque varias codicum familias; quod fusius explicare liceat.

Cum omnes manu typisve descripti libri, qui in nostris bibliothecis servantur, laborent duobus lacunis a me in Miloniana detectis, iam facile quiaque colliget, hodiernos codices ab uno antiquissimo libro mansisse, qui in eo orationis folio detrimentum temporis fuerat expertus. Sed librum non tantum hoc in folio fuisse lacinosum, at-

que mutilum, verum etiam habuisse passim detritas membranas, voces hincas atque evanidas, mihi maxime suadent loca Orationis *ut fit religione aliqua* §. 9. *iudiciumae timui* §. 14. *nefarie fecisti* §. 12. [Codex 43 habet *neq' ie*]. Nam hisce in locis sunt codices, qui vana spatia monstrant interposita, atque adeo declarant, in primaevo libro vix superfuisse litterarum evanidarum lineamenta; sunt alii, qui lacunam impleant lectionibus adeo dissimilibus, et secum pugnantibus, ut appareat illas non amanuensium oscitantiae et vocum affinitati aut raritati acceptas esse referendas, sed vario grammaticorum ingenio, qui, pro se quisque, textum redintegrare satagebant; mitto codices, qui spatium vacuum, lacunae indicem, penitus praetermiserunt. Interea Erfurtensis tantum et Bavaricus codex veram lectionem servaverunt §. 9. et 14. Idem saepe codices, nec non Coloniensis, Saxonicus, et Werdensis eas praeseferebant optimas lectiones, quae frustra in Lagomarsinianis omnibus libris requiruntur. Quibus in antecessum praestitutis, iam videor recte posse hanc coniecturam proponere. Fac duos amanuenses ad eundem illum librum exscribendum accessisse, quem nuper laciniosum atque vetustate detritum esse demonstrabam. Horum alter doctrina praestiterit, atque acuta oculorum acie; alter latinis literis vix tinctus praepropere munere suo fuerit defunctus. Exemplar primi amanuensis optimam lectionem praeseferet, multa servabit vestigia veteris orthographiae, paucis etiam scatebit lacunis. In exemplari alterius librarii passim offendes lacunas, atque lectiones haud probabiles, quas vel festina indiligentia peperit, vel praeposteram interpretatio evanidae vocis. Progressu temporis antiquissimus ille archetypus maiora temporis detrimenta passus in lacinias abiit, atque disperiit, quin tanti codicis casum aut praecaverent, aut dolerent librarii; nam habebant recentissima illa duo exemplaria. Subinde ad horum fidem alii atque alii codices descripti sunt, adeoque alia atque alia menda pedetentim accesserunt pro varia amanuensium diligentia et doctrina. En duo genera codicum Tullianorum. Ad primam eamque nobiliorem familiam pertinent codex Coloniensis, Bavaricus, Erfurtensis, qui caeteris praestant; proximi his accedunt codex Saxonicus, Werdensis, Pithoeanus; eandem quoque originem,



sed multis librariorum erratis detortam, praeseferunt pauci ex Britannicis, atque 43. Lagomarsianus, nec non emendationes a secunda manu adlitae codicibus 6. 13. 18. Ad alteram deteriorem familiam pertinent ceteri codices Italici a Lagomarsinio collati; nec non Taurinenses, atque Ambrosiani bene multi, tandem editiones omnes saeculo XV in Italia impressae. Itaque Italia plures numerat codices, pauca optimos; contra Germania servat praestantes libros. Epimvero plerique Italici libri Tullianarum orationum saeculo XIV et XV descripti sunt, quod de Laurentiana, Taurinensi, aliisque bibliothecis constat ex editis catalogis, atque de Ambrosiana iudicium ferri potest ex diligentissimo elencho a Cl<sup>o</sup> Mai instituto [ad calcem alterius editionis Fragmentorum Ciceronis]. Universa autem haec librorum multitudo originem suam refert duobus vel tribus codicibus antiquioribus; rari enim erant Dantis aetate Tulliani libri, neque omnes in hominum manibus versabantur; tum hos codices nostrorum parentes ad deteriorem familiam pertinuisse luculenter evincit collectio Lagomarsiniana. Semel ac vero eruditi affuebant novitiis exemplaribus lectu et comparatu facilioribus, iisdemque cum omni ornamento pictis, neglectui habuerunt vetustiores codices, quorum adeo pars magna periit. Iam si a censu nostrorum codicum eximas universos hosce libros saeculi XIV et XV, pauci remanent, quos optimos credere iuvat, atque diligenter collatos vellem; sic Codex Ambrosianus C. 29. part. inf., atque alii non multi. Contra quam in Germania literae serius demum fuerint excitatae post inventam typographiam, desideratur turba recentiorum librorum, atque vetustiora exemplaria diligentius servata sunt; forte etiam fortuna contigit, ut priscis temporibus unum et alterum exemplar bonae familiae illuc fuerit delatum. Sed, licet nostrae famae plus obsit, quam prosit Tullianorum codicum numerus; Italia tamen gloriatur se habere codicem antiquissimum Basilicae Vaticanae, rescriptae schedas .... Quamquam quorsum haec disputo? Classica literatura ad Europam universam spectat; nihil ergo refert, quae provincia meliores codices possideat, dummodo omnium provinciarum opes simul collectae germanum tanti Oratoris textum restituant. Poggius ab Helvetia et Gallia novas ad eruditos sac-

cult XV aditit orationes, Lambinus, et Gronovius multa emendarunt ad fidem codicum Germanorum; Ernestius de textus puritate bene est meritus; Garatonius tempestate suis conatibus iniquissima coniecit meliora, habuitque ex Bavarico; nuperrime ex Italiae palimpsestis prodierunt fragmenta inedita, simulque editarum orationum lectiones eximiae. Quamvis codicum familia non una sit, quod explicasse videor; tamen restitutores operum Tullii ad unam pertinere debent eandemque criticam familiam. Controversias de municipali gloriola delet dies, optimae criticae iudicia confirmat.

Quae hucusque de duplici codicum familia, de auctoritate voluminum Lagomarsinii, et de praestantia totius collectionis disputavi, maxime mihi probabilia videbantur; atque adeo inclinabat animus, ut maximam collationis Lagomarsinianaem partem omitterem. Sed quum animo succurreret varia esse hominum iudicia, atque aequam de inedito opere iudicandi facultatem singulis esse tribuendam, fortasse etiam nova coniectaria deduci posse ad historiam Tulliani textus illustrandam, librorumque indolem aestimandam; aliud consilium cepi. Primis quidem numeris Orationis integram fere exhibui collectionem; subinde vero post numerum nonum multa praetermissi; ipse Niebuhrius missas iam fecerat plerasque vanissimas varietates orthographiae, interpunctionis, et quidquid est similium nugarum.

Lagomarsinianaem collationi non alia addidi subsidia, duos Taurinenses codices saeculi XL. deterjoris familiae, vide eos in Catalogo impresso n. DCVII et MLXXI; primum distinxi nota *Taurin.* 1. alterum *Taurin.* 2. Contuli etiam editionem principem Romanam; tum alteram, in folio, sine anno et loco, sed Venetiis typis Ienson vulgatam saeculo XV, quam unico nomine *Ignotam* appellavi.

Haec habui, quae te monerem, benigne lector; superest ut omnia aequi bonique facias.

M. TULLI CICERONIS

O R A T I O

PRO T. ANNIO MILONE.

- I. Etsi vereor, iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere, minimeque deceat, quam T. Annius ipse magis de reipublicae salute, quam de sua, perturbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse; tamen haec novi iudici nova forma terret oculos, qui, quocumque inciderunt, veterem consuetudinem fori, et primum morem iudiciorum requirunt. Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat: non usitata frequentia stipati sumus: non illa praesidia, quae pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim collocata sunt; non adferunt tamen oratori aliquid, ut in foro et in iudicio, quamquam praesidiis salutaribus et necessariis septi sumus, tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possim. Quae si opposita Miloni putarem, cederem tempori, iudices, nec inter tantam vim armorum existimarem esse oratori locum. Sed me recreat et reficit Cn. Pompei sapientissimi et iustissimi viri consilium: qui profecto nec iustitiae suae putaret esse, quem reum sententiae iudicum tradidisset, eundem telis militum dedere: nec sapientiae, temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare. Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, sed praesidium denuntiant: neque solam ut quieto, sed etiam ut magno animo simus, hortantur: neque auxilium modo defensionis meae, verum etiam silentium pollicentur. Reliqua vero multitudo, quae quidem est civium, tota nostra est; neque eorum quisquam, quos undique intuentes, unde aliqua pars fori adspici potest, et huius

exitum iudici expectantes videtis, non quam virtuti Milonis favet, tum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat.

II. Unum genus est adversam infestumque nobis, eorum, quos P. Clodi furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis publicis pavit; qui hesternam etiam contione incitati sunt, ut vobis voce praeirent, quid iudicaretis. Quorum clamor si quis forte fuerit, admonere vos debet, ut eum civem retineatis, qui semper genus illud hominum clamoresque maximos pro vestra salute neglexit. Quamobrem adeste animis, iudices, et timorem, si quem habetis, deponite. Nam, si unquam de bonis et fortibus viris; si unquam de benemeritis civibus potestas vobis iudicandi fuit; si denique unquam locus amplissimorum ordinum delectis viris datus est, ubi sua studia erga fortes et bonos cives, quae volta et verbis saepe significassent, re et sententiis declararent: hoc profecto tempore eam potestatem omnem vos habetis, ut statuatis, utrum nos, qui semper vestrae auctoritati dediti sumus, semper miseri lugeamus; an diu vexati a perditissimis civibus, aliquando per vos, ac per vestram fidem, virtutem, sapientiamque recreemur. Quid enim nobis duobus, iudices, laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici, aut fingi potest? qui spe amplissimorum praemiorum ad rempublicam adducti, metu crudelissimorum suppliciorum carere non possumus? Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum semper putavi Miloni esse subeundas, quia semper pro bonis contra improbos senserat; in iudicio vero et in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus amplissimi viri iudicarent, numquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius non salutem modo extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Quamquam in hac causa, iudices, T. Anni tribunatus, rebusque omnibus pro salute reipublicae gestis, ad huius criminis defensionem non abatemur. Nisi oculis videritis insidias Miloni a Clodio factas, nec deprecaturi sumus, ut crimen hoc nobis multa propter praeclara in rempublicam merita condonetis: nec postulaturi, ut, si mora P. Clodi salus vestra fuerit, id-

circo eam virtuti Milonis potius, quam populi Romani felicitati assignetis. Sed si illius insidiae clariores hac luce fuerint, tum denique obsecrabo obtestaborque vos, iudices, si cetera amissimus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia telisque vitam ut impune liceat defendere.

III. Sed, antequam ad eam orationem venio, quae est propria vestrae quaestionis, videntur ea mihi esse refutanda, quae et in Senatu ab inimicis saepe iactata sunt, et in concione saepe ab improbis, et paullo ante ab accusatoribus; ut, omni errore sublato, rem plane, quae venit in iudicium, videre possitis. Negant intueri lacem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? Nempe in ea, quae primum iudicium de espite vidit M. Horati fortissimi viri, qui, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est, quum sua manu sororem esse interfectam fateretur. An est quisquam, qui hoc ignoret, quum de homine occiso quaeratur, aut negari solere omnino esse factum, aut recte ac iure factum esse defendi? Nisi vero existimatis, dementem P. Africanum fuisse, qui quum a C. Carbone, Tribuno plebis, in contione seditiose interrogaretur, quid de Tib. Gracchi morte sentiret, respondit, iure caesum videri. Neque enim posset aut Ahala ille Servilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut, me consule, Senatus non nefarius haberi, si sceleratos cives interfici nefas esset. Itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt; eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis, non solum Divina, sed etiam sapientissimae Deae sententia liberatum. Quod si duodecim tabulae nocturnum furem, quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune voluerant; quis est, qui, quoquo modo quis interfectus sit, poeniendam patet, quum videat aliquando gladium nobis ad occidendam hominem ab ipsis porrigi legibus?

III. Atqui, si tempus est ullum iure hominis necandi, quae multa sunt, certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, quum

vi vis iniata defenditur. Pudicitiam quum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Mari, propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim adferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter, maluit. Atque hunc ille summus vir scelere solum periculo liberavit. Insidiatori vero et latroni quae potest inferri iniusta nex? Quid comitatus nostri, quid gladii volunt? quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Est enim haec, iudices, non scripta, sed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa adripimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed inbuti sumus; ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. Silent enim leges inter arma, nec expectari iubent, quum ei, qui expectare velit, ante iniusta poena luenda sit, quam iusta repetenda. Etsi persapienter et quodam modo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi, quae non modo hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat; ut, quam causa, non telum quaereretur, qui sui defendendi causa telo esset usus, non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur. Quapropter hoc maneat in causa, iudices; non enim dubito, quin probaturus sim vobis defensionem meam, si id memineritis, quod oblivisci non potestis, insidiatorem iure interfici posse.

V. Sequitur illud, quod a Milonis inimicis saepissime dicitur, caedem, in qua P. Clodius occisus est, Senatum iudicasse contra rempublicam esse factam. Illam vero Senatus non sententiis suis solum, sed etiam studiis comprobavit. Quoties enim est illa causa a nobis acta in Senatu? quibus adensionibus universi ordinis? quam nec tacitis, nec occultis? Quando enim, frequentissimo Senatu, quatuor, aut summum quinque sunt inventi, qui Milonis causam non probarent? Declarant huius ambusti Tribuni plebis illae intermortuae contiones, quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabatur; quum diceret, Senatum, non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere. Quae quidem si potentia est adpel-

*Cicero's Fragm.*

I i

landa potius, quam aut propter magna in rempublicam merita mediocris in bonis causis auctoritas, aut propter hos officiosos labores meos nonnulla apud bonos gratia; adpelletur ita sane, dummodo ea nos utamur pro salute honorum contra amentiam perditorum. Hanc vero quaestionem, etsi non est iniqua, nonquam tamen Senatus constituendam putavit. Erant enim leges, erant quaestiones vel de caede, vel de vi; nec tantum maerorem ac loctum Senatui mors P. Clodi adferebat, ut nova quaestio constitueretur. Cuius enim de illo incesto stupro iudicium decernendi Senatui potestas esset erepta, de eius interitu quis potest credere Senatum iudicium novum constituendum putasse? Cur igitur incendium Curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem hanc ipsam contra rempublicam Senatus factam esse decrevit? Quia nulla vis unquam est in libera civitate suscepta antequam cives non contra rempublicam. Non enim est illa defensio contra vim unquam optanda, sed nonnumquam est necessaria. Nisi vero aut ille dies, quo Ti. Graecus est caesus, aut ille, quo Caius, aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiamsi e rempublica, rempublicam tamen non volnerarunt. Itaque ego ipse decrevi, quam caedem in Appia via factam esse constaret, non eum, qui se defendisset, contra rempublicam fecisse; sed, quum inesset in re vis et insidiae, crimen iudicio reservavi, rem notavi. Quod si per furiosum illum Tribunum Senatui, quod sentiebat, perficere licuisset, novam quaestionem nunc nullam haberemus. Decernebat enim, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quaeretur. Divisa sententia est, postulante scio quo; nihil enim necesse est omnium me flagitia proferre; sic reliqua auctoritas Senatus empta intercessione sublata est.

- VI. At enim C. Pompeius rogatione sua et de re, et de causa iudicavit. Tulit enim de caede, quae in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus est. Quid ergo talis? nempe ut quaeretur. Quid porro quaerendum est? factumne sit? at constat; et quis? at patet. Vidit igitur etiam in confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi vidisset, posse absolvi eum, qui

fateretur; quum videret nos fateri, neque quæri unquam, iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in iudicando litteram, quam illam tristem dedisset. Mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil gravius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur, quid vos in iudicando spectare oporteret. Nam qui non poenam confessioni, sed defensionem dedit, in causam interitus quaerendam, non interitum putavit. Lam illud dicet ipse profecto, quod sua sponte fecit, Publio ne Clodio tribuendum putarit, an tempori.

VII. Domi suae nobilissimus vir, Senatus propugnator, atque, illis quidem temporibus, paene patronus, avunculus huius nostri iudicis, fortissimi viri, M. Catonis, Tribunus plebis M. Drusus occisus est. Nihil de eius morte populus consultus, nulla quaestio decreta a Senatu est. Quantum luctum in hac urbe fuisse a patribus nostris accepimus, quum P. Africano domi suae quiescenti illa nocturna vis esset inlata? quis tam non iugemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, necneina ne necessariam quidem expectatam esse mortem? Num igitur nulla quaestio de Africani morte lata est? certe nulla. Quid ita? quia non alio facinore elari homines, alio obscuro necantur. Intercessit inter vitae dignitatem summorum atque infimorum; mors quidem inlata per seculum iisdem et poenis teneatur et legibus. Nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem, quam si qui humilem necaverit; aut eo mors atrocior erit P. Clodi, quod is in monumento maiorem suorum sit interfectus. Hoc enim saepe ab iis dicitur; proinde quasi Appia, ille Caecus viam muniverit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur. Itaque in eadem ista Appia via, quum ornatissimum equitem Romanum P. Clodius M. Papirium occidisset, non fuit illud facinus poeniendum; homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat. Nunc eiusdem Appiae nomen quantas tragoedias excitat? quae cruentata antea caede honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis et parricidae sanguine inbuta est. Sed quid ego illa commemoro? Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodi, quem ille



ad Cn. Pompeium intensificandum collocarat; extorta est confitenti sica de manibus; caruit foro postea Pompeius, caruit Senata, caruit publico; ianua se ac parietibus, non iure legum iudiciorumque texit. Num qua rogatio lata? Num qua nova quaestio decreta est? Atqui si res, si vir, si tempus ullum dignum fuit, certe haec in illa causa summa omnia fuerunt. Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso Senatus; ei viro autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus civitatis; eo porro reipublicae tempore, quo si unus ille cecidisset, non haec solum civitas, sed gentes omnes concidissent. Nisi vero quia perfecta res non est, non fuit poenienda; proinde quasi exitus rerum, non hominem censilia legibus vindicentur. Minus dolendum fuit, re non perfecta, sed poeniendam certe nihilo minus. Quoties ego ipse, iudices, ex P. Clodi telis, et ex cruentis eius manibus effugi? ex quibus si me non vel mea, vel reipublicae fortuna servasset, quis tandem de interitu meo quaestionem tulisset?

VIII. Sed stulti sumus, qui Deum, qui Africanum, Pompeium, nosmetipsos, cum P. Clodio conferre audeamus. Tolerabilia fuerunt illa; P. Clodi mortem aequo animo ferre nemo potest. Laet Senatus, maeret equester ordo, tota civitas confecta senio est; squalent municipia, adficiuntur coloniae, agri denique ipsi tam beneficam, tam salutarem, tam mansuetam civem desiderant. Non fuit ea causa, iudices, profecto non fuit, cur sibi censeret Pompeius quaestiodem ferendam; sed homo sapiens, atque alta et divina quadam mente praeditus, multa vidit, fuisse sibi illum inimicum, familiarem Milonem; in communi omnium laetitia si etiam ipse gauderet, timuit, ne videretur infirmior fides reconciliatae gratiae. Multa etiam alia vidit, sed illud maxime; quamvis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicaturos. Neque desegit e florentissimis ordinibus ipsa lumbina; neque vero, quod nonnulli dicunt, secrevit in iudiciis legendis amicos meos. Neque enim hoc cogitavit vir iustissimus, neque in bonis viris legendis id adsequi potuisset, etiamsi cupisset. Non enim mea gratia familiaritibus continetur, quae late patere non possunt; propterea quod

consuetudines victus non possunt esse cum multis. Sed, si quid possumus, ex eo possumus, quod respublica nos coniunxit cum bonis. Ex quibus ille quum optimos viros legeret, idque maxime ad fidem suam pertinere arbitraretur, non potuit legere non studiosos mei. Quod vero te, L. Domiti, huic quaestioni praeesse maxime voluit, nihil quaesivit aliud, nisi iustitiam, gravitatem, humanitatem, fidem. Tulit, ut consularem necesse esset; credo, quod principum munus esse ducebat, resistere et levitati multitudinis, et perditorum temeritati. Ex consularibus te creavit potissimum; dederas enim, quam contemneres populares insanus, iam ab adolescentia documenta maxima. Quamobrem, iudices, ut aliquando ad causam, crimenque veniamus, si neque omnis confessio facti est inusitata; neque de causa quidquam nostra aliter, ac nos vellemus, a Senatu iudicatum est; et lator ipse legis, quum esset controversia nulla facti, iuris tamen disputationem esse voluit; et electi iudices estis, isque praepositus quaestioni, qui haec iuste sapienterque disceptet: reliquum est, iudices, ut nihil iam aliud quaerere debeatis, nisi, uter utri insidias fecerit. Quod quoque facilius argumentis perspicere possitis, rem gestam vobis dum breviter expono, quaeso, diligenter attendite.

VIII. P. Clodius quum statuisset omni scelere in Praetura vexare rempublicam, videretque ita tracta esse comitis anno superiore, ut non multos menses Praeturam gerere posset; qui non honoris gradum spectaret, ut ceteri, sed et L. Paullum collegam effugere vellet singulari virtute civem, et annum integrum ad dilacerandam rempublicam quaereret; subito reliquit annum suum, seseque in annum proximum transtulit, non, ut fit, religione aliqua, sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad Praeturam gerendam, hoc est, ad evertendam rempublicam, plerumque annum atque integrum. Occurrebat, mancam ac debilem Praeturam suam futuram, consulé Milone; cum porro summo consensu populi Romani Consulem fieri videbat. Contulit se ad eius competitores; sed ita, totam ut petitionem ipse solus, etiam invitis illis, gubernaret, tota ut comi-

tia suis, ut dictitabat, humeris sustineret. Convocabat tribus, se interponebat, Collinam novam delectu perditiasimorum civium conscribebat. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat. Ubi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum Consulē, idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis populi Romani saepe esse declaratum; palam agere coepit, et aperte dicere, occidendum Milonem. Servos agrestes et barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat, Etruriamque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. Res erat minime obscura; etenim palam dictitabat, Consulatum Miloni suscipi non posse, vitam postea significavit hoc saepe in Senatu, dixit in contione. Qui etiam Favonio, fortissimo viro, quaserenti ex eo, qua spe foret, Milone vivo, respondit, triduo illum, aut summum quatridentum periturum; quam vocem eius ad hunc M. Catonem statim Favonius detulit.

- X. Interim quam soiret Clodius [neque enim erat difficile scire] iter sollemne, legitimum, necessarium ante diem tertium decimum Kalendas Februarias Miloni esse Lanuvium ad Flaminem prodeundum, quod erat Dictator Lanuvi Milo, Roma subito ipse profectus, pridie est, ut ante suum fundus, quod re intellectum est, Miloni insidias collocaret. Atque ita profectus est, ut contionem turbulentam, in qua eius furor desideratus est, quae illo ipso die habita est, relinqueret; quam nisi abire facineris locum tempusque voluisset, numquam reliquisset. Milo autem quam in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus dimissus est, domum venit, calceps et vestimenta mutavit; paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est; deinde profectus id temporis, quam iam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla rheda; nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut solebat; sine uxore, quod numquam ferre. Quum hic insidiator, qui iter illud ad caedem faciendam adparasset, cum uxore veheretur in rheda paenulatus, magno impedimento, ac muliebri et delicato ancillarum puerorumque comitatu. Fit obviam Clodio ante sanctum eius hora fere undecima, aut non

multo secus. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum, adversi rhedarium, occidunt. Quum autem hic de rheda, reiecta paenula, desiluisset, sequae acri animo defenderet; illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad rhedam, ut a tergo Milonem adorirentur; partim, quod hunc iam interfectam putarent, caedere incipiunt eius servos, qui post erant. Ex quibus qui animo fideli in dominum et praesenti fuerunt, partim occisi sunt, partim, quum ad rhedam pugnari viderent, domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent, et revera putarent; fecerunt id servi Milonis [dicam enim aperte, non derivandi criminis causa, sed ut factum est] nec imperante, nec sciente, nec praesente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.

XI. Haec, sicut exposui, ita gesta sunt, iudices; insidiator superatus est, vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil dico quid respublica consecuta sit, nihil quid vos, nihil quid omnes boni; nihil sane, quod prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem servare potuerit, quin una rempublicam vosque servaret. Si id iure fieri non potuit, nihil habeo, quod defendam. Si hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris natura ipsa praescipsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent, non potestis hoc facinus inprobum iudicare, quin simul iudicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut vestris sententiis esse pereundum. Quod si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum, petitam, quam iugulari a vobis, quia se non iugulandum illi tradidisset. Si hoc nemo vestrum ita sentit, non illud iam in iudicium venit, occisus ne sit, quod fatemur, sed iure, an iniuria, quod multis in causis saepe quaesitum est. Insidias factas esse constat; et id est, quod Senatus contra rempublicam factum iudicavit; ab utro factae sint, incertum est; de hoc igitur latum est ut quaereretur. Ita et Senatus rem, non hominem, notavit; et Pompeius de iure, non de facto, quaestionem tulit.

XII. Numquid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? profecto nihil; si hic illi, ut ne sit impune; si ille huic, ut scelere solvamur. Quonam igitur pacto probari potest, insidias Miloni fecisse Clodium? satis est in illa quidem tam audaci, tam nefaria belua docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum *Cui bono fuerit* in his personis valeat; etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc adsequebatur, non modo ut Praetor esset non eo Consule, quo sceleris nihil facere posset; sed etiam ut iis Consulibus Praetor esset, quibus si non adiuvantibus, at conniventibus certe, speraret se posse eludere in illis suis cogitatis furoribus; cuius illi conatus, ut ipse ratiocinabatur, nec, si possent, reprimere vellent, quam tantum beneficium ei se debere arbitrarentur; et, si cuperent, fortasse vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate audaciam. An vero, iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini, vestrae peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur, quas ille leges [si leges nominandae sunt, ac non faeces urbis, pestes reipublicae] fuerit inpositurus nobis omnibus, atque inustus? Exhibe, quaeso, Sexte Clodi, exhibe librum illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse domo, et ex mediis armis turbaque nocturna, tamquam Palladium, sustulisse, ut praeclarum videlicet munus atque instrumentum tribunatus ad aliquem, si nactus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre posses. Atque permultas *leges praeter ius et aequitatem excogitatas quam recitare possem, unam tantum exponam, iudices, ceterarum omen atque firmamentum. Ille enim maiora suis legibus suffragia, atque latrociniiis arma comparaturus constituerat, ut servis, qui privata dominorum voluntate manumissi in libertate morabantur, iusta libertas ac civitas Romana cum suffragio in rusticis tribubus ipso iure daretur.* An huius ille legis, quam Clodius a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consule? De

nostrum enim omnium: — non audeo totum dicere. Videte quid ea viti lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio est. Et adspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, quum omnibus omnia minabatur. Movet me quippe lumen curiae. Quid? tu me iratum, Sexte, putas tibi, cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam poenitus es, quam erat humanitatis meae postulare? Tu P. Clodi cruentum cadaver eiecisti domo, tu in publicum abiecisti; tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semustilatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Quare, etsi nefarie fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam, laudare non possum, irasci certe non debeo.

XIII. *Audistis, iudices, quantum Clodio profuerit occidi Milonem; convertite animos nunc vicissim ad Milonem. Quid Milonis intererat interfici Clodium? Quid erat, cur Milo, non dicam, admitteret, sed optaret? Obstabat in spe Consulatus Miloni Clodius. At eo repugnante fiebat; immo vero eo fiebat magis; nec me suffragatore meliore utebatur, quam Clodio. Valebat apud vos, iudices, Milonis erga me remque publicam meritorum memoria; valebant preces, et lacrimae nostrae, quibus ego tum vos mirifice moveri sentiebam; sed plus multo valebat periculorum independentium timor. Quis enim erat civium, qui sibi solutam P. Clodi Praeturam sine maximo rerum novarum metu proponeret? solutam autem fere videbatis, nisi esset is Consul, qui eam auderet possetque constringere. Eam Milonem unum esse quum sentiret, universus populus Romanus, quis dubitaret suffragio suo se metu, periculo rempublicam liberare? At nunc, P. Clodio remoto, usitatis iam rebus enitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. Singularis illa, et huic uni concessa gloria, quae quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, iam Clodi morte cecidit. Vos adepti estis, ne quem civem metueretis; hic exercitationem virtutis, suffragationem Consulatus, fontem perennem gloriae suae perdidit. Itaque Milonis Consulatus, qui, vivo Clodio, labefactari non poterat, mortuo denique tentari coeptus est. Non modo igi-*

tar nihil prodest, sed obest etiam P. Clodi mors Miloni. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriae, poenitor doloris sui. Quid, si haec non dico maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? Quid enim odisset Clodium Milo segetem ac materiam suae gloriae, praeter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat ut odisset primum defensorem salutis meae, deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum, postremum etiam accusatorem suum; reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum illum tulisse creditis? quantum odium illius, et in homine iniusto quam etiam iustum fuisse?

**XIII.** Reliquum est, ut iam illum natura ipsius consuetudoque defendat; hunc autem haec eadem coarguant. Nihil per vim umquam Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo, iudices? quum moerentibus vobis, urbe cessi, iudiciumne timui? non servos, non arma, non vim? Quae fuisset igitur iusta causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiciendi? Diem mihi, credo, dixerat: multam inrogarat: actionem perduellionis intenderat: et mihi videlicet in causa aut mala, aut mea, non et praeclarissima, et vestra, iudicium timendum fuit. Servorum, et egentium civium, et facinorosorum armis meos cives, meis consiliis, periculisque servatos, pro me obici nolui. Vidi enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensium, lumen et ornamentum reip. pene interfici servorum manu, quum mihi adesset; qua in turba C. Vibienus, Senator, vir optimus, cum hoc quum esset una, ita est mulcatus ut vitam amiserit. Itaque quando illius postea sicca illa, quam a Catilina acceperat, conquievit? Haec intentata nobis est: huic ego vos obici pro me non sum passus: haec insidiata Pompeio est: haec istam Appiam, monumentum sui nominis, nece Papii, cruentavit: haec, haec eadem longo intervallo conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, me ad Regiam paene confecit. Quid simile Milonis? cuius vis omnis haec semper fuit, ne P. Clodius, quum in iudicium detrahi non posset, vi oppressam ci-

vitatem teneret. Quem si interficere voluisset, quantae, quoties occasiones, quam praeclarae fuerunt? Potuit ne, quum domum, ac deos penates suos, illo oppugnante, defenderet, iure se ulcisci? Potuitne, cive egregio, et viro fortissimo, P. Sestio, collega suo, vulnerato? Potuitne Q. Fabricio, viro optimo, quum de reditu meo legem ferret, pulso, crudelissima in foro caede facta? Potuit ne, L. Caecilii, iustissimi, fortissimique praetoris, oppugnata domo? Potuit ne illo die, quum lex est lata de me? quum totius Italiae concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens agnovisset: ut, etiamsi id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem pro sua vindicaret?

XV. Atqui id erat tempus. Clarissimus et fortissimus consul, inimicus Clodio, P. Lentulus, ultor sceleris illius, propugnator Senatus, defensor vestrae voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meae: septem praetores, octo tribuni pleb. illius adversarii, defensores mei: Cn. Pompeius auctor, et dux mei reditus, illius hostis: cuius sententiam Senatus omnis de salute mea gravissimam, et ornatissimam secutus est: qui populum Romanum est cohortatus: qui, quum decretum de me Capuae fecit, ipsae cunctae Italiae cupienti, et eius fidem imploranti, signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent. Omnia tum denique in illum odia civium ardebant desiderio mei: quem qui tum interemisset, non de inpunitione eius, sed de praemiis cogitaretur. Tamen se Milo continuit, et P. Clodium in iudicium bis, ad vim numquam vocavit. Quid? privato Milone, et reo ad populum, accusante P. Clodio, quum in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est: quae tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? Nuper vero, quum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus adtulisset, gravissimamque adolescens nobilissimus reipub. partem fortissime suscepisset, atque illam belluam, iudici laqueos declinantem, iam inretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, di immortales, fuit? quum se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset, magnum Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua invidia, Antoni vero maxima



gloria? Quid? comitiis in campo quoties potestas fuit? quum ille vi in septa inrupisset, gladios dstringendos, lapides iacendos curavisset, dein subito, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos, et omnes boni vota faceretis, ut Miloni uti virtute sua liberet?

XVI. Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco, quem tempore, quem in-pune non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitavit occidere? Praesertim, iudices, quum honoris amplissimi contentio, et dies comitorum subesset: quo quidem tempore (scio enim, quam timida sit ambitio, quantaque, et quam sollicita cupiditas consulatus) omnia non modo, quae reprehendi palam, sed etiam obscure quae cogitari possunt, timemus: rumorem, fabulam, fictam, levem perhorrescimus: ora omnium, atque oculos intuemur. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque civium, qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis saepe fastidiunt. Hunc diem igitur Campi speratum, atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus et facinus prae se ferens et confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? quam hoc non credibile in hoc? quam idem in Clodio non dubitandum, qui se, interfecto Milone, regnaturum putaret? Quid? quod caput est audaciae, iudices: quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem? In utro igitur haec fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti aut praeclari, aut certe necessarii? an in Clodio? qui ita iudicia, poenamque contempserat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret? Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? Te quinti Petilli, adpello, optimum, et fortissimum civem: te, M. Cato, testor: quos mihi divina quaedam sors dedit iudices. Vos ex M. Favonio audistis, Clodium sibi dixisse, et audistis, vivo Clodio, periturum Milonem triduo. Post diem tertium gesta res

est, quam dixerat. Quum ille non dubitaret aperire, quid cogitaret; vos potestis dubitare, quid fecerit?

XVII. Quemadmodum igitur eum dies non fefellit? dixi equidem modo. Dictatoris Lanuvini stata sacrificia nosse, negoti nihil erat. Vidit, necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo profectus est, die. 'Itaque antevertit. At quo die? quo, ut ante dixi, fuit insanissima contio ab ipsius mercenario tribuno pleb. concitata: quem diem ille, quam contionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus adproperaret, numquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. Quid si, ut ille scivit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? Primum quaero, qui scire potuerit: quod vos idem in Clodio quaerere non potestis. Ut enim neminem alium, nisi T. Patinam, familiarissimum suum, rogasset, scire potuit, illo ipso die Lanuvi a dictatore Milone prodi flaminem necesse esse. Sed erant permulti alii, ex quibus id facillime scire posset: omnes scilicet Lanuvini. Milo de Clodi reditu unde quaesivit? Quaesierit sane. Videte, quid vos largiar. Servum etiam, ut Q. Arrius, meus amicus, dixit, corruerit. Legite testimonia testium vestrorum. Dixit C. Cassinius Scola Interamnas, familiarissimus, et idem comes P. Clodi, cuius iam pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnae fuerat et Romae, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse: sed subito ei esse nuntiatum Cyrum architectum esse mortuum: itaque repente Romam constituisse proficisci. Dixit hoc comes item P. Clodi, C. Clodius.

XVIII. Videte, iudices, quantae res his testimoniis confectae sunt. Primum certe liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur in via Clodio: quippe qui obvius ei futurus omnino non erat. Deinde (non enim video, cur non meum quoque agam negotium) scitis, iudices, fuisse, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius. Me videlicet latronem ac sicarium abiecti homines

et perditū describebant. Iacent hi suis testibus, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Respiravi: liberatus sum: non vereor, ne quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. Nunc persequar cetera; nam occurrit illud: igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus. Siquidem exiturus ad caedem e villa non fuisset. Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem adpropinquare. Nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientem? Una fui: testamentum simul obsignavi cum Clodio: testamentum autem palam fecerat, et illum heredem, et me scripserat. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora decima denique ei nuntiabatur.

XVIII. Age, sit ita factum: quae causa, cur Romam properaret? cur in noctem se coniceret? quid adferebat festinationis quod heres erat? primum erat nihil, cur properato opus esset: deinde, si quid esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie mane Romam venisset? Atque ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potius, quam expetendus fuit: sic Miloni, quum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat subsidendum atque expectandum fuit. Noctu, insidioso et pleno latronum in loco occidisset: nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes salvum, etiam contentem, volunt. Sustinisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator, et receptator locus, dum neque muta solitudo indicasset, neque caeca nox ostendisset Milonem: deinde multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam haec timentes in suspicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria. Atque illo die certe Aricia rediens, divertit Clodius ad se in Albanum. Quod nisi sciret Milo illum Ariciae fuisse, suspicari tamen debuit, eum, etiamsi Romam illo die reverti vellet, ad villam suam, quae viam tangeret, deversurum. Cur neque ante oc-

currit, ne ille in villa resideret: nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset? Video adhuc constare, iudices, omnia: Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere: illi ad ea, quae concupierat, optatissimum interitum Milonis: odium fuisse illius in hunc acerbissimum; nullum huius in illum: consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda; huius tantum in repellenda: mortem ab illo denuntiatam Miloni, et praedictam palam; nihil umquam auditum ex Milone: profectionis huius diem illi notum; reditus illius huic ignotum fuisse: huius iter necessarium; illius etiam potius alienum: hunc prae se tulisse, se illo die Roma exiturum; illum eo die se dissimulasse rediturum: hunc nullius rei mutasse consilium; illum causam mutandi consilii finxisse: huic, si insidiaretur, noctem prope urbem exspectandam; illi, etiamsi hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.

**XX.** Videamus nunc id, quod caput est; locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior. Id vero, iudices, etiam dubitandum, et diutius cogitandum est? Ante fundum Clodi, quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium, edito adversari atque excelso loco, superiorem se fore putabat Milo, et ob eam rem eum locum ad pugnam potissimum delegerat? an in eo loco est potius exspectatus ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat? Res loquitur, iudices, ipsa: quae semper valet plurimum. Si haec non gesta audiretis, sed picta videretis: tamen adpareret uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali, quum alter veheretur in rheda paenulatus, una sederet uxor. Quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus promptum ad pugnam, quum paenula irretitus, rheda impeditus, uxore paene constrictus esset? Videte nunc illum, primum egredientem e villa subito: cur? vesperi: quid necesse est? tarde: qui convenit, id praesertim temporis? Devortit in villam Pompei. Pompeium ut videret? sciebat in Alsiensi esse. Villam ut perspiceret? mil-

et perditū describēbant. Iacent hī suis testibus, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Respiravi: liberatus sum: non vereor, ne quod ne suspicari quidem poterim, videar id cogitasse. Nunc persequar cetera; nam occurrit illud: igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus. Siquidem exiturus ad caedem e villa non fuisset. Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiasset, non id nuntiasset, sed Milonem adpropinquare. Nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientem? Una fui: testamentum simul obsignavi cum Clodio: testamentum autem palam fecerat, et illum heredem, et me scripserat. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora decima denique ei nuntiabatur.

XVIII. Age, sit ita factum: quae causa, cur Romam properaret? cur in noctem se coniceret? quid adferebat festinationis quod heres erat? primum erat nihil, cur properato opus esset: deinde, si quid esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie mane Romam venisset? Atque ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potius, quam expetendus fuit: sic Miloni, quum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat subdendum atque expectandum fuit. Noctu, insidioso et pleno latronum in loco occidisset: nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes salvum, etiam contentem, volunt. Sustinisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator, et receptator locus, dum neque muta solitudo indicasset, neque caeca nox ostendisset Milonem: deinde multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam haec timentes in suspicionem caderent: tota denique, rea citaretur Etruria. Atque illo die certe Aricia rediens, divertit Clodius ad se in Albanum. Quod nisi sciret Milo illum Ariciae fuisse, suspicari tamen debuit, eum, etiamsi Romam illo die reverti vellet, ad villam suam, quae viam tangeret, deversurum. Cur neque ante oc-

currit, ne ille in villa resideret: nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset? Video adhuc constare, iudices, omnia: Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere: illi ad ea, quae concupierat, optatissimum interitum Milonis: odium fuisse illius in hunc acerbissimum; nullum huius in illum: consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda; huius tantum in repellenda: mortem ab illo denuntiata Miloni, et praedictam palam; nihil unquam auditum ex Milone: profectionis huius diem illi notum; reditus illius huic ignotum fuisse: huius iter necessarium; illius etiam potius alienum: hunc prae se tulisse, se illo die Roma exiturum; illum eo die se dissimulasse rediturum: hunc nullius rei mutasse consilium; illum causam mutandi consilii finxisse: huic, si insidiaretur, noctem prope urbem exspectandam; illi, etiamsi hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.

**XX.** Videamus nunc id, quod caput est; locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior. Id vero, iudices, etiam dubitandum, et diutius cogitandum est? Ante fundum Clodi, quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium, edito adversari atque excelso loco, superiorem se fore putabat Milo, et ob eam rem eum locum ad pugnam potissimum delegerat? an in eo loco est potius exspectatus ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat? Res loquitur, iudices, ipsa: quae semper valet plurimum. Si haec non gesta audiretis, sed picta videretis: tamen adpareret uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali, quum alter veheretur in rheda paenulatus, una sederet uxor. Quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus promptum ad pugnam, quum paenula irretitus, rheda impeditus, uxore paene constrictus esset? Videte nunc illum, primum egredientem e villa subito: cur? vesperi: quid necesse est? tarde: qui convenit, id praesertim temporis? Devortit in villam Pompei. Pompeium ut videret? sciebat in Alsiensi esse. Villam ut perspiceret? mil-

lies in ea fuerat. Quid ergo erat? mora et tergiversatio: dum hic veniret, locum relinquere noluit.

- XXI.** Age, nunc iter expediti latronis cum Milonis impedimentis compare. Semper ille antea cum uxore, tum sine ea: numquam non in rheda, tum in equo: comites Graeculi, quocumque ibat, etiam quum in castra Etrusca properabat, tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui numquam, tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat, et ancillarum greges: ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas duceret, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator a latrone, nonnumquam etiam latro a viatore occiditur: quia, quamquam paratus in inparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. Nec vero sic erat umquam non paratus Milo contra illum, ut non satis fere esset paratus. Semper ille et quantum interesset P. Clodi se perire, et quanto illi odio esset, et quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrem vitam suam, quam maximis praemiis propositam, et paene addictam sciebat, numquam in periculum sine praesidio, et sine custodia proiciebat. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui saepe spoliante iam, et exultantem evertit, et perculit ab abiecto. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis: qui quum a tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de eius extremis comitibus cogitavit: in quos incensos ira, vitamque domini desperantes quum incidisset, haesit in iis poenis, quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt. Cur igitur eos manumisit? metuebat scilicet, ne indicarent, ne dolorem perferre non possent, ne tormentis cogerentur, occisum esse a servis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid quaeris? occiderit ne? occidit: Iure an iniuria? nihil ad tortorem. Facti enim in equuleo quaestio est, iuris in iudicio.
- XXII.** Quod igitur in causa quaerendum est, id agamus hic: quod tormentis invenire vis, id fatemur. Manu vero cur miserit, si id potius quaeris quam cur parum amplis adfecerit praemiis,

nescis inimici, factum reprehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter et fortiter, *M. Cato*; dixitque, in turbulenta contione, quæ tamen huius auctoritate placata est, non libertate solum, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse, qui domini, caput defendissent. Quod enim præmium satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit? Et si id quidem non tanti est, quum quod propter eosdem non sanguine, et vulneribus suis, crudelissimi inimici mentem, oculosque satiavit. Quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuerunt, conservatores domini, ultores sceleris, defensores necis. Hic vero nihil habet in his malis, quod minus moleste ferat, quam, etiamsi quid ipsi accidat, esse tamen illis meritum præmium persolutum. Sed quæstiones urgent *Milonem*, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. Quibusnam de servis? rogas? de *P. Clodi*. Quis eos postulavit? *Appius*. Quis produxit? *Appius*. Unde? ab *Appio*. Di boni! quid potest agi severius? De servis nulla lege quæstio est in dominos, nisi de incestu, ut fuit in *Clodium*. Proxime deos adcessit *Clodius*, propius quam tum, quum ad ipsos penetrarat: cuius de morte, tamquam de caeremoniis violatis, quaeritur. Sed tamen maiores nostri in dominum de servo quaeri noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum, et dominis morte ipsa tristius. In reum de servis accusatoris quum quaeritur, verum inveniri potest? Age vero, quæ erat, aut qualis quæstio? Heus tu, *Rufio*, verbi causa, cave, sis, mentiaris. *Clodius* insidias fecit *Miloni*? fecit; certa crux: nullas fecit; sperata libertas. Quid hac quæstione certius? subito adrepti in quæstionem, tamen separantur a ceteris, et in arcas coniciuntur, ne quis cum iis conloqui possit. Hi centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quæstione dici potest integrius? quid incorruptius?

XXIII. Quod si nondam satis cernitis, quum res ipsa tot tam claris argumentis signisque luceat, pura mente atque integra Milo-



nem, nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum, Romam revertisse: recordamini, per deos immortales, quae fuerit celeritas reditus eius: qui ingressus in forum, ardente curia: quae magnitudo animi, quæ vultus, quae oratio. Neque vero se populo solum, sed etiam Senatui commisit: neque Senatui modo, sed etiam publicis praesidiis, et armis; neque his tantum, verum etiam eius potestati, cui Senatus totam rempublicam, omnem Italiae pubem, cuncta populi Romani arma commiserat. Cui numquam se hic profecto tradidisset, nisi causae suae confideret; praesertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti. Magna vis est conscientiae, iudices, et magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarent. Neque vero sine ratione certa, causa Milonis semper a Senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem, praesentiam animi, defensionis constantiam. An vero obliti estis, iudices, recenti illo nuntio necis Clodianae, non modo inimicorum Milonis sermones, et opiniones, sed nonnullorum etiam inperitorum? negabant eum Romam esse rediturum. Sive enim illud animo irato ac percito fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicum; arbitrabantur, eum tanti mortem P. Clodi putasse, ut aequo animo patria careret, quum sanguine inimici expleisset odium suum: sive etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum, quin, quum suo periculo salutem reipublicae adtulisset, cederet aequo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam, nobis haec fruenda relinqueret, quae ipse servasset. Multi etiam Catilinam, atque illa portenta loquebantur: erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriae faciet. Miseros interdum cives, optime de re publica meritos! in quibus homines non modo res praecclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur. Ergo illa falsa fuerant: quae certe vera extitissent, si Milo admisisset aliquid, quod non posset honeste, vereque defendere.

**XXIII.** Quid, quae postea sunt in eum congesta? quae quemvis etiam mediocrium delictorum conscientia perculissent, ut sustinuit, di immortales! Sustinuit? immo vero ut contempsit, ac pro nihilo putavit? quae neque maximo animo nocens, neque innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset. Scutorum, gladiatorum, sparorum, pilorumque etiam multitudo deprehendi posse indicabatur. Nullum in urbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus: arma in villam Ocrulanam devecta Tiberi: domus in clivo Capitolino scutis referta: plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum. Haec non delata solum, sed paene credita: nec ante repudiata sunt, quam quaesita. Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompei; sed dicam, ut sentio, iudices; nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt ii, quibus tota commissa est respublica. Quin etiam fuerit audiendus popa Licinius, nescio qui, de Circo maximo: servos Milonis apud se ebrios factos, sibi confessos esse de interficiendo Cn. Pompeio coniurasse: deinde postea se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nuntiavit. Arcessor in primis. De amicorum sententia rem defert ad Senatum. Non poteram in illius mei patriaeque custodis tanta suspitione non metu exanimari; sed mirabar tamen credi popae: confessionem servorum audiri: volnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. Verum, ut intelligo, cavebat magis Pompeius, quam timebat, non ea solum, quae timenda erant, sed omnino omnia, ne aliquod vos timeretis. Oppugnata domus C. Caesaris, clarissimi et fortissimi viri, per multas noctis horas nuntiabatur. Nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat: tamen audiebatur. Non poteram Cn. Pompeium, praestantissima virtute virum, timidum suspicari: diligentiam, tota respublica suscepta, nimiam nullam putabam. Frequentissimo Senatu nuper in Capitolio Senator inventus est, qui Milonem cum telo esse diceret. Nudavit se in sanctissimo templo,

quoniam vita falsi et civis et viri fidem non faciebat, ut, eo tacente res ipsa loqueretur. Omnia falsa, atque insidiose facta comperta sunt.

**XXV.** Quod si tamen metuitur etiam nunc Milo, non hoc iam Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei; (te enim iam appello et ea voce, ut me exaudire possis) tuas, tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas, si Italiae delectus, ut nonnulli conquisitores tui dixerunt, si haec arma, si Capitolinae cohortes, si excubiae, si vigiliae, si delecta iuventus, quae tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum armata est, atque illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt: magna in hoc certe vis et incredibilis animus, et non unius viri vires, atque opes iudicantur, siquidem in hunc unum, et praestantissimum dux electus, et tota respublica armata est. Sed quis non intelligit, omnes tibi rei-publicae partes aegras et labantes, ut eas his armis sanares et confirmares, esse commissas? Quod si locus Miloni datus esset; probasset profecto tibi ipsi, neminem unquam hominem homini cariorum fuisse, quam te sibi: nullum se unquam periculum pro tua dignitate fugisse: cum illa ipsa taeterrima peste se saepissime pro tua gloria contendisse: tribunatum suum ad salutem meam, quae tibi carissima fuisset, consiliis tuis gubernatum; se a te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione praeturae: duos se habere semper amicissimos sperasse; te tuo beneficio, me suo. Quae si non probaret: si tibi ita penitus inhaesisset ista suspicio, nullo ut evelli modo posset: si denique Italia a delectu, urbs ab armis, sine Milonis clade numquam esset conquietura: nae iste haud dubitans cessisset patria, is, qui ita natus est, et ita consuevit; te, Magne, tamen antestaretur, quod nunc etiam facit.

**XXVI.** Vide quam sit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna, quantae infidelitates in amicis, quam ad tempus aptae simulationes, quantae in periculis fugae proximorum,

quantae similitudines. Erit, erit illud profecto tempus, et inlu-  
cescet aliquando ille dies, quum tu, salutarius, ut spero, re-  
bus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum im-  
mutatis [qui quam crebro accidat, experti debemus scire] et  
amicissimam benevolentiam, et gravissimam hominis fidem, et unius  
post homines natos fortissimam viri magnitudinem animi deside-  
res. Quamquam, quis hoc credat, Cn. Pompeium, curis pub-  
lici, moris maiorum, rei denique publicae peritissimum, quum  
Senatus ei commiserit, ut videret, *ne quid respublica detri-  
menti caperet*: quo uno versiculo satis armati semper consu-  
les fuerunt, etiam nullis armis datis: hunc exercitum hunc de-  
lecta dato, iudicium expectaturum fuisse in eius consilii vin-  
dicandis, qui vi iudicis ipsa tolleret? Satis iudicatum est a  
Pompeio, satis, falso ista conferri in Milonem qui legem tu-  
lit, qua, ut ego sentio, Milonem absolvi a vobis oporteret; ut  
omnes contenti, liceret. Quod vero in illo loco, atque illis  
publicorum praesidiarum copis circumfusus sedet, satis de-  
clarat, se non terrorem inferre vobis; (quid enim illo minus  
dignum, quam cogere, ut vos eum condemnatis; in quem ani-  
madvertere ipse et more maiorum, et suo iure posset?) sed  
praesidio esse, ut intelligatis, contra hesternam sationem il-  
lam licere vobis, quod sentiat, libere iudicare.

XXVII. Nec vero me, iudices, Clodianus crimen movet: nos tam sum-  
me demens, tamque vestri sensus ignarus, atque capter, ut nes-  
ciamus, quid de morte Clodii sentiat. Deinde, si iam nollem  
Sulla iurata diceret, et tamen, ut aliqui, tamen in pace Miloni palam cla-  
marent, atque mentiri gloriose liceret. Occidi, occidi, non Spu-  
ritum Maesium, qui anno levanda, iacturisque rei familiaris,  
quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit  
regni appetendis non T. Gracchum, qui collegae magistratum  
per seditionem abrogavit, quorum interfectores impleverunt  
orbem terrarum nominis sui gloria; sed eum, (auderet enim  
dicere, quum patriam periculo suo liberasset) cuius nefandum  
adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimae feminae

comprehenderunt: eum, cuius supplicio Senatus sollemnes religiones expiandas saepe censuit: eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse, L. Lucullus iuratus se, quaestionibus habitis, dixit comperisse: eum, qui civem, quem Senatus, quem populus Romanus, quem omnes gentes urbis ac vitae civium conservatorem iudicabant, servorum armis exterminavit: eum, qui regna dedit, ademit: orbem terrarum, quibuscum voluit partitus est: eum, qui, plurimis caedibus in foro factis, singulari virtute et gloria civem domum, vi et armis compulit: eum, cui nihil umquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum, qui aedem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret: eum denique, cui iam nulla lex erat, nullum civile ius, nulli possessionum termini: qui non calumnia litium, non iniustus vindictis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat: qui non solum Etruscos, eos enim penitus contempserat, sed hunc P. Varium fortissimum atque optimum civem, iudicem nostrum, pellere possessionibus, armis castrisque conatus est: qui cum architectis et decempedis villas multasque hortosque peragrabat: qui Ianiculo et Alpibus spem possessionum terminabat suarum: qui, quum ab equite Romano splendido et forti, M. Paconio non impetrasset, ut sibi insulam in lacu Prilio venderet, repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, caementa, arma contulit, dominoque trans ripam inspectante, non dubitavit aedificium extruere in alieno: qui huic T. Furio Fanio, cui viro? di immortales! (quid enim ego de muliercula Stantia? quid de adolescente P. Apinio dicam? quorum utriusque mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessissent) sed ausum esse Furio Fanio dicere, si sibi pecuniam, quantum poposcerat, non dedisset, mortuum se in domum eius inlaturum; qua invidia huic esset tali viro conflagrandum: qui Appium fratrem, hominem mihi coniunctum fidissima gratis, absentem de possessione fundi deiecit: qui parietem sic per vestibulum soro-

ris instituit ducere, sic agere fundamenta, ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu, et limine.

**XXVIII.** Quamquam haec quidem iam tolerabilia videbantur, etsi aequaliter in rempublicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos iruebat; sed nescio quomodo iam non obdormerat et percalluerat civitatis incredibilis patientia. Quae vero aderant iam et inpendebant, quonam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre? Imperium ille si nactus esset, omitto socios, exterarum nationes, reges, tetrarchas: vota enim faceretis, ut in eos se potius inmitteret, quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias. Pecunias dico? a liberis, a liberis, medius fidius, et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingis haec putatis, quae patent? quae nota sunt omnibus? quae tenentur? servorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse, per quos totam rempublicam, resque privatas omnium possideret? Quamobrem, si cruentum gladium tenens clamaret T. Annius: Adeste, quaeso, atque audite cives; P. Clodium interfeci; eius furores, quos nullis iam legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro, et hac dextera a cervicibus vestris repuli; per me ut unum ius, aequitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in civitate manerent: esset vero timendum, quonam modo id ferret civitas. Nunc enim quis est, qui non probeat? qui non laudet? qui non unum post hominum memoriam T. Annium plurimum reipublicae profuisse, maxima laetitia populum Romanum; cunctam Italiam, nationes omnes adfecisse et dicat, et sentiat? Non queo, vetera illa populi Romani gaudia quanta fuerint iudicare. Multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias actas nostra vidit, quarum nulla neque tam diuturnam adtulit laetitiam, nec tantam. Mandate hoc memoriae, iudices. Spero multa vos liberosque vestros in republica bona esse visuros; in iis singulis ita aemper existimabatis, vivo P. Clodio, nihil eorum vos visuros fuisse. In spem maximam, et, quemadmodum confido, verissimam adducti su-

omnino non minus, hunc ipsum annum, hoc ipso eum quo viro consule, compressa hominum licentia, cupiditatis fractis, legibus, et iudiciis constitutis, salutarem civitati fore. Num quis igitur est tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuisse arbitrii oblatum? Quid? ea, quae tenetis, privatae atque vestrae, dominantis homine furioso, quod ius perpetuae possessionis habere non potuissent?

**XXVIII.** Non dices, iudices, ne odio inimicitiarum uterum inflammatum, libentius haec in illum evomere videar, quam verius. Etenim etsi praecipuum esse debebat, tamen ita communis erat alicuius omnium illo hostis, ut in communi odio pesae aequaliter versaretur odium meum. Non potes dici, satis, ne cogitari quidem potest, quantum in illo scelere, quantum iniquitate fuerit. Quin sic attendite, iudices: nempe haec est quaestio de interitu P. Clodii. Fugite animis: liberae enim sunt cogitationes nostrae, et quae volunt sic intuentur, ut ea dernamus, quae non videmus. Fugite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meae: si possim efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit. Quid vultis extimistis? quonam modo ille vos viduaret, vos adhaeret, quos mortuus inani cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute ac fortuna est, ut ea potuerit tuterit semper, quae nemo praeter illum: si is, inquam, potuisset, ut quaestionem de morte P. Clodi ferre, sic ipsum ab inferis excitare; utrum putatis potius facturum fuisse? Etiam si propter amicitiam velle illam ab inferis evocare, propter rem publicam non fecisset. Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis et de eius necelata quaestio est, qui si eadem lege reviviscere posset, lata lex numquam esset. Huius ergo interfectoris, si esset, in confixendo ab iis ne poenam timeret, quos liberavisset? Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quae ego vidi Athenis? quae aliis in urbibus Graeciae? quas res divinas talibus institutas, viris? quos cantus? quae carmina? prope ad immortalitatis et religionem, et me-

moriam consecrantur. Vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem non modo honoribus nullis adficietis, sed etiam ad supplicium rapi patiimini? Confiteretur, confiteretur, inquam, si fecisset, et magno animo et libente, se fecisse libertatis omnium causa: quod esset ei certe non confitendum modo, verum etiam praedicandum.

XXX. Etenim, si id non negat, ex quo nihil petit, nisi ut ignoscatur, dubitaret id fateri, ex quo etiam praemia laudis essent petenda? nisi vero gratus putat esse vobis, sui se capitis, quam vestri, defensorem fuisse: quum praesertim in ea confessione, si gratus esse velletis, honores adaequeretur amplissimos: si factum vobis non probaretur (quamquam qui poterat salus sua cuiquam non probari?) aed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata civitate. Nam quid esset ingratus, quam laetari ceteros, lugere eum solum, propter quem ceteri laetarentur? Quamquam hoc animo semper fuimus omnes in patriae proditoribus opprimendis, ut, quoniam nostram futura esset gloria, periculum quoque, et invidiam nostram putaremus. Nam quae mihi ipsi tribuenda laus esset, quum tantum in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem, si id, quod conabar, sine maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitrarer? quae mulier accleratam ac perniciosum civem occidere non auderet, si periculum non timeret? Proposita invidia, morte, poena, qui nihilo segnius rempublicam defendit, is vir vere putandus est. Populi gratus est, praemiis adficere benemeritos de republica cives: viri fortis, ne supplicii quidem moveri, ut fortiter fecisse poeniteat. Quamobrem uteretur eadem confessione T. Annius, qua Abala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmetipsi; et, si grata respublica esset, laetaretur; si ingrata, tamen in gravi fortuna conscientia sua niteretur.

XXXI. Sed huius benefici gratiam, iudices, fortuna populi Romani, et vestra felicitas, et di immortales sibi deberi putant. Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim esse ducit,



numenve divinum; quem neque imperi vestri magnitudo, neque sol ille, nec coeli signorumque motus, nec vicissitudines rerum atque ordines movent, neque, id quod maximum est, maiorum nostrorum sapientia, qui sacra, qui caeremonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt, et nobis suis posteris prodiderunt. Est, est profecto illa vis; neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat, et sentiat, et non inest in hoc tanto naturae, tam praeclaro motu. Nisi forte idcirco esse non putant, quia non adparet, neque cernitur: proinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua haec ipsa agimus ac dicimus, videre, aut plane qualis, aut ubi sit, sentire possumus. Ea vis, ea igitur ipsa, quae saepe incredibiles huic urbi felicitates, atque opes adtulit, illam perniciem extinxit ac sustulit: cui primum mentem iniecit, ut vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet, vincere-turque ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam. Non est humano consilio, ne mediocri quidem, iudices, deorum immortalium cura, res illa perfecta. Religiones mehercule ipsae, quae illam belluam cadere viderunt, commosse se videntur, et ius in illo suum retinuisse. Vos enim iam, Albani tumuli, atque luci, vos, inquam, inploro atque testor, vosque Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales, quas ille praeceps amentia, caesis prostratis-que sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresse-rat: vestrae tum, vestrae religiones vigerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat: tuque ex tuo edito monte, Latiaris sancte Iupiter, cuius ille lacus, nemora, finesque saepe omni nefario stupro et scelere macularat, aliquando ad eum poeniendum oculos aperuisti: vobis illae, vobis vestro in conspectu serae, sed iustae tamen et debitae poenae solutae sunt. Nisi forte hoc etiam casu factum esse dicemus, ut ante ipsum sacra-rium Bonae deae, quod est in fundo Sergi Galli, in primis honesti et ornati adolescentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, quum praelium commisisset, primum illud volnus acciperet, quo

taeterrimam mortem obiret: ut non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem poenam reservatus.

**XXXII.** Nec vero non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu atque ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine fupere, oblitus cruore et luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, cui cedere etiam inimici solent, ambureretur abiectus. Non fuisse credo fas clarissimorum virotum formas illi taeterrimo parricidae aliquid decoris adferre, neque ullo in loco potius mortem eius lacerari quam in quo esset vita damnata. Dura, medius fidius, mihi iam fortuna populi Romani et crudelis videbatur, quae tot annos illum in hac republica insultare patere-  
tur. Polluerat stupro sanctissimas religiones: Senatus gravissima decreta perfregerat: pecunia se a iudicibus palam redemerat: vexarat in tribunatu Senatum: omnium ordinum consensu pro salute reipublicae gesta resciderat, me patria expulerat, bona diripuerat, domum incenderat, liberos coniugem meam vexarat, Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat, magistratum privatorumque caedes effecerat, domum mei fratris incenderat, vastarat Etruriam, multos sedibus ac fortunis eiecerat: instabat, urgebat: capere eius amentiam civitas, Italia, provinciae, regna non poterant: incidebantur iam domi leges, quae nos servis nostris addicerent: nihil erat cuiusquam, quod quidem ille adamasset, quod non hoc anno suum fore putaret. Obstabat eius cogitationibus nemo, praeter Milonem. Illum ipsam, qui obstare poterat, novo reditu in gratiam quasi devinctum arbitrabatur: Caesaris potentiam suam esse dicebat: bonorum animos in meo casu contempserat: Milo unus urgebat.

**XXXIII.** Hic di immortales, ut supra dixi, mentem illi perditam ac furiosam dederunt, ut huic faceret insidias. Aliter perire pestis illa non potuit: numquam illum respublica suo iure esset ulta. Senatus, credo, praetorem eum circumscripisset. Ne quam solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid profecerat. An consules in praetore coercendo fortes fuissent? Pri-

num, Milone occiso, habuisset suos consules. Deinde quis in eo praetore consul fortis esset, per quem tribunum virtutem consularem crudelissime vexatam esse meminisset? Oppressisset omnia, possideret, teneret: lege nova, quae est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis, servos nostros libertos suos fecisset. Postremo, nisi eum di immortales in eam mentem impulissent, ut homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie rempublicam nullam haberetis. An ille praetor, ille vero consul, si modo haec templa atque ipsa moenia stare eo vivo tamdiu, et consulatum eius expectare potuissent, ille denique vivus mali nihil fecisset, qui mortuus, uno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce, curiam incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consili publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo Romano concessam uni ordini, inflammari, excindi, funestari? neque id fieri a multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno, qui quum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? In curiam potissimum abiecit, ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat. Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de curia? et qui ab eo spirante forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri curia? Excitate, excitate ipsum, si potestis, ab inferis. Frangetis impetum vivi, cuius vix sustinetis furias insepulti? nisi vero sustinueritis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum falcoibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Cae di vidistis populum Romanum, contionem gladiis disturbari, quum audiretur silentio M. Caelius tribunus plebis, vir et in republica fortissimus, et in suscepta causa firmissimus, et bonorum voluntati, et auctoritati Senatus deditus, et in hac Milonis sive invidia, sive fortuna, singulari divina et incredibili fide.

**XXXIII.** Sed iam satis multa de causa: extra causam autem nimis for-

tasse multa. Quid restat, nisi ut orem, obtesterque vos iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non inplorat; ego, etiam repugnante hoc, et inploro, et exposco? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrymam adpexistis Milonis: si voltum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem, ac non mutata[m] videtis, hoc minus ei parcere; haud scio, an multo sit etiam adiuvandus magis. Etenim si in gladiatorii pugnis, et infimi generis hominum conditione atque fortuna, timidus atque supplices, et, ut vivere liceat, obsecrantes, etiam odissē solemus: fortes et animosos, et se acriter ipsos morti obferentes servari cupimus: eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis civibus facere debemus? Me quidem, iudices, exanimant et interimunt hae voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet haec urbs praeclara, mihiq[ue] patria carissima, quoquo modo erit merita de me: tranquilla republica mei cives, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed propter me tamen, perfruantur. Ego cedam, atque abibo. Si mihi bona republica frui non licuerit, at carebo mala, et quam primum tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam. O frustra, inquit, mihi suscepti labores! o spes fallaces, et cogitationes inanes meae! Ego quum tribunus pleb., republica oppressa, me Senatui dedissem, quem extinctum acceperam: equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant: mihi umquam bonorum praesidium defuturum putarem? Ego quum te (mecum enim saepissime loquitur) patriae reddissem, mihi putarem in patria non futurum locum? Ubi nunc Senatus est, quem secuti sumus? ubi equites Romani illi, illi, inquit, tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiae voces? ubi denique tua illa, M. Tulli, quae plurimis fuit auxilio, vox atque defensio? mihi ne ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari?

**XXXV.** Nec vero haec, iudices, ut ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur voltu, quo videtis. Negat enim, negat ingratis civibus se fecisse, quae fecit: timidus, et omnia circumspicientibus pericula non negat. Plebem, et infimam multitudinem, quae P. Clodio duce, fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vita vestra, se fecisse commemorat: ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret; nec timet, ne quum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rempublicam singularibus. Senatus erga se benevolentiam temporibus his ipsis saepe esse perspectam: vestras vero, et vestrorum ordinum obscurationes, studia, sermones, quemcumque cursum fortuna dederit, secum ablatum esse dicit. Meminit etiam, sibi vocem praekonis modo defuisse, quam minime desiderarit: populi vero cunctis suffragiis, quod unum cupierit, se consulem declaratum: nunc denique, si haec contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. Addit haec, quae certe vera sunt, fortes et sapientes viros non tam praemia sequi solere recte factorum, quam ipsa recte facta: se nihil in vita, nisi praeclearissime fecisse; siquidem nihil sit praestabilius viro, quam periculis patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit a suis civibus: nec tamen eos miseros, qui beneficio cives suos vicerint: sed tamen ex omnibus praemiis virtutis, si esset habenda ratio praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam: esse hanc unam, quae brevitatem vitae posteritatis memoria consolaretur: quae efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus: hanc denique esse, cuius gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere. De me, inquit, semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur, nulla umquam obmutescet vetustas. Quin hoc tempore ipso, quum omnes a meis inimicis faces invidiae meae subiciantur, tamen omni in hominum coetu, gratiis agendis, et gratulationibus habendis, et omni sermone celebramur. Omitto Etruriae festos, et actos, et institutos dies: centesima lux est haec

ab interitu P. Clodi, et, opinor, altera: qua fines imperii populi Romani sunt, non solum fama iam de illo, sed etiam laetitia peragravit. Quamobrem, ubi corpus hoc sit, non, inquit, laboro; quoniam omnibus in terris et iam versatur, et semper habitabit nominis mei gloria.

**XXXVI.** Haec tu mecum saepe, his absentibus: sed iisdem audientibus, haec ego tecum, Milo. Te quidem, quum isto animo es, satis laudare non possum: sed quo est ista magis divina virtus, eo maiore a te dolore divellor. Nec vero, si mihi eriperis, reliqua est illa tamen ad consolandum querela, ut his irasci possim, a quibus tantum vulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non male aliquando de me meriti, sed semper optime. Nullum umquam, iudices, mihi tantum dolorem inuretis (etsi quis potest esse tantus?) sed ne hunc quidem ipsum, ut obliviscar quanti me semper feceritis. Quae si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur, quam Milonia? Praeclare enim vixero, si quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum mali videro. Nunc me una consolatio sustentat, quod tibi, T. Anni, nullum a me amoris, nullam studi, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetivi: ego meum saepe corpus et vitam obieci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te supplicem abieci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum in communionem tuorum temporum contuli: hoc denique ipso die si qua vis est parata, si qua dimicatio capitis futura, deponco. Quid iam restat? quid habeo, quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quaecumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo: vosque obsecro, iudices, ut vestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse videatis.

**XXXVII.** His lacrymis non movetur Milo. Est quodam incredibili robore animi: exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus: mortem naturae finem esse, non poenam. Sit hic ea mente,

qua natus est. Quid vos iudices? quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis, ipsum eicietis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quam hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinem effudistis: vos in viri, et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, et huic iudicio praesidentibus, haec tanta virtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? proicietur? O me miserum! o me infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me ne non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? At in qua causa non potuisse? quae est grata gentibus. A quibus non potuisse? ab iis, qui maxime P. Clodi morte adquierunt. Quo deprecante? me. Quodnam ego concepi tantum scelus, aut quod in me tantum facinus admisi, iudices, quum illa iudicia communis exiti indagavi, patefecerim, protuli, extinxi? Omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores. Quid me reducem esse voluistis? an ut, inspectante me, expellerentur ii, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorem reditum esse, quam fuerit ille ipse discessus. Nam qui possum putare, me restitutum esse, si distrahor ab iis, per quos restitutus sum?

**XXXVIII.** Utinam di immortales fecissent (pace tua, patria, dixerim: metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie). utinam P. Clodius non modo viveret, sed etiam praetor, consul, dictator esset potius, quam hoc spectaculum viderem. O di immortales! fortem, et a vobis, iudices, conservandum virum! Minime, minime, inquit; immo vero poenas ille debitas luerit, nos subeamus, si ita necesse est, non debitas. Hiccine vir patriae natus, usquam, nisi in patria, morietur? aut, si forte, pro patria? huius vos animi monumenta retinebitis,

corporis in Italia nullum sepulcrum esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsum a vobis ad se vocabunt? O terram illam beatam, quae hunc virum exceperit; hanc ingratham, si eiecerit; miseram si amiserit! Sed finis sit. Neque enim prae lacrymis iam loqui possum; et hic se lacrymis defendi vetat. Vos oro, obtestorque, iudices, ut in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, iustitiam, fidem, mihi credite, is maxime probabit, qui in iudiciis legendis optimum, et sapientissimum, et fortissimum quemque delegit.



A D N O T A T I O N E S.

I. Quam Titus] *Cum contra Titus* 1. 2. pr. m. 3. 10. 11. 24. 86. ex corr. 68. 88. *Cum con. Titus* 13. *Cum con. Titus* 8. 43. *Cum C. Titus* 25. *Cum Consul Titus* 21. 23. 97. *Cum Milo Titus* 6. pr. m. 20. 75. *Cum M. Titus* 4. 2. sc. m. LAG. *Cum consul Titus* Taur. 1. *Cum milo T. Taurin.* 2. ex corr. *Cum contra Titus* Rom. et Ign. Quae lectiones mihi videntur ortae ex eo codice, in quo glossator aliquis usus compendiosa sigla adscripserat *con*, quam alii recte *contra* legerunt, alii *consul*, alii demum religiose servarunt.

Annius ipse] Ita 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 18. 20. 21. 23. 24. 25. 43. 54. 65. 86. 97. 68. 69. 75. 88. LAG. Ceteri cum Ernesto *Annius Milo ipse*. Sed nomen *Milo* exulat quoque a codicibus Lallemandi, a duobus Britannicis, ab Erfurtensi, ab altero Barberino, a Garatoniano, ab illo Car. Stephani, a Romana, ab Ignota, a libris cum scriptis tum editis Quintiliani Inst. Orat. XI. 3. p. 1008. Bavaricus *T. Antonius, ipse*. Cognomen etiam omittit ipse Cicero infra cap. 2. 28. 30. 36. post red. ad Quir. 6. in Sen. 8. de Har. resp. 3. 4. et pro Sext. 40.

Me] *meq.* 6. pr. m. 7. 9. 20. 54. 65. 97. LAG. Accedit Taur. 2. ex corr.

Inciderunt] Ita 43. 97. pr. m. 92. LAG. Ceteri *inciderint* cum utroque Taurinensi. At *inciderunt* dedit Graevius Fabricii et Lambini codices suumque Erfurtensem secutus, quibus accensendus est Bavaricus, atque adstipulantur meliores libri Quintiliani l. l. Ceterum novi iudicii novam formam probe iam viderant Ciceronis oculi utpote praesentem, atque illam, ex qua exordii argumentum ducebat.

Requirunt] *Desiderant* 1. 3. 7. 9. 54. Var. 1. 25. 86. *Requirunt desiderant* 23. *Minime vident* 4. 6. pr. m. 20. 65. 67. 68. 70. 71. 72. 73. 75. 81. 88. 95. LAG. *Desiderant* Taurin. 1. et Roman. *Minime vident* Ignota, et Taur. 2. ex corr., qui in marg. *requirunt* notat. *Requirunt* est in Bavarico, quinque Britan., Quintiliano, Isidoro II. Orig. 18. atque in Diomede, qui p. 466 de pedibus agens, quibus periodi terminantur, omnino legit *requirunt*. Ipse Cicero in Pison. 12. *suum pristinum morem requisivit*. Quare lectio *minime vident* est putum glossema; illa *desiderant* probabilis; sed nostra *requirunt* exquisitor, ad oculorum metaphoram aptior, atque, teste Diomede, in fine periodi numerosior.

Non illa] Ita 25. pr. m. 43. LAG. quibuscumq. facit Bavaricus; ceteri vero cum editionibus universis *nam illa*.

Collocata] *Collata* codd. praeterquam quod 13. *collocata* in marg. pro var. habet: editiones itidem, praeter 73. 81. 92. LAG. Heumannus putat haec esse illa praesidia, quae Ciceronem a Pompeio petisse *temporibus Milonianis* scribit Balbus in epistola, quae subiungitur IX ad Attic. 8. ut antea Corradus ibi censuerat. Hic accedit Middletonus in vita Cic. I. VI. ad hunc annum. Sed haec ad iudicii libertatem comparata praesidia, qualia olim in turpissima P. Clodii causa iudices postularant, ab iis diversa esse, de quibus loquitur Balbus, facile videbuntur, si argumentum Asconii conferas cum epistola 10. libri III. ad diversos, ubi Manutius, loco adlato Balbi, differentiam subindicat. Haec praesidia, ut omnis a iudicio tumultus amoveretur, a L. Domitio Quaesitore M. Marcellum, et Milonem ipsum implorasse, Domitium autem a Cn. Pompeio obtinuisse scribit Asconius. Immo infestus ille Miloni, ut notum est, plus etiam praestitit, quam rogabatur. Lucanus I. 319.

„Quis castra timenti

„Nescit mixta foro? gladii quum triste minantes

„Iudicium insolita trepidum cinxere corona,

„Atque auso medias perrumpere milite leges

„Pompeiana reum clausurunt signa Milonem?

Aliud vero praesidium pro se ipso privatim petiit Cicero a Pom-

peio, ne invidia temporis opprimeretur, quum Tribuni plebis Plan-  
cus, et Q. Pompeius in se multitudinem concitarent, qui anno se-  
quente earum rerum nomine, quas in tribunatu contra rep. ges-  
serant, damnati sunt. Cum his Tribunis Sex. Clodius, et Clodiani  
omnes Ciceroni vim perniciemque intentabant. GARATONIUS. [1]

Sunt] Sint 1. 24. LAG.

Non] Omittit 73. expungit 86. LAG.

Aliquid] *Terroris aliquid* 18. 24. 86 — 6. 25. a sc. m — Var. 13.  
*Horroris aliquid* 73. LAG. *Horroris aliquid* Vaticanus a Lambino  
laudatus, et duo Palatini. *Terroris aliquid* Erfurt. Barber. pr.  
munus ex Britan. et Memmiani codd. Ernestius, quem Schutzius se-  
cutus est, ita locum vexatissimum emendavit: *etsi contra vim col-  
locata sunt, nobis afferunt tamen horroris aliquid*, contenditque  
compendio scriptum *nobis* errori locum fecisse, ut legeretur *non*. Novi-  
quidem negationem *non* compendiose scribi, at mihi incomperta est si-  
gla pronominis *nobis*. Garatonio vero ponderanti sequentia verba *ut ne  
non timere quidem sine aliquo timore possimus* videbatur tam *horroris*,  
quam *terroris*, tum per se, tum ob varietatem ipsam, esse glossemia;  
eodemque loco habendam esse vocem *oratori*, quae sententiam coar-  
tat; negationem vero ferri non posse, nisi alia antecedit, ut nihil  
sit de adfirmatione detractum; tandem illud *nam* ita ibi otiosum  
esse, ut mendo facile adfine sit. Quare suspicabatur a Cicerone  
scriptum: *Non enim corona consessus vester cinctus est, ut sole-  
bat; non usitata frequentia stipati sumus: nec illa praesidia . . .  
etsi contra vim collocata sunt, non adferunt tamen aliquid, ut . . .  
ne non timere quidem sine aliquo timore possimus*. Eadem ratione  
oratio colligatur pro Murena 35. *Non igitur, si L. Natta . . . :  
nec si virgo Vestalis . . . locum suum gladiatoribus concessit huic,  
non et illa pio fecit, et hic a culpa est remotus*. Locutio *adferre  
aliquid* est apud Ciceronem I. de Offic. 44. II. de finib. 27 et ali-  
bi. Eam consequitur particula *quo*, veluti V. Tuscul. 7. et III. de

[1] M. Tullii Ciceronis Oratio pro T. Annio Milone cum adnotationibus et versio-  
ne Italica Gasparis Garatonii. Bononiae 1817. 8o. Librum laude mea maio-  
rem indicasse sufficiat.

finib. 3. *cas* [philosophorum disciplinas] *non modo nihil adferre arbitror, quo meliores simus, sed ipsam depravare naturam, ita enim locus constituendus est cum Pareo Lex. crit. p. 59. Ad hunc modum argumentabatur Garatonius. At ferri poterat particula non, quin nec refingeretur. Praeterea non audeam vocabulum oratori omnino expungere; video mendosum esse oratori, ut . . . possimus, quare cum Taurinensis 1. legat possum, atque compendia vocum possim et possimus adfinia maxime sint, equidem reposui possim.*

Sumus] *Simus* 1. 3. 8. LAG. Ita et Romana, quod maluisset Ernestius, nisi vocem ipsam *sumus* spuriam iudicasset, quam adeo Schutzius omnino a textu expunxit.

Tamen] Omittit 7. expung. 11. LAG.

Quidem] Omittit 1. 3. 4. 6. pr. m. 7. 8. 9. 13. 20. 21. 23. 24. 25. pr. m. 54. 65. 86. sec. m. 67. 68. 69. 75. 88. LAG. Abest quoque ab utroque Taurin. ab utroque Barber. a Garatoniano, a quatuor Britannicis, a Statii scholias. ad I. Theb. 379. a Romana, et ab Ignota. Habent tamen meliores codices Bavaricus, et Erfurten-sis, atque venustatem contextui conciliat; sic in Vatin. II. *ne recte quidem facere sine scelere potuisti.*

Tempori] *Temporibus* Bavaricus et Fabriciani duo, quod Lambinus receperat.

Nec inter] *Nec enim inter* 18. 86 — 13. 25. a sec. m. LAG. uti et Memmiani codd.

Oratori locum esse] *Orationi locum esse* 6. pr. m. 20. 23. 25. var. *Esse oratori locum* II. sec. m. *Locum esse oratori* 24. 86. pr. m. 18. var. LAG. *Orationi locum esse* Memmiani codd. *Esse orationi locum* Erfurten-sis. *Esse oratori locum* Bavaricus, quod postremum placuit Garatonio.

Ca.] *Gn.* 1. 6. 8. 13. 18. 20. 21. 23. 25. 68. 88. *G.* 54. pr. m. 65. pr. m. LAG. Quam variantem semel monuisse sufficiat.

*Iustissimi*] Sic 86. et in marg. 13. atque a sec. manu 18. Ceteri codices omnes *illustrissimi*, quod vel ipse ille cod. 86. in margine exhibet: idemque habent editiones omnes ante Aldinam. LAG. Lectionem

*illustrissimi* refutarunt Sabellicus T. I. F. C. Grut. p. 185; et Vos-  
sius III. Inst. Orat. 2. p. 335.

Eundem] *Eum* 18. 86. pr. m. 25. var. LAG.

Centuriones, cohortes] *Illi centuriones, illae cohortes* 97. LAG.

Denuntiant] *Esse denuntiant* 13. *Esse nuntiant* 23. 21. var. LAG.

Quieto] *Aequo* 71. 72. LAG. quibus accedit codex Uraini.

Quieto, sed etiam ut magno] *Quieto animo, sed ut etiam magno*  
4. 25. 65. LAG.

Neque eorum] *Ut eorum* 86. LAG.

Quisquam] *Quisquam est* 68. 75. 88. LAG. et Ignota.

Intuentes] *Confluentis* 13. var. 86. sec. m. *Confluentes* 6. var. 18.  
sec. m. 25. var. LAG. *Confluyenteis* cod. Memmianus, ex quo Lam-  
binus libenter fecisset *contuentes*.

Ex hoc ipso loco] Omittunt codices multi LAG. Taurinensis 2. ha-  
bet in marg. Desiderantur in Romana, adsunt in Ignota.

Cernitis] Omittunt 2. 4. 6. 9. 10. 11. 18. 20. 21. 25. 43. 65. 86. 97.  
92. LAG. Deest etiam in Taurin. 2, Erfurt. Pithoeano, Duisbur-  
geni, Saxonico, Bavarico, duobus Barber. Garatoniano, quatuor  
Britann. et in cod. Clerici. Erat enim in vulgatis quos undique in-  
*tuentes cernitis*.

Pars fori] *Fori pars* 73. 11. sec. m. LAG.

Aspici] *Inspici* 6. 20. }  
Potest] *Possit* 97. } omitt. 9. LAG.

Et huius exitum iudicii expectantes videtis] Ita 6. var. 20. *Hoc  
ipso in loco videtis expectantes* 6. *Et hic iam videtis exp.* 4. *Et  
hi quos non vid. exp.* 9. *Et huius quam non vid. exp.* 65. *Et  
huiusmodi ex. iud. exp.* 67. 69. *Et huius vid. iud. ex. exp.* 25.  
*Et huius iud. vid. exp.* 2. 10. 11. 21. 43. *Et huius iud. exp.* 97.  
*Et huius ex iud. vid. exp.* 18. 86. 92. *Et huiusmodi ex. iud. vid.  
exp.* 75. Ceteri codd. *Et huius exit. iud. exp.* Erat *expectantis*  
in 18. 86. 25. sec. m. LAG. Lectionem a me editam praesefereunt  
Erfurt. Pith. Duisburg. Saxon. Bavar. cod. Clerici, et codd. Pari-  
sienses Lallemandi. *Videtis expectantes* est in Taurin. 2. duobus  
Barber. Garaton. et quatuor Britan.

- Cam virtuti] *Tum virtuti* 1. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 18. 20. 21. 23. 24.  
54. 65. 86. 97. 70. 72. 95. *Tam* 2. sec. m. *Tamen* 25. 43. LAG.  
*Tum Roman.* Saepe in codicibus post saeculum XIII conspiciuntur C  
et T. ob maximam ductum affinitatem confunduntur. Est etiam  
*tum* in utroque Taurin.
- Tum] *Quam* 2. sec. m. 3. *Tamen* 43. LAG.
- Decertari] *Certari* 67. 68. 69. 70. 75. 88. LAG. et Ignota.
- Putat] *Putant* 9. 18. 65. 86. sec. m. LAG. et Taurin. 2.
- II. Rapinis et incendiis] *Rap. incend.* 9. 24. LAG.
- Pavit] *Patuit* 4. 6. pr. m. *Armavit* 7. 9. *Paruit* 8. *Omittit* 24.  
pr. m. vacuo spatio. *Panavit* 24. sec. m. 54. 65. 67. 69. 74. 72.  
75. LAG. *Paravit Roman.*
- Incitati] *Concitati* 9. 13. 18. 6. sec. m. 25. var. LAG.
- Praeirent] *Praedicerent* 1. 3. 7. 13. 23. 24. 6. sec. m. 21. var. LAG.  
Glossema *praedicerent* est etiam in Taurin. 1; pessime duo Britann.  
*praedicarent.* „Egregie Schwarzius hanc locutionem illustrat ad  
„Rlinii paneg. p. 559. Eleganter inest acerbitas, quasi formulam  
„ipsam sententiae praerint, a qua vel pallulum discedere ne-  
„fas esset, ut in precationibus et iureiurando.“ GARATONIUS.
- Quid] *Qui* 9. 43. LAG.
- Si qui] Ita 43. 92. LAG. nec non Erfurt. Bavaricus, quod recepe-  
runt Graevius, Ernestius, Schutzius, et Garatonijs. Vulgo quis.
- Genus illud] *Allud genus* 1. 3. 24. 54. 97. LAG. et Romana. sigla
- Pro vestra] *Prae vestra* 2. 11. pr. m. 13. var. LAG.
- Neglexit] *Neglexerit* 4. 7. 26. 65. 67. 68. 69. 75. 88. *Neglexerat*  
6. pr. m. LAG. *Neglexerit Britannijs,* et Ignota.
- Timorem] *Terrorem* 9. LAG.
- Bonis et sortibus] *Bonis et de fortibus.* 23. 86. sec. m. *Bonis de*  
*fortibus* 1. 3. 24. 54. LAG. cum codice 23. facit Taurin. pr. cum  
cod. n. consentit Romana.
- Fuit] *Fuarit* 43. LAG.
- Delectis] *Dilectis* 4. 43. 73. 92. *Dilatis* 65. *Disertis* 6. pr. m.  
20. 54. LAG. *Dilectis* cod. Garatonijs, et unus Britann. quod in  
textum admisit Garatonijs. *Disertis* Barberin. priores unus Britann.

Illud mihi orthographiae genus improbatum, quo vocabula diversae significationis confunduntur, ut hic *dilectis* et *delectis*.

Ubi] *Ut* Bavaric. unus Britann.

Sua studia] *Studia sua* 1. 3. 7. 8. 13. 23. 24. 25. 54. LAG. Taurin. 1. et Romana.

Omnem vos habetis] *Omnem habetis* 18. 86. pr. m. LAG.

Ut] *Ubi* 43. LAG.

Perditissimis] *Perditis*. 9. LAG.

Ac vestram] *Ac per vestram* 2. 4. 6. 10. 11. 18. 20. 21. 25. sec. m. 46. 65. 86. 25. sec. m. 67. 69. 75. LAG. Accedunt codd. Lambiniana, Bavaricus, uterque Barber. septem Britann. Garatonianus, et cod. C. Stephani. *Et per vestram* Taurin. 2.

Recreemur] *Requiescamus* 2. 11. 23. 21. var. 25. var. LAG. et Taurin. 2. in var.

Duobus] *De vobis* 1. 3. 9. 54. pr. m. 6. var. *De nobis* 24. pr. m. LAG. *De vobis* Romana. Cum a Bavarico absit vox *duobus*, tum eam spuriam indicavit Garatonius. Admissa vero lectione *nobis iudices*, sequeretur Ciceronem non tantum se ipsum adiunxisse Miloni, verum etiam iudicibus, atque toti optimatum generi; iam magis oratorium est clientis causam cum pluribus, maxime vero cum iudicibus communicare.

Iudices laboriosius] *Labor. iud.* 24. 70. 95. LAG.

Magis exercitum] *Quid magis ex.* 4. 24. LAG. *Exercitatum* Romana, et Taurin. 2. ex corr.

Præciorum] *Beneficiorum* 6. 20. LAG.

Suppliciorum] *Exitiorum* 1. 3. 13. sec. m. 68. 69. 70. 71. 72. 81. 85. 88. 95. Omitt. 7. 24. *Iudiciorum* 54. LAG. *Exitiorum* Roman. et Ignota. Voces *exitiorum* et *suppliciorum* permutari sane nequeant; varietas ergo lectionis ab interpretatione profecta est. *Exitiorum* exquisitius est et rarius, idque habent editiones fere omnes ante Lambinianam. Contra *suppliciorum* tritum quidem et vulgare est, optime tamen legitur in oratione, qua crimen homicidii a cliente depellitur; ei favent codices fere omnes, iique diversae familiae.

**Equidem]** *Et quidem* 1. 2. 3. 4. 7. 8. 10. 11. 13. 18. 21. 23. 25. 43. 54. 65. 86. 97. editionesque praeter 92. LAG. His adde utrumque Taurin. Roman. et Ign. Sed *Equidem* confirmant Quintilianus VIII. 6. et Servius ad I. Aen. 148. Barberinus *Equidem ego*, cum Cicero, non secus ac Virgilius, *equidem* ponat pro *ego quidem*.

**Ceteras tempestates]** *Ceteras etiam tempestates* 54. LAG. *Tempestates ceteras* Taurin. 2.

**Quia semper]** Ita 1. 2. 3. 7. 8. 10. 11. 13. 18. 21. 23. 24. 25. 43. 54. 86. 97. 6. sec. m. LAG. Accedunt codices Lambini, Erfurtensis, Bayar. quatuor Britan. Taurinensis uterque, et Romana editio. Tantis auctoritatibus permetus lectionem vulgatam *quod semper* mutavi.

**Sed etiam]** *Sed ne etiam* 67. 68. 69. 75. 88. LAG. et Ignota. Quare Garatonius coniecit scriptum fuisse *sed ne gloriam*, ut *ne positum* fuerit pro *ne quidem*; nihil tamen mutat.

**Infringendam]** *Refringendam* 95. LAG. et Romana.

**Rebusque]** *Rebus* Codices, exceptis 18. et 86. pr. m. Editiones praeter 92. LAG. Accedunt Bavaricus, uterque Barb. sex Britannici, Garatonianus, uterque Taurin. Romana, Ignota. Tamen encliticam sensus postulat.

**Omnibus]** Omitt. 18. 86. pr. m. LAG. unus Britann. et Palatinus tertius.

**Huius]** *Eius* 4. 6. pr. m. 20. 65. 67. 73. 75. LAG. et Garatonianus. Male, praecedit enim *in hac causa*.

**Defensionem]** *Defensionem opitalari* 7. LAG.

**Abutemur]** *Arbitremur* 1. 4. 7. 13. pr. m. 21. 23. 25. 43. 54. 65. 97. *Arbitremur opus esse* 9. 54. sec. m. LAG. *Arbitremur Taurin.* 2. ex var. Taurin. 1. ex corr.

**Factas]** *Facta sunt* 43. *Esse factas* 92. LAG. Cum 92. consentit Erfurtensis. Ernestius ita interpungebat *non abutemur, nisi oculis videritis ins. M. a Cl. factas: nec deprecaturi* etc. Mihi vero cum Garatonio videtur prior diaiunctionis pars *Nisi oculis videritis . . . nec deprecaturi* etc., cui respondet altera *Sin illius insidiae . . . tum denique obsecrabo*.

*Ciceronis Fragm.*

O o



- Multa propter] *Propter multa* 2. 86—6. 11. 13. a sec. m. LAG.  
Accedit Bavaricus, quem planiorem ordinem praeoptavit Garatonius.  
Ut si mors] *Ut mors* 10. *Ut quia mors* 6. sec. m. 18. pr. m. 25.  
var. 86. 73. LAG. Cum 6. consentiunt cod. Lambini, Barber. pri-  
mus. Sed *quia* ab interprete est.
- Pop. Rom.] *Reip.* 25. 86. pr. m. LAG.
- Sed si illius] *Sin illius* 73. 92. LAG. Contra codicum atque anti-  
quarum editionum auctoritatem recentiores scripserunt *Sin*, cum  
*sed si* probum esset.
- Obsecrabo] *Obsecro* 6. 20. LAG.
- Obtestaborque] *Obtestorque* 6. 20. 43. 68. 75. 88. LAG. et Ignota.
- III. Orationem] *Rationem* 4. 9. 13. 65. LAG.
- Nostrae quaestionis] *Vestrae quaestionis* 43. 73. LAG. Accedunt  
Bavaricus et codex Modii, quam lectionem amplexus est Garato-  
nius; haec enim iudicum erat quaestio de criminibus disceptan-  
tium, qua in reos inquirebatur; *vestrae quaestionis* legitur etiam  
in pari loco pro Cluentio 58. Addere quoque poterat V. Cl<sup>m</sup> lo-  
cum infra 8. *reliquum est, iudices, ut nihil iam aliud quaerere de-  
beatis, nisi, uter utri insidias fecerit.* Sed cum in quaestione in-  
stituenda orator se praebeat comitem Iudicibus, recte etiam *no-  
strae* scribi potest; quemadmodum infra 5. est *novam quaestionem  
nunc nullam haberemus*
- Videntur ea mihi esse refutanda] *Videntur esse refutanda* 25. 54.  
*Videntur esse ea ref.* 43. *Vid. ea mihi esse ref.* 13. sec. m. *Vid.  
ea esse referenda* 97. LAG. Cum cod. 13. consentit Taurin. 1. ex  
var. Coloniensis etiam addit *mihi*.
- Quae et in Senatu] *Quae in Senatu* codd. omnes, et editiones, prae-  
ter 92. LAG. Copulam tamen *et* habent codices a Grutero com-  
memorati.
- Ab inimicis] *Saepe ab inimicis* Codd. praeter 2. 7. 43. Edd. prae-  
ter 73. 92. LAG.
- Saepe iactata sunt] *Ab improbis saepe iactata sunt* 1. 3. 4. 6. 7.  
10. 11. 13. pr. m. 21. 23. 24. 25. 54. 65. 68. 70. 71. 72. 81. 85.  
88. 95. *Saepe ab improbis saepe iactata sunt* 43. *Improbis saepe*

*iac. sunt.* 67. 75. *Ab improbis iactata sunt* 9. 18. 20. 86. 97. Codex 6. lectionem Gruteri variantis loco exhibet LAG. *Ab inimicis saepe iactata sunt, et ab improbis in concione, et paullo codices Gruteri. Et in concione saepe ab improbis Erfurtens. Bavar. Pithoeanus, Werdensis, quos Graevius sequitur.*

**Ab improbis]** Omitt. Codd. omnes praeter 8. 13. Edd. praeter 73. 92. Codex 6. vulgatum variantis loco exhibet. LAG. *Vulgaris lectio quae in Senatu saepe ab inimicis, ab improbis saepe iactata sunt, et in concione etiam paullo ante etc.* erat perturbatissima. Equidem cum Grutero, Graevio, Ernestio, aliisque secutus sum codices Germanos. Garatonius iurans in verba codicis Modiani [T. V. Facis criticae Gruter. p. 102] edidit: *Videntur ea mihi esse-refutanda, quae et in Senatu saepe ab inimicis iactata sunt, et in concione ab improbis, et paullo ante etc.*

**Et paulo]** *Etiam paulo* Codd. omnes, praeter 13. 43. et in 6. ex var. Edd. praeter 67. 68. 75. 92. LAG. Ab editionum numero exime quoque Ignoram.

**Errore]** Ita 70. 71. 72. 73. 81. 85. 95. Atque ex codd. 86. pr. m. et 25. var. Ceteri *terrore* LAG. Accedit Barb. primus, codex C. Stephani. Veterum editionum lectionem revocavit Garatonius post Lallemandum. Errores utique, non terrores, refutantur. Terrorem novae formae novi iudicii Tullius supra n<sup>o</sup>. 1. depulerat ab animis iudicum. Iam, quando multa iactabantur in foro, quibus homicidam omnino morte perimendum esse statueretur, Orator hunc errorem refutat, ne iudices a causa aberrant.

**Venit]** *Veniat* 43. LAG. Erfurtensis, et Bavaricus.

**Esse fas]** *Fas esse* Codices, praeter 11. sec. m. 70. 71. 72. 81. 85. 95. *Fas* [omisso *esse*] 67. 68. 69. 75. 88. LAG. Cum editione 67. consentit Ignoram.

**Occisum esse fateatur]** *Occisum fateatur* Codices, praeter 7. 86; tum editiones 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 75. 88. LAG. Desideratur quoque verbum *esse* in Barber. primo a sec. m. in Barber. 2. cod. Car. Steph. quinque Britann. Garatoniano, utroque Taurin. in Ig-

- nota, et in Quinctiliano IV. 2. p. 324. V. 11. p. 429. Eo tamen sublato, ut ait Garatonius, clausulae numerus aures non implet.
- Disputant] *Obiciunt* 7. 8. 10. 13. pr. m. 21. var. 24. 25. 43. var. 54. *Disputant obiciunt* 23. LAG. *Obiciunt Taurin.* 1.
- Esse interfectam] Ita codices praeter 1. 3. 13. sec. m. 24. Editiones 67. 68. 69. 70. 71. 72. 75. 88. LAG. Ceteri enim libri legunt *interfectam esse*. Nostra lectio est in Erfurtensi, Pithoetano, Bavarico, utroque Barber. Garatoniano, utroque Taurinensi, Ignota, et sine varietate in Quinctiliano p. 439.
- An] *Anne* 67. 69. 75. LAG.
- Solere omnino] *Omnino solere* 43. LAG.
- Omnino esse] *Id omn. esse* 67. 69. 75. *Omn. id esse* 95. LAG.
- Recte ac] Omittunt 3. 68. 69. 70. 88. LAG. et Ignota.
- Existimatis] *Existimetis* 67. 68. 69. 75. 88. LAG. et Ignota.
- In concione seditiose] *Sed in conc.* 73. LAG.
- Respondit] *Responderit Bavaricus*.
- Ille Servilius] *Deest ille* in 9. LAG.
- L. Opimius] *L. ille Opimius* 24. pr. m. 54. pr. m. LAG.
- Causa etiam fictis] *Causa fictis* Codices omnes, et impressi, praeter 92. *Factis* 1. *Effictis* 18. 86. LAG. *Etiam* est in Bavarico, Saxonico, Taurin. 1. et Quinctiliano l. c. p. 440. Lectio *effictis*, quam exhibent quoque Britannici duo coaluit *ex et fictis*; particula vero *et* compendiose scripta erat pro *etiam*.
- Prodiderunt] *Tradiderunt* 9. 54. LAG. Unus Britannicus, et uterque Barber.
- Hominum sententiis] Desunt, spatio relicto in 9. *Omnium sententiis* 6. 20. LAG. Vox *hominum* incommoda videbatur P. Fabro II. Semestr. 25. p. m. 382. eandemque debebat Popma ad Varron. VI. L. L. p. 551. Bip. Sed est in libris omnibus, et apud Quinctil. l. l.
- Divina] *Humana*. 65. 67. 69. 71. 72. 75. 95. LAG. Barber. pr. Taurin. 2. ex var. deteriores Quinctiliani codices, vide enim Fabrum l. l. et Burmannum p. 440; quam mendosam lectionem luculentissime refutatam a Lambino revocavit Lallemandus.

Defenderet] Ita codices, praeter 4. 6. 20. 65—95, qui legunt *defenderit* LAG. *Defenderet* est in Saxonico, Bavarico, utroque Barber. Garatoniano, utroque Taurinensi, Romana, in Quinctiliano V. 14. p. 485. probante Spaldingio. Vide quae adnotavi ad Orat. pro Tullio 51.

Gladium nobis] *Nobis gladium* 11. et 86. sec. m. 73. LAG.

III. Illud est non] *Illud non* 9. 13. 97. 67. 75. LAG. Britannici quatuor.

Militaris] *Militum* 9. LAG. *Vox militaris spuria visa est Ernestio.*

Contra Garatonius adducit locum VI. Philipp. 5. *tribuni militares, qui in exercitiis Caesaris duobus fuerunt.* Valerius quoque scribit *tribunum militum a manipulario milite caesum.* Tribunam appellat Plutarchus [in Mario 14] C. Lusium, consentiente Valerio Max. VI. 1. 12. et Quinctiliano III. 11. p. 293. Nomen militis Valerio est C. Plotius, Plutarcho Trebonius, Quinctiliano Arancus.

Eius imperatoris] *Omitt. eius* 18. 86. pr. m. LAG.

Summus vir] Codices seu scripti seu editi, praeter 4. et 86, qui legunt *vir summus* LAG. *Summus vir* etiam est in Garatoniano, Barber. 2. utroque Taurinensi, Romana, et Quinctiliano V. 11. pag. 440.

Inferri] Ita codices, praeter 4. 6. pr. m. 13. sec. m. 20. 65. et edit. 92. qui exhibent *adferri* LAG. *Inferri* Bavaricus, Barber. pr. tres Britann. codices Lambini et Fabricii, uterque [Taurin. et Romana.

Nullo pacto] *Nullo modo* 2. 11. LAG.

Enim] Ita 13. var. 71. 72. 73. 81. 85. 95. *Ergo* 67. 68. 69. 70. 75. 88. *Ceteri igitur* LAG. *Igitur* Bavar. cod. Steph. uterque Barber. Garatonianus, Britannici, uterque Taurinensis, Romana. *Ergo* Ignota. Verum, ut ait Garatonius, maxima est ipsius Cicero-  
nis auctoritas, qui haec sua recitans in Oratore cap. 49. scribit: *Est enim, iudices, haec non scripta, sed nata lex.* Neque ex antecedentibus inferri potest hanc esse legem naturae; sed ideo vitae defensio denegari ac puniri non debet, quia legem hanc natura constituit.

- Iudices]** Omitt. 65. 67. 69. 75. *Est igitur non scripta haec sed 65.*  
**LAG.**
- Verum]** *Verum etiam* Codices, praeter 4. 13. sec. m. Editiones,  
praeter 71. 72. 73. 81. 85. 95. LAG.
- Ipsa]** Omitt. 18. 20. 86. pr. m. LAG.
- Vim, si in]** *Vim in* 1. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. pr. m. 13. pr. m. 20.  
25. pr. m. 65. Editiones, praeter 92. *Vim et in* 2. 9. 11. sec.  
m. 18. 21. 23. 24. 25. sec. m. 43. 54. 86. LAG. *Vim in* uterque  
Taurin: Romana, et Ignota.
- Volunt]** *Volunt* 6. var. 7. 18. var. 24. 25. var. 86. LAG. et Taurin. 1.
- Non modo hominem]** *Non hominem* 6. pr. m. 20. 73. corr. LAG.  
et Coloniensis. Manutius [ad c. 19. pr. Quint.] Lambinus, Grute-  
rus, et Garatonius ad h. l. probe viderunt, eiecta voce *modo*, vim  
orationis augeri; quod enim prius est positum, ita deprimitur, ut  
alterum, quod sequitur, magis emineat. Tamen vulgata est pro-  
babilis. Innuitur lex Cornelia de sicariis.
- Sed esse]** *Sed etiam* 7. pr. m. 65. LAG. et Taurin. 1.
- Occidendi]** *Necandi* 1. 6. 20. LAG.
- Qui sui etc.]** *Qui telo esset usus sui defendendi causa telo usus esse  
non hominis occidendi causa telum habuisse iudicaretur.* 13. LAG.
- Habuisse telum iud.]** *Telum hab. iud.* 1. 3. 9. 10. 54. 73. LAG.
- Maneat in causa]** *Man. in sententia* 8. LAG.
- Vae Caedem in qua]** Ita 43. 92. *Ceteri caedem qua* LAG. *Sed in ex-*  
*hibent* Bavaricus, Erfurtensis, duo codd. Gruteri, unus Britann.
- Quoties]** *Quotiens* codices, praeter 43. editionesque primae LAG.
- Aut summum]** Ita 18. sec. m. *Aut ad summum* 1. 3. 6. sec. m.  
7. 9. 24. 86. *Ceteri libri ad summum* LAG. *Aut ad summum*  
Barber. pr. quatuor Britann. Romana. *Aut quinque* Taurin. 1.  
*Ceteri ad summum*, quod a Tulliana latinitate abhorreere probe in-  
telligens Gronovius emendavit, ac *summum*. Rectius ad codicum  
fidem Garatonius *aut summum*; sic enim pro Quint. 25. *biduo, aut  
summum triduo*: II. in Verr. 52. *unum aliquem diem, aut sum-*  
*sum biduum*: III. 87. *duo milia unum, aut summum tria*; vi-  
de et XIII. ad Attic. 21 — V. ad Divers. 21.

- Probarent] *Probaverunt* 65. LAG.
- Quotidie] *Cotidie* 13. 21. 65. 97. 88. sic saepius LAG.
- Quod ego vellem] *Quod vellem* 1. 7. 9. 23. 24. 54. LAG.
- Decernere] *Re decernere* codices, praeter 4. 8. 9. 18. 54. 65. 86. pr. m. Editiones, praeter 71. 72. 73. 81. 92. 95. *Rem decernere* 4. *Me decernere* 54. pr. m. LAG. *Re decernere* uterque Taurin. Roman. Ignota, ut mendum latissime propagatum fuerit.
- Quam aut propter magna] Garatonius addidit aut ex Bavarico, duobus Fabric. Lambinianis, Barber. sec. et duobus Britannicis. His adde Taurinensem primum. Quae omissio ex alia omissione profecta est. Nam, teste Lagomarsino, *Quam aut propter officiosos labores* legitur 2. 4. 6. pr. m. 8. 9. 10. 11. 13. pr. m. 20. 21. 23. 43. 54. 65. 97. 75. quibus adde Garatonianum, unum Britanp. et Taurinensem sec.
- Hos officiosos] Ita 6. sec. m. 18. 86. 73. 93. *Officiosos hos* r. 3. 7. 24. 69. LAG. Cum 6. consentiunt Erfurtensis, Bavar. Britannici tres, et Taurin. 1. ex var. Cum 1. facit Romana.
- Appelletur ita sane] *Appellatur ita sane* 6. pr. m. *Appellatur: sit ita sane* 97. *Appelletur; sit sane* 4. LAG.
- Moerorem] *Dolorem moerorem* 18. 24. 86. LAG.
- Ac luctum] *Nec luctum* 4. 65. *Aut luctum* 25. LAG.
- Cuius] *Cum* 2. pr. m. 6. pr. m. 29. LAG. et Taurin. 1. ex var.
- Senatui potestas] Hunc locum *Senatui* tribuunt Erfurtensis et Bavaricus, quibus octo Britannici videntur accedere. Vulgo *Cuius enim Senatui de illo incesto* etc. Vocem *Senatui* omittunt 18. 24. 86. pr. m. Lagomarsiniani, et unus Britannicus.
- Senatus factam esse decrevit] *Fact. ess. Sen. decr.* 9. 54. LAG.
- Nulla vis unquam] *Vis nulla nunquam* 9. 54. LAG.
- Non contra] *Nisi contra* 6. pr. m. 20. *Et non* 97. LAG. *Contra* Taurin. 2.
- Ulla defensio] *Ulla defensio* 2. 3. 6. sec. m. 7. 11. sec. m. 13. 18. 24. 25. sec. m. 86. pr. m. Editiones, praeter 85. 92. LAG. *Ulla est in Bavar. Barber. sec. septem Britan. Garatoniano, codd. Gru-*

teri et Graevii, Taurinensi 2. *Non enim est solum ulla defensio Romana.*

Dies quo] Ita 13. sec. m. 73. *Ceteri dies in quo* LAG.

Ille quo] *Ille qua* 2. *Ille q.* *Ille in quo* 24. LAG.

Caius] Plerique codices mendose exhibent *Graius, Gravis, Graves, Caius Anius, G. Annus, Gn. Annus* LAG.

Aut quo armis] *Aut arma* 8. 13. pr. m. 75. LAG.

Saturnini . . . . vulnerarunt] *Saturnini non etiamsi e rep. oppressa sunt, remp. tamen non vulnerarunt* Codices omnes; praeter 97, qui legit *Saturnini non etsi e rep. tamen non vulnerarunt*. Excipit etiam codicem 86, qui a prima manu habet *non etiamsi esset resp. oppressa, remp. t. n. vuln.*, a secunda autem *non etiamsi e rep. sunt oppressa*. Sunt aliae, sed leves, diversitates; sic. Cod. 9. pro *etiamsi* habet *etsi*; pro *si e rep.* legitur *sine repub.* in 6. pr. m. 20, *si est rep.* in 18, *si de rep.* in 4. cui accedit edit. 75. Codicibus omnino consonant edd. 68. 69. 88., at in 67. et 92. omittitur *non post Saturnini*. Nec praetermittendi sunt codd. 9. 54. qui legunt *non tamen remp.*; cod. 20. omittit negationem *non ante vulnerarunt* LAG. Nec meliora dant codices a Garatoniō laudati; nec placet textus Ernestii *nisi vero aut ille dies, in quo Ti. Gracchus . . . aut quo arma Saturnini, etiamsi e rep. oppressa sunt, rempublicam tamen non vulnerarunt*. Equidem secutus sum lectionem Garatoniī, sed probabiliorē expecto a codicibus.

Ego ipse decrevi] *Ego decrevi* 18. pr. m. 86. LAG.

In Appia] Omitt. 20. *In Appia via* 7. 13. sec. m. *Via Appia* 13. pr. m. 18. sec. m. 24. 86. sec. m. 73. *In Appiam* 86. pr. m. 97. LAG. *In via Appia* Taurin. 1.

Quod sentiebat] *Quae sentiebat* 9. 54. LAG.

Nunc nullam] Omitt. *nunc* 43. LAG. et Bavar. atque Erfurt.

Ut veteribus] Codices omnes, praeter 86., habent *ut tuentibus, vel intuentibus*. Ipse quoque 86. hoc lectionis monstrum pro variante in ora exhibet. Codices 6. et 18. a sec. m. corriguntur; cod. 25. sinceram habet in margine lectionem LAG. Nec meliora dant uterque Taurin. et Romana. Recte Ignota *veteribus*.

Postulante nescio quo] *Nescio q. postul.* 18. 24. 86. LAG.

Omnium me flagitia] Ita 1. 3. 6. sec. m. 7. 18. 24. 68. 86. 88. 92.  
*Me omnium flagitia* 67. 69. In ceteris desideratur *me* LAG. Ad-  
dunt etiam *me* Saxonicus, Erfurt. Bavaricus, Taurin. 1. Romana,  
et Ignota.

Proferre] *Referre* 6. pr. m. 20. LAG.

Empta] *Inepta* codices, praeter 43. qui habet *epta*, 23. *incepta*, 21.  
*incepta* ex variante, 25. *adepta* ex var. Editiones 67. 68. 75. 88.  
*inepta*. LAG. *Inepta* Pith. Erfurt. codex C. Steph. uterque Bar-  
ber. Garatonianus, septem Britann. uterque Taurin. Romana, et  
Ignota. *Adepta* unus Britann. *Empta* Asconius et Bavaricus.

VI. Sua et de] *Sua de* 18. 23. 24. 86. pr. m. LAG.

Et de causa] *Et causa* 86. pr. m. LAG.

Occisus est] *Occisus esset* codices omnes, praeter 9. qui legit *est*,  
et 54. qui vocabulum omittit. LAG. *Esset* uterque Taurin. et Ro-  
mana. *Fuit* Ignota. Recepti lectionem *est* magis ad finem mendo-  
so *esset*.

Paret] Ita 73. 92. *Apparet* 24. Ceteri *patet* LAG. *Patet* uterque  
Taurin. Roman. Ignota. *Paret* Saxonicus, Erfurt. Bavaricus, pro-  
bantibus Lambino, Graevio, Lallemando, Ernesto, et Garatonio.  
Quod verbi genus sollemne est in his locutionibus.

Vidit igitur etiam] Ita 18. 24. 73. 92. *Vidit tamen etiam* 43. Ce-  
teri *vidit etiam* LAG. Lectionem a me receptam confirmant codd.  
Lambini, Erfurt. Bavar. Taurin. 1., atque probarunt Graevius, Lal-  
lemandus, Heumannus, et Garatonius.

Quod nisi] *Qui nisi* 4. 65. LAG.

Vidisset] *Audivisset* 4. *Iudicasset* 7. LAG.

Eum qui] *Qui* 6. sec. m. 8. 13. LAG.

Nec vobis] *Neque vobis* 2. 9. 11. 54. 73. LAG.

Literam] *Licentiam* 1. 3. 6. 7. 20. 86. *Causam* 9. 54. LAG. *Li-  
centiam* Romana.

Oporteret] *Oporteat* 25. sec. m. 86. LAG.

Tribuendum putarit] Ita 18. sec. m. 24. 13. var. 92. *Putetur* 6.  
*Ciceronis Fragm.*

P p



pr. m. 20. *Ceteri putet* LAG. *Patarit* codd. Fabricii, Erfartensis, Bavar. quatuor Britann. Taurin. 1. ex corr.

VII. Domi] *Domui*. 1. *Ceteri domi* LAG. *Domui* Saxonicus, et Bavaricus. Quam gentivi formam usurparunt Ciceronis aequales M. Varro, et P. Nigidius, Gellio referente IV. 16, quibus C. Caesar addendus. *Lege Garatonium* ad h. l.

M.] Omitt. codd. et edd. praeter 73. et 92. LAG. Habet Taurin 1. *Occisus est nihil*] *Occisus nihil* 7. 4. 54. pr. m. LAG.

Quaestio etc.] *Nulla condita a Senatu decreta sunt* 67. 69. 75. 65. sec. m. LAG.

*Decreta a Senatu est*] *dec. est a Sen.* 10. 54. *A Senatu decreta* 43. LAG.

Luctum] *Luctus* 67. 69. 75. LAG.

*Illu nocturna vis*] *Noct. illa vis* 6. 20. 97. LAG.

*Illata*] *Allata* 1. 2. 3. 8. 9. 10. 11. 13. 18. pr. m. 21. 25. 43. 65. pr. m. 86. LAG. et uterque Taurin. Bavar. duo Britann. Garatonianus, et Romana.

*Quis tum*] *Et quis tum* 43. *Quis* 4. 65. LAG. *Et quis ita veteres pro Ecquis.*

*Gemuit*] *Ingemuit* 24. 67. 69. 73. LAG. et codd. Lambini, quod recepit Lambinus et Garatonius.

*Omnes esse cuperent*] *Omnes cuperent* 7. 8. 18. 24. 86. LAG. et unus Britannicus, quod Garatonio arridet.

*Expectatam*] *Spectatam* 1. 3. 23. 24. pr. m. 54. pr. m. *Expetendam* 4. *Spectandam* 6. pr. m. 20. sec. m. *Esse spectandam* 20. pr. m. *Expectandam* 65. 67. 68. 75. 88. LAG. Cum cod. 1. facit Taurin. 1. et Romana. *Expectandam* Ignota.

*Mortem*] *Mortem dicimus* 6. pr. m. 20. LAG.

*Num igitur*] *Non igitur* 43. LAG.

*Intersit*] *Interest* 6. pr. m. 20. LAG.

*Summorum atque*] *Summ. virorum atque* 6. sec. m. 86. LAG. et unus Britann.

*Iisdem et poenis*] *Ita* 2. 4. 92. *Ceteri libri iisdem poenis.* LAG.

*Teneatur*] *Tenetur* 1. 3. 97. *Teneantur* 20. LAG. *Tenetur* Romana.

Iudice Garatonio, superius *intersit* concedentis est, hoc *tenetur* adseverantis esset; sed vulgata minime contemnenda est.

Parricida] *Patricida* 3. 4. 7. 9. 10. 13. 18. 21. 23. 25. 43. 54. 65. 86. 73. LAG. et codd. Memmii atque Clerici, uterque Barb. Taurin. 1. Si] Omitt. codd. praeter 2. 18. 24. 86. 97. Editiones 67. 68. 69. 75. 88. LAG. Omittunt etiam cod. Steph. Garaton. uterque Barber. quatuor Britann. uterque Taurin. Romana, et Ignota.

Qui] Codices, praeter 18. 24. 86. 97. Editiones 67. 68. 69. 75. 88. LAG. *Qui* uterque Taurin. Roman. Ign. atque ceteri, qui omitunt particulam *si*. Nostra lectio *Si qui est* in Erfurt. et Pithoeano. Veteres enim tunc tantum scribebant *si quis*, quando sequebatur vox a vocali incipiens. Sic statim omnes libri *si quis humilem*.

Monumentis] *Monumento* 23. *Monimentis* 1. 71. 72. 81. 95. LAG.

Proinde] Ita 2. 4. 6. 8. 10. 11. 13. 18. 20. 21. 23. 25. 65. 86. 97. 73. Ceteri *perinde* LAG. *Proinde* Bavaricus, Garaton. quatuor Britann. Taurin. 1. Quam lectionem probavit Garatonius. Nam pro Quint. 14. *proinde quasi factum sit*, et alibi millies. Est vero *perinde* similitudinis proprium et aequalitatis adverbium; *proinde* consequentiae. *Proinde quasi* refutationem notat eius rei, quae superius est posita, consequens alterius absurdae, quae sequitur. Atque haec Garatonius. Vide eiusdem permutationis exemplum paullo infra.

Munierit] *Muniverit* codices, praeter 4. 7. 9. 86. 73. LAG. *Muniverit* uterque Taurin. et Romana.

Appia via] *Via Appia* 6. 18. 20. 43. 65. 86. 97. LAG.

P. Clodius] Omitt. codices, et edd. praeter 92. LAG. At legitur in codd. Gruteri, in Bavarico, et duobus Britannicis. Taurin. 1. *Claudius*.

Illud] *Istud* 6. pr. m. 7. 20. 67. 68. 69. 75. 88. LAG. *Istud* Ignota.

Poeniendum] Revocavi veterem orthographiam, quam Erfurteasis, Bavaricus, atque interdum 20. Lagom. servarunt. Vide Pareum Lex. crit. p. 943. Heinsium ad Virgil. XL 381. Davisium et Wolfium I. Tuscul. 44. etc.

Monumentis] *Monimentis* 1. 23. 86, et aliquot edd. LAG.

- Appiae] *Appiae viae* 2. 11. sec. m. 86. sec. m. LAG.
- Cruentata] *Cruentata* 18. 65. 86. LAG.
- Parricidae] *Patricidae* 25. 73. LAG.
- Illa] *Illam codices*, praeter 6. pr. m. 9. 20. 24. 97. Editio 73. LAG.  
*Illam uterq. Taurin. codices* Lambini, Garaton. Barber. 2. a pr. m.  
*tres Britann. et Romana.* Praeter codicum auctoritatem, ipse quo-  
que contextus huic lectioni suffragatur; nam orator a via Appia ad  
templum Castoris, quod maius est, gradum facit.
- Collocarat] *Collocavit* 4. 6. 20. 65. 67. 75. LAG.
- Nam quae] *Nunquid* 43. *Nunquam* 7. 54. pr. m. 65. LAG. *Nam  
qua* Saxon. et Barber. alter, quod Garatonio probatur. Vel in no-  
stro palimpsesto legi *si quae*.
- Si res] *Se res* 1. *Feres* 10. 11. pr. m. 21. 23. 43. 54. pr. m. 86. pr.  
m. 25. var. 97. var. *Fores* 6. pr. m. 20. LAG.
- Vestibulo ipso Senatus] *Vest. Sen.* 6. pr. m. 20. 65. LAG. *Vesti-  
bulo ille Senatus* Bavaricus.
- Parabatur] *Iam parabatur* 25. LAG.
- Unus ille] *Ille unus* 6. 18. 20. 54. 86. LAG.
- Cecidisset] Erfurtensis, codd. Lallemandi, et Taurin. 2. Vulgo *oc-  
cidisset.* Melius cohaerent haec; si Pompeius *cecidisset*, omnes  
gentes *concidissent*, h. e. simul cecidissent; ut primum *cadere* sit  
mori, deinde adfligi et everti, qua dilogia id efficitur, ut omnes  
simul gentes videantur interiturae. Haec Garatonius.
- Nisi vero] Ita 43. Ceteri *Nisi forte* LAG. *Nisi vero.* Erfurtensis,  
probantibus Ernesto, Schutzio, et Garatonio.
- Proinde] Ita codices, praeter 3. Iis adde 73. Ceteri *perinde* LAG.  
*Proinde uterque* Taurin. et Romana. Vide nos paullo supra.
- Vindicentur] *Iudicentur* 1. 3. 4. 6. pr. m. 8. 9. 18. 20. 86. 68. LAG.
- Ego ipse] Ita 92. Ceteri *ipse* LAG. *Ego* adest in Erfurtensi, fa-  
cile colligitur ex Bavarico *ergo ipse*; quod receperunt Graevius,  
Ernestus, Schutzius, et Garatonius.
- Et ex cruentis] *Et cruentis* 9. 54. 70. 71. 72. 73. LAG.
- Si me non] *Nisi me* 9. 54. sec. m. *Nisi* 54. pr. m. *Si* 6. pr. m.  
20. LAG.

Vel mea] Ita 92. Ceteri *mea* LAG. Erfurtensis addit *vel*.

VIII. Profecto] Abest a codd. et edd. LAG. Ita legitur in Erfurt. et quinque Britannicis. Lambinus secutus codd. Fabricii adverbium *profecto* ante *iudices* posuit; Gruterus ante *causa* retraxit. Confer locum pro Flacco 22, *non est ita, iudices, non est profecto*.

Sapiens . . . praeditus] Codices *Sapiens et alia quadam mente praeditus*. Excipe tamen 4. 9. 54. qui omittunt *et*; cod. 13. et edd. 67. 68. 75. 88, in quibus est *alta*; cod. 9. et ed. 92, in quibus legitur *quadam et divina*. LAG. Bavaricus habet uti in textu a me proposito; cum Bavarico faciunt duo codd. Lambini, et Erfurtensis, legunt tamen *et alta*. Additionem *et divina* ab Ernestio improbatam ita defendit Garatonius. *Divina quadam aptius est, quam alta quadam*; haec in Laelio 9. coniunguntur *nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt*. Mens, quum ad consilium et prudentiam eius hominis referatur, quem sapientissimum videri vult, non modo *alta*, quae, tamquam e specula, plus ceteris videat, verum etiam *divina* quodammodo dicenda fuit, quae sapientiae deorum proxima videatur; unde de Prov. cons. 16. *sapientes ac divini fuistis*. Hunc cumulum summis laudibus Cicero adhibere solet, ut infra 33. *singulari, divina, et incredibili fide*, et I. de Orat. 38. *Antonii incredibilis quaedam, et prope singularis, et divina vis ingenii*; vide et pro Sext. 39.

Sibi illum] *Illum sibi* 6. 20. 65. 67. 68. 69. 75. 88. LAG. Accedit Ignota.

Delegit] *Elegit* 7. 65. 75. LAG.

Neque vero] *Neque enim* 9. LAG.

Legendis] *Legendis* 43. *Eligendis* 18. 24. 25. 86. LAG.

Neque enim hoc] *Neque hoc* 9. LAG.

Legendis] *Eligendis* 18. 25. LAG.

Cupisset] Ita codd. praeter 4, et Edd. praeter 70. 71. 72. 95. LAG. Accedunt codd. a Garatonio lecti, tum Taurinenses.

Continetur] *Contineretur* 92. LAG.

Bonis] *Multis* codd. et edd. praeter 92. LAG. *Bonis* est in Bavar. Erfurt. Werdensi, quibus unus Britannicus adcedere videtur.

